dicimus. Et ærarium repositoriũ publicæ pecuniæ. Seruius Tullus primus fertur æs signasse. nam antea rudi utebantur. Signatumq; aiunt nota pecudum. unde pecunia dicta. Nam argenteus nummus primum signatus est

anno urbis. ccccc. lxxxvi. Deinde. lxii. anno ſignatus eſt aureus. Alii aliam appellandæ pecuniæ rationē dant. Dicunt olim omne cōmertium fuiſſe in cōmutandis pecudibus in quibus præcipuas diuitias ſitas putabāt quod ubi ære & auro argentoq; fieri cæpit pecunia q̄ in pecudum locum ſucceſſit appellata eſt: Sūt qui dicant extare nūmos æreos ſignatos ſubiano antiquiſſimo italiæ rege. quorum alterius partis nota eſt nauis qua ſaturnus in italiā uectus erat. Alterius Ianus biceps/ propter rerum experientiā & prudentiā Certum autem eſt æs accipi ſolitum pro omni pecunia. Vnde in bucolicis. Non unq̄ grauis ære domum mihi dextra redibat. Arca dicitur ab arcendo Arca q̄ arceat hoies a rebus quas arcanas ideſt ſecretas & occultas eſſe uolumus Siquis habet nūmos &c. Conformiter ad priorem ſententiā qua diximus: nullis ludendū. quia nullis æs ſemper in arca eſt. Nam. Si quis habet nummos ueniens: exibit inanis. Inanem dicimus cui pecunia nō eſt propter inanem crumenā. ſiue ſacculos: ærarios inanes. Vnde et uacuus dicit Iuuenalis Inanis cantabat uacuus coram latrone uiator. Nūmos a numeris dictos putant. In Nummus uento enim nummo hoc eſt ſignato ære: orta eſt numeratio in ſatiſfactione Antea enim æra pendebant: Vnde hodie pendere ſatiſfacere ſignificat. ut ſexto Aeneidos. Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. hinc etiam eſt q̄ Pendere hodie quoq; talentū auri. libram auri. & argenti dicimus: tametſi nō ponderē: ſed numero ſatiſfacimus. Luſori cupido &c. Cauſa eſt q̄ cæcus cupidine lucri: ludendi peritiam nō habet. Exitus grauis. At qui dictum eſt exibit inanis. Sed dic grauis. ideſt moleſtus & triſtis. ut apud Iuuenalē. Quo tondente grauis iuueni mihi barba cadebat. nō enim iuuenibus grauis ideſt ponderoſa barba eſt: ſed moleſta. Exitus eſt finis ut Exitus acta probat. & ſecundo Exitus Aenei. Hæc finis priami fatorum. hic exitus. ſed pulcherrime hic ponit. alludit enim ad exitum luſoris a taberna luſoria.

s Aucta probis pax eſt. Hactenus auariciam criminatus eſt. nūc pulchro moderamine iram retinendā docet. Et ueluti plena laus cōtrariorum uituperationē habet. ita & uera uituperatio unius a cōtrariorū laude cumulatur. Cōmendat igitur pacem. Quam chriſtiano uiro auctor & ſaluator humani generis ſatis cōmendatam fecit. quando eam ut rem precioſiſſimam. chariſſimis legauit. Omnibus uero mortalibus per ſe laudata eſſe poterit: quādo et feræ in ſuo genere eam ſeruent: Nā de publica pace quid boni habet/ nō dicto opus eſt uidentibus quot & quantas ſint belli mala. Quod uero Iuuena. ait. Nūc patimur lōgæ pacis mala. nō pacem criminat: ſed ocium & deſidiā quā ingrati ignauiq; animi ſubiere. dicit ergo. Sancta probis pax eſt. Quorū uerborum ordo eſt. Pax ſancta ideſt inuiolabilis eſt probis ideſt probi habent pacem quæ ſancta eſt. uel ſic. Pax eſt probis ſancta. ideſt pax eſt habita & æſtimata ſancta a probis. uel ſic Pax ē ſancta ideſt ſancita & introducta a probis. Vnde eſt illud horatianū inde arte. Silueſtres homines ſacer interpreſq; deorum Cædibus & uictu fœdo deterruit orpheus &c. Vtrū utrū autē dicatur ſenſus erit q̄ magnæ probitatis indicium eſt. ſeruare pacē. Nihil enim moribus honeſtis tam obeſt. q̄ lites & iurgia. unde notum uerbū poetæ. Lis eſt de paupere regno. Scīn dicuntur de quo ſancitum eſt pœna ſanguinis ne quis uiolet. unde ſancta ſepul/ Sanctum

chra.ſancta mœnia romæ &c. Iraſci deſine uictus. Vide q̃ moderate præci/piat. Quia enim ira/quæ ſubita ſanguinis inflãmatione circa cor/naſcitur in noſtra poteſtate nõ eſt. Nec omnis ira mala eſt. ut enim docent perípathe/tici ira multum ad fortitudinẽ facit. & indíuinis eloquiis dicitur. Iraſcimini & nolite peccare. Idcirco poeta non dicit noli iraſci. ſed iraſci deſine uictus & paulo poſt dicet iraq; ceſſet. Iram quando importat primum animi motum in noſtra poteſtate nõ eſſe docet Flaccus in ſermonibus dicẽs. Deniq; qua/tinus excidi penitus uitium iræ. Cætera item nequeunt ſtultis herentia &c. Et propterea idem in epiſtolis non uult iram omnino expelli. Sed conti/neri. ubi inquit. Qui non moderabitur iræ Infectum uolet eſſe dolor quod ſua ſerit: & mens dum pœnas odio per uim feſtinat inulto. Ira furor breuis eſt animum rege: qui niſi paret imperat. hunc frenis hunc tu compeſce cate/nis. Nullus ubiq; poteſt fœlici ludere d xtra. Prouerbium eſt quod in re cõmuni multum gratiæ habet. Solent autem tali deuerbio qui uicti ſunt ſe conſolari. Nihil eſt ex omni parte beatum. cõmune enim malum tolerabí/lius eſt. Initio furiis &c. Ordo ſatis obſcurus eſt. ego ira ſum addita quar/ta furia. furiis initio tribus. ideſt quæ ab initio non niſi tres erant. Sunt tamẽ qui ſic legant. Initio furiis ira eſt tribus addita quarta: & ſic ordo facilis eſt:
Tres furiæ & meo iudicio magis quadrans: Furiæ apud inferos tres dicũtur. Alecto. me gera & Tiſiphone. quas acherontis filias eſſe dicũt ex nocte. nec ab re. Ache ron enim interpretatur abſq; leticia. nam a priuatiua eſt particula. et χαρα di citur leticia. & nox eſt cæcitas quædam & priuatio lumini. quando ergo: mens noſtra triſticia afficitur ad iniuriam illatam. nec habet lumen rationis quo refrenetur ſtatim in furorem rapitur. Itaq; ira poteſt eſſe quarta furia/rum. Quia ira furor breuis eſt. Hæſiodus in theogonia aliud dicit. ſed non omnia referre in unum locum poſſumus. Hoc tamen non præteribo: poe/tas ſolere: ad notum rerum numerum adiiciẽdum aliquid eſſe atteſtari. Sic quia duo Catones inſigni uirtute fuerunt Iuuenalis alluſit. habeat nũc Ro/ma pudorem. Tertius e cælo cecidit Cato. Sic horatius ad ſeptem ſapiẽtes in græcia nobiliſſimos reſpiciens inquit in ſermonibus Hæc mihi Sertinius ſapientum octauus amico Arma dedit. Sic ſappho decima pieridum dicta eſt. Sic & hici a quarta furiarum nuncupatur. Plecte truces animos ut ue/tu ludere poſſis. Qui etenim ſpe lucri rapitur. non ludos ſed ſollicita ſeria du cit. Plecte ergo hoc eſt rigide flecte & caſtiga truces. ideſt feroces & tru/culentos animos. Plectere eſt afficere tormentis ut in epiſtolis horatii.
Plectere Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Ponas mature bellum precor. Ponas ideſt depone. mature ideſt tempeſtiue. Nam id maturũ dicitur quod neq; ſerius/neq; citius ſolis beneficio detectum eſt. Inuitat ergo ad tempe/rantiam. Nam certum eſt luſorem ubi amiſerit quouis modo iraſci. Vnde Horatius in epiſtolis. Ludus enim genuit trepidum certamen & iram. ira truces inimicicias & funebre bellum. Iraq; ceſſet: quia ut dixi fieri non poteſt: ut uir acer & ſtrennus omnino ira uacet. id enim imbellis animi eſt. idcirco dicit ceſſet ira. ideſt placetur tempeſtiue.

P. Virgilii. de liuore seu inuidia carmen endecasyllabum.

Iuor tabificum malis uenenum
Intactis uorat ossibus medullas.
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quisquis furit: inuidetq; sorti
(Vt debet) sibi pœna semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores:
Suspirat: gemit: incutitq; dentes:
Sudatq; frigidus intuens quod odit.
Effundit mala lingua uirus atrum:
Pallor terribilis genas colorat:
Infœlix macies renudat ossa.
Non lux: non cibus est suauis illi:
Non potus iuuat: aut sapor lyæi:
Nec si pocula iuppiter propinet:
Atq; hæc porrigat & ministret hebe:
Aut tradat Ganymedes ipse nectar
Non somnum capit aut quiescit unq̃
Torquet uiscera carnifex cruentus
Vesanos tacitus mouet furores:
Intentans animo faces erinis
Est talis titiiq; uultur intus
Qui semper lacerat iecur comesti.
Viuit pectore sub dolente uulnus
Quod chironia nec manus leuaret
Nec phœbus: sobolesue clara phœbi:

IVOR tabificũ &c. mõstratum est auariciam & Iram infestissima esse uitia. auariciam quidem reipublicæ Iram uero proximis. Auarus sĩ quidẽ omnia uenalia habet ut pecuniã accumulet iracũdus quo tẽpore ira parcitus est / sanguinis & uindicte sitiẽs debacchatur. nihilq; tam exoptat q̃ quo inimicũ ulciscatur. Nunc autem poeta noster ingeniosissimus ostendit. Inuidiam pernitiosissimam esse illi cui inest. Efficit enim ipsum Liuidũ. Tabidum Macelentum. atq; omnis lætitiæ et boni expertẽ Vnde Horatius in epistolis. Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Inuidia siculi non inuenere tyrãni. Maius tormentum. Inuidia

&c. Neq; usq; adeo mirũ ẽ hãc tã dirã eẽ pestem. Nã sicuti quisq; summã charitatem habet: ita perfectissimus est: consequitur: ut qui maxima inuidia laboret infœliciissimus sit. Nihil enim usq; adeo fraternæ charitati atq; nuidia officit. Nam inuidus is demũ dicitur: qui nõ potest bonis oculis uidere

ſalutem alterius. q̃ optimus quiſq; non minus ac ſuam deſiderat. Poſſumus ergo miſeros deſpicere. hoc eſt nolle aſpicere ex contemptu. ſed fœlicibus duntaxat inuidemus. Vnde Martialis. Omnibus inuidias Liuide nemo tibi. hoc etenim pacto omnes præter Liuidũ fœlices forent. qui certe fœlicitate indignus eſt. quocirca dici ſolet nihil iuſtius eſſe inuidia. Notus etiam eſt autor/qui inuidos omnibus in locis habere oculum deſiderauit. credo equidem ut tantis hominũ bonis cruciatus aliqñ (ſi quidem fieri poſſet) ipſum ſui miſereſcat. Peſtiferã aũt inuidi mentẽ pulcherrime aperit Aeſopus phrigius ille fabulator ingenioſiſſimus in apologo in quo oſtẽdit Auaro atq; inuido oblatã a deo cõditionẽ. ut quãcũq; rem peterẽt/eã impetratam abduceret. Cũ igitur inuido ut peteret iuſſit auarus. ille renuit timẽs auarum poſſe aliquid accumulatius petiturũ eẽ. Iuſſus aũt auarus poſtulare. nõ immemor ſui. nec a natura diſcedẽs: petiit ut quãcũq; rem inuidus exoraret/eam gemĩnatã haberet. Quod cũ inuidus audiret: tabeſcens q; illi cumulatius & gemĩnũ bonũ foret: oculum ſibi erui petiit. quo alteri uterq; occæcaret. Itaq; inuidus non tam ſibi ꝓdeſſe q̃ alteri nocere conatur. Verũtñ ut plurimũ auaricia inuidiã generat. non ſemp aũt. Nam nõnunq̃ alteri inuidemus: quod nos ipſi habere noluerimus. Sed de hac re nihil pulchrius q̃ poeta adduci poteſt. quocirca ad ipſum accædamus. Liuor tabificũ &c. Carmẽ hoc endecaſyllabon. i. undecim ſyllabarũ: cõſtat ſpõdeo: dactilo: & tribus trocheis quãuis in ultimo loco ꝓpterea q; ultima ſyllaba indifferens eſt/etiam ſpondeus ponat: Primus uerſus ſic metit. Liuor. ſpõdeus. tabifi. dactylus. cũ ma. troche⁹. lis ue trocheus. nenũ. trocheus. Pari modo & reliqua ſcandes. Liuor exiſtẽs tabificũ. i. generatiuũ tabis uenenum/uorat deuorat abglutit medullas intactis. i. non tactis oſſibus. Liuor eſt macula ſubnigra quæ ex cõtactu & compreſſu corpor̃ inducit. Iuuena. Vuaq; cõſpecta liuorẽ ducit ab uua. & Tibullus. Tum ſuccos hærbaſq; dedi quis liuor abiret Quẽ facit ĩpreſſo mutua dẽte uenus. Et quoniã inuidia ſimilem maculã generat & obſcœnũ aſpectũ effi cit: a multis liuor uocatur ut hic. Namſicut Cãdidus dicit: qui oĩa bono oculo aſpicit nulliq; inuidet. aut detrahit: ſic ecõtrario Liuidus dicit qui ubi alterius dexteritatem uidet lenta tabe medullitus exeditur. & ex hauſto/qui ĩ cãdido homine eſt naturali ſucco: totus liueſcit. Vnde uocat liuorẽ tabificũ uenenũ. Venenũ enĩ dicit q; ueniat. i. fluat p uenas & medullas. Tabes aũt dicitur ſãguis exudãte puriore ſucco corrupt⁹. talẽ aũt liuor generat. uñ dicit. tabificũ uenenũ. Addit aũt notant malis nõ tã q; p̃cipue mali ſũt q alteri⁹ bona uidere nõ p̃nt. q̃ q; hoc uenenũ malis hoc ẽ iuidis dũtaxat nociuũ eſt. Nã luxuria luxurioſo delectatõnẽ affert. & colluxurioſo labẽ. Supbia miſeris quos faſtidimus moleſta eſt. auaricia oĩbus odioſa. ira offendẽti dãnoſa. gula hæredibus iniqua. Accidia q̃uis deſidibus dulcis: bonis tñ operationibus: quas aut deo. aut ſanctis. aut parẽtib⁹. aut liberis. aut patriæ. aut reip. debem⁹: ſum mopere nociua eſt. Inuidia uero inuidũ dũtaxat cruciat. nã inuiſus ſemp beatus eſt: aut talis iudicat. qa ergo ĩuidia exedit inuidũ bñ dixit tabificũ malis. neq; uero erit tam ineptus interpres: q dicat tabificũ. i. tabem faciẽs malis. i. maxillis. tametſi liuor edax dicatur. quia oportet ut prior ſyllaba breuis ſit quæ in dictiõe malis ſemper niſi adiectiuũ fuerit ꝓducitur. Nec obiiciẽdum

Liuor

Candidus

Tabes

est ꝙ inuidus aliis sæpe molestus est. quoniã sibi dũtaxat per inuidiã nocet aliis uero. quia præter inuidiam alia quoq; peccata habet : sunt eni multa familiaritate deiuncta inter se. Et totũ bibit artubus cruorẽ. Ex hac aũt re ut dixi fit liuor. Quod quisquis sunt &c. ratio est quare cruorẽ ebibat. Quod ideſt quia ꝙsquis. ideſt quicũq; furit. i. insanit & irascit & iuidet sorti alterius ipse est semp sibi pœna. Hoc est seipsum cruciãs. ut debet: quia dicit iusticius inuidia nihil est. quæ crimine nondũ Perfecto autorẽ cruciat ꝓprio ense reflexo. Sors dicit quicqd sortimur. i. accipimus ab aliquo ut illi fœnus facia/ Sors
mus. Dicũt aũt Iouẽ unicuiq; nascẽti dare partẽ boni et partẽ mali. illud ergo quod a deo accepimus ut bene operemur sors dicit Illud etiã quod a fortuna nobis obiicit. sors dicit. unde Hora. in principio sermonũ. Qui fit mecænas ut nemo quã sibi sortẽ: seu ratio dederit seu sors obiecerit: illa contentus uiuat. Dicit præterea sors pecunia illa quã usurarius fœnerat hoc est fœnori dat quod a iurisperitis capitale dicitur: Fœnus aũt est lucrũ qđ præter Fœnus
sortẽ rei redditur Deniq; quicqd sortimur. i. quadã sorte obtinem?: sors dicit
Sudat frigidus: pulchra cõpositio qua ostẽdit sudorẽ nõ eẽ naturalẽ: qualis est q ex uehemẽti calore aptis poris generat. Intuẽs quod odit Odit præ/ Odi
sentis tẽporis significationẽ habet. præteriti tñ est secũdũ declinationẽ. Nã odio (licet semel in de oratore apud Ciceronẽ odias legeris) rariſſimũ inuentu est. & si inueniat corripet prima sicut odiũ nomẽ. hic aũt longa debet esse prior syllaba/quãta est in præterito bisſyllabo paucis dẽptis. Effundit mala lingua uirus atrũ. mala lingua noĩati sũt suppositales illi uerbo effũdit nã si legas liuor effundit mala lingua. i. per malã linguã. ut septimi casus sint uersus nõ staret. Virus. ueuenũ nũc tm tres casus. habet olim etiam uiri in Virus
genitiuo repertum est. Pallor terribilis: hoc est obscœnus aspectu. Genas Genæ
colorat. Genæ sunt quasi uestes quibus oculus tegit cũ conniuit. i. aperit. & claudit: quæ ut dicit Pli. olim cilia dicebant: Pulchrũ ergo est quod inuidus in ea parte liuescit qua peccat. Infœlix macies renudat ossa: Signate dicit Infœlix macies. quia põt esse fœlix. ut est quã maturo cõsilio per abstinẽtiã & ieiuniũ cõtraximus pro salute aĩ aut corpis. utriq; eni officit crapula. Renudat hoc est aperit & ostentat ossa exhausto sanguine: cõsumptis carnibus & euaporato succo naturali. Nõ lux &c. Nihil est sanis iucũdius luce. unde de didone insaniẽte ex amore dicit. lucẽq; refugit quod uicinæ mortis indicium est. Nõ cibus est suauis illi. Exhausto eni sanguine. imminuta est uirtus digestiua: qua sine nullus cibus suauis ẽ. ut patet in ægrotis suauis. hic trisſyllabũ est. Nõ potus iuuat: qui alias curas expellit. unde ẽ affict leticiæ bachus dator. Nec sapor lyei. i. bacchi q lyeus dicit eo ꝙ soluit hoiem curis λυω eni est soluo unde mirãdũ est: ꝙ qui nos liberos & solutos. oibus curis reddere solet nõ iuuet inuidũ: mirabilius ꝙ nec sapor ipse iucũdus sit. Mirabilius multo ꝙ potus suauiſſimus nõ iuuet etiã si pocula iuppiter ipse ꝓpinet: abs quo quia hospitalitatis deus est tute sumi possent. Maxime aũt mirandũ est ꝙ nec hebe deorũ pincerna & iuuenũ dea. nec ganymedes oĩum mortaliũ pulcherrimus puer. nõ posset tam delicate pocula dulcia a Ioue ꝓpinata ministrare ut tĩ uidũ iuuẽt. Notæ sũt fabulæ. hebe filia iunonis pincer Hebe
na deoꝝ est: quæ dũ incautior pocula ministraret casu pudẽda renudauit: ob

quã tem iratus Iuppiter Ganymedẽ pulcherrimũ puerũ troisphrigũ regis fi lium dũ in idaſilua uenaret rapuit: raptũq; in hebes locũ ſuffecit. Vnde ẽ il/lud primo Aenei. Et rapti ganymedis honores. Quantũ aũt ad grãm pocu lorũ faciãt mũdiciæ pincernarũ oſtẽdit Iunenalis ubi de miſera clientũ cæ/nula cõqueri dicens. tibi pocula curſor: Gætulus dabit: aut nigri manus oſ/ſea mauri. & paulo poſt. de rege cõuiuii. Elos aſiæ ante ipſum precio maiore
Nectar paratus. Quã fuit & tulli cenſus pugnacis & anci. Nectar eſt potus deorum ſicut ãbroſia/dapes ſignificat ipõx. Neq; uero dicit a nectẽdo. uolũt enĩ di/ctum nectar q; linguam nectat. græcum enim eſt τὸ νέκταρ τοῦ νέκτα ἔροσ &c. Nõ ſomnũ capit. Quod tñ munus deorũ eſt: ut in ſecũdo Aenei. Tem pus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit & dono diuũ gratiſſima ſerpit. Aut quieſcit unq̃. Plus eſt nõ quieſcere q̃ nõ capere ſõnũ. quia ſæpe aĩ qetẽ capimus: nectñ dormimus. Vnde de didone infœliciter amãte. Ãt non infœlix animi phœniſſa nec unq̃ ſoluit in ſomnos oculiſue aut pectore noctem accipit. Quare uero nõ quieſcat inuidus eſt. quia. Torquet uiſcera
Viſcus carnifex cruẽtus. Liuor cruẽtus. i. plenus cruorís torquet uiſcera: & ideo eſt carnifex. Viſcus ceris ſecũdũ Seruiũ ſignificat omnẽ carnẽ intra pellẽ cõtẽ/tã. Viſcũ aũt ſecũdæ declinatiõis ſignificat illud quo aues uiſcantur gluten: Sũt qui in ſingulari ſolũ ablatiuũ uiſcere uſitatũ dicant. Donatus ſuper illud in Andria Vix ſum apud me: ita animus cõmotus ẽ: metu: ſpe: gaudio. Duo inquit carnifices fututarũ rerum ſunt ſpes & metus &c. quibus uerbis accipit carnifices ſicut nũc Virgilius. Veſanos tacitus &c. hoc enĩ differt liuor ab ira: q; ille tacitus ad præcordia incubat. ira uero manifeſte in offenſorẽ inſur
Tacitus gít. Tacitus utroq; mõ accipit ut docet ualla. Nũc actiue ut ſi uelis hic. liuor tacitus. i. tacens mouet ueſanos furores. quia in liuidũ debacchat quẽ dilace rat. Nũc paſſiue: ut apud Senecã: Quod tacitũ eẽ uis nemini dixeris. & apud ſextũ Aenei. Quis te magne cato tacitum aut te Coſſe relinquat. Sic põt hic accipi. liuor tacitus. i. occultatus & conditus intra uiſcera liuidi mouet ueſa/nos furores: quaſi diceret inteſtinos. Intentãs aío &c. Interpretat quos fu rores moueat. eſt inquit intẽtãs. i. intẽtiores faciens uel augmẽtans aío fa/ces ideſt flãmas erinis. i. cõtentioſi furoris ἔρισ enim cõtentio dicit. Eſt ta lis. i. ordo eſt. quia. & talis uultur eſt intus. i. intra uiſcera inuidi. qui. i. qualis
Titius lacerat ſemp iecur titii comeſti. i. exeſi quo ad iecoris. Fibras. ut ſit totũ pro parte uel leges comeſtũ. De Tityo ſic ſexto Aeneid. Necnõ & Tityon terræ omnipotentis alũnũ. Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus Porri/gitur: roſtroq; imanis uultur adunco Immortale iecur tõdẽs: fœcũdaq; pœ nis Viſcera: rimaturq; epulis: habitatq; ſub alto Pectore: nec fibris reqes dat ulla uenatis &c. Intelligit aũt per Titiũ luxurioſus. Amauit enĩ latonã apol/linis & dianæ matrẽ: ob quã rem cõfixus ſaculis phœbi: dãnatus eſt apud in/feros ea pœna: ut uiſcera ei uult imanis exedat quæ tãetſi cõtinue abſumũt Nũq̃ tñ deficiũt qa ſemp renaſcũt. Quod ideo fingit: qm̃ credũt moriẽtiũ aías ea affectiõe eoq; mẽtis habitu pmãſuras: qua corpa linquunt. Vnde de amãtibus in eodẽ ſexto. Curæ nõ ipſa in morte relinquũt. Et paulo poſt de aliis ſtudiis. Quæ grã curruũ Armorũq; fuit uiuis: quæ cura nitẽtes Paſcere equos: eadẽ ſeqt tellure reſpoſtos. Quia itaq; amãtes nimiis curis agitãt in

uita: bene fingit Titius quē Horatius incōtinētē appellat: perpetuis griphi bus seu uulturibus exedi. Simili autē modo tantisper dum uiuit inuidus tor quetur: quasi dicat ipsum hic infernales pœnas luere. Et non longe abest. nā sicut in inferno semp cruciant: neq; tamē culpa purgat aut offensio remittit sic inuidus continua pœna afficit: nec tamen melior euadit. Vultur olim di/cebatur hic uulturis. unde Ennius. Vulturis in siluis miserū mādebat homo nem. Viuit pectore sub dolēte uulnus. uiuit ideſt semp recēs est: sicut aqua semper fluēs uiua dicit. ut secūdo Aenei. Donec me flumine uiuo Abluero. Quod qdē uulnus manus chironia. i. ipe chirō phillirides iustissimus centau rorum leuaret i deſt curaret. Nec phœbus leuaret. Nec clara soboles phœ/bi ideſt Aesculapius leuaret. hoc est habet incurabile uulnus. Chiron ut di/xi phillirides ideſt phillirae nymphæ & neptuni in equū cōuersi filius fuit. pa ter thetidis & auus achillis: qui plurima medicinæ adiumēta inuenit. quorū q̄dā adhuc extāt. Maxie pitus fuit eius quā chirurgiā uocāt ut nōnulli putāt a chirone denoīatā. uel potius a manu quæ χειρ dicit. Docuit achillē ut di/cit Statius in achilleide curationē uulnerum ut de telepho nobilis recitat le uatio. quem ferrugine eius ferri quo ipsum uulnerauerat sanum reddidit. un de est in remedio amoris Vulneris auxilium pelias hasta tulit. Phœbus aūt ut dixi solis est peculiare epitheton. fingitur autem phœbus siue apollo me/dicinæ peritus: quorum omnis herbarum uirtus solis radiis percoquuntur. Aesculapius autem præter omnis mortales in hac re doctus fuit abs quo uir girlius uirbium a morte renocatum dicit. Et quia tantum in medicina po/tuit apollinis filius dicitur. Chiron Phœbus

P. Virgilii Carmen de Venere & Vino contra luxuriam & ebrietatem.

Ec ueneris nec tu uini capieris amore.
n Vno nāq; modo uina uenusq; nocēt
Vt uenus eneruat uires. sic copia uini
Et tentat gressus debilitatq; pedes
Multos cæcus amor cogit secreta fateri
Archanum demens detigit ebrietas
Bellum sæpe petit ferus exitiale cupido
Sæpe manus itidem bacchus ad arma uocat.
Perdidit horrendo troiam uenus improba bello
Et lapythas bello perdis iacche graui
Deniq; cum mentes hominū furiarit uterq;
Et pudor & probitas & metus omnis abest
Compedibus uenerē: uinclis constringe lyeum

EC VE
n neris &c. Si pētio
rib⁹ ocu/lis Virgilianam dicēdi formam cōspexeris nōn terrogato op⁹ es set quæ uitia ma gis fugienda sint Cū etenī supbiā damnaret uidi/sti quāta diligen tia nos ad mise/riæ humanæ me moriā uocitauit Cū auariciā per/nicioſū illud mō strum uulipen/deret uehemēti uerbo usus est di cens. Sperne lu/

erum &c. At de iraq̃ ad acrimoniã facit: parcius inquit. Iraq; ceſſet Cũ uero liuorẽ monſtrũ nulla uirtute redemptũ ad partes uocaret: quaſi excandeſcẽs inquit Liuor tabificum malis uenenũ &c. Nunc uero de Venere & Vino locuturus/quorum abuſus non uſus malus eſt: inquit.

Ne te muneribus lædat uterq; ſuis
Vina ſitim ſedant. natis uenus alma creandis
Seruit: finem horum tranſſiluiſſe nocet

Luxuria

Nec ueneris nec tu uini capieris amore. Nõ eteni uenus mala: nec uinũ malũ: ſed amor & nimia indulgẽtia utriuſq; deteſtãda eſt. Nõ ergo dicit nõ tu capieris amore luxuriei. omnis enim luxuries dãnanda eſt: nõ oĩs aũt uenus. Similiter non dicit. Mõ capieris amore ebrietatis: omnis eteni ebrietas mala. nõ itidẽ omne uinũ. Tametſi autẽ uenerem pro concubitu per methonomiã ponimus: ut ſine Cerere & Bacchofriget uenus: tamẽ nõ ꝓ omni: ſed ꝓ eo dumtaxat qui naturalis eſt nec inceſtuoſus: nam ceſtus eſt zona ueneris dictus a caſtitate qua legitime nubẽtes cingunt. Verũtamẽ ponũt tres ueneres: unã ex cælo patre & die matre natã apud priſcos. Et hanc honeſtæ rei præeſſe uolunt. Alterã ex uirilibus cæli & ſpuma maris: & huic incõceſſos cõcubitus imputãt. Tertiã Iouis & dionesfiliam: ex qua Aeneas natus dicit. Sciemus tñ q̃uis multæ enumerãt ueneres multi ioues: multi mercurii &c. Poetæ tamẽ operaſic cõfundũt ut omnium uni addicãt. ſiue ꝙ unã cæleſtẽ naturã putẽt omniũ effectuũ cauſam tametſi per diuerſos fiant: ſiue ꝙ omnia in admirationẽ trahere uolunt. Volunt aũt uenerẽ dictam ꝙ per eam oĩa ueniãt & oriant. Et quia generatio rerũ nõ ſine uirili ſemine fit. Ideo ueneri utriuſq; ſexus participationẽ dedere. Nã ut recitat Macrobius in Cypro eſt barbatæ ueneris ſimulachrũ. Quocirca Virgilius loquens de uenere ait. Deſcẽdo aut ducẽte deo. & Caluus. Pollentẽq; deum uenerẽ. & Ariſtophanes philoſophus aphroditõ genere maſculino appellat. & Leuinus ait. Venerẽ igit almum adorans ſiue fœmĩa ſiue maſ ẽ &c. De ueneris aũt uirtute ſic Lucretius. Aeneadũ genitrix hominũ diuũq; uoluptas Alma uenus: cæli ſubterlabentia ſigna. Quæ mare nauigerũ quæ terras frugiferẽtes Cõcelebras: per te quoniã genus oẽ animãtũ Concipit: uiſitq; exortũ lumina ſolis. hæc ille. Propter hanc rem dicẽt: natis uenus alma creandis ſeruit. Certũ eſt ergo pro cõſeruatiõe humanæ cæterorũq; animantium naturæ ueneris uſu opus eẽ. qui ſi legitime fiat iure matrimoniali: laudãdus eſt. Ecõtrario nemini dubiũ eſt quãtũ noceat tranſſiluiſſe finem. uſq; adeo ut nulla ſit labes qua homo a diuina mẽtis contẽplatione ad corporis ſordes citius auoceẽt. nulla propter quã plura bella fiant. nulla qua citius & plures in turpem egeſtatẽ ruant. Nam plautus paupertatẽ luxuriæ filiã nũcupat. nulla item quæ omni honeſto ſtudio magis inimica ſit: nam hoĩem totum effœtũ reddit: ac deinde tardũ & ſegnem. uſq; adeo: ut ſæpe tardũ pro luxurioſo poetæ ponãt. Nocet igitur & animæ & corpori. & utriq; plurimũ.

Venus

Vinũ

De uino quoq; nihil ignotũ dicam. nam oẽs ſcimus ſi temperate ſumatur humano ingenio adiumento eſſe. Vnde illud horatii in epiſtolis. Priſco ſi credis Mecænas docte Cratino. Nulla placere diu nec uiuere carmĩa pũt.

Quæ ſcribuntur. aquæ potoribus: ut male ſanos Adſcripſit líber ſatyris fau/
niſq; poetas. Vina fere dulces oluerũt mane camœnæ Laudibus arguitur ui/
ni uinoſus Homerus Ennius ipſe pater nunq̃ niſi potus ad arma Proſiliit di/
cenda: & reliqua quæ cõmẽtarii pirriſionẽ dicta putant: nemo tñ mihi inſici
as ibit uinũ modice ſumptũ acuere ingeniũ. At quantũ ebrietas deteſtãda Ebrietas
ſit facillime conſtabit: ſi hominẽ potum inſpexeris: qui iã omne id (loquor
de ratione & uirtute) quo a beluis ferisq; differimus exuit: & ſui imundo q̃
homini ſimilior luto inuoluit. facilis ad irã. facilis ad ſeditionẽ. facilis ad lu/
xuriam. facilis ad blaſphemiã deorũq; cõtumeliã. facilis ad ſecreta reuelãda.
ad amicos ꝓdendos. & ad oĩa deniq; mala faciẽda: contra ad nullã uirtutẽ pa
ratus. Quocirca ſi ita deceſſerit: iam de eius ſalute actũ eſſe dixeris. ſed redeo
ad poetã. Nec ueneris nec tu uini capieris amore. Capere multa uidet ſigni Capere
ficare ſecũdũ quod uaria ſunt quæ capiũtur. Aliqñ enĩ eſt in ſe continere. ut
atriũ meum capit mille uiros. Aliquãdo eſt intelligere. ut capio te. i. ſenſum
tuũ. Aliqñ auferre. ut quãdo capimus rem: qua capta quis ea perpetuũ priua
tur. unde captus oculis dicit priuatus. Virgilius in georg. Aut oculis capti fo
dere cubilia talpæ. Sic caper dicit qui captus eſt coleis. i. genitalibus. ut docet
Aulus Gellius. Aliqñ eſt ueſtalem ſuſcipere cui rei peculiare erat uerbũ. Ali
quãdo eſt cõprendere & in carcerẽ conĩcere: unde captiui dicũtur. Aliqñ eſt
ineſcare fallere aut decipere. unde dicimus hominẽ captũ amore: captum ui
no. ut hic Nec capieris. i. nõ illaqueaberis amore ueneris: nec etiã amore ui/
ni: ratio eſt. Vno náq; modo uina uenuſq; nocent. Vt uenus eneruat uires &c
Eneruare ẽ diſſoluere. neruis enĩ cõſolidamur. unde eſt: oſſibus & neruis cõ
pegiſti me. Sic copia uini. Copia dicit abundãtia & plenus uſus rerũ. utme/
retrix facit omnibus copiã ſui. ſic copia uini eſt abundãtia uini. Nõ tamen di/ Copia
ces de exẽplari inſtrumẽto q̃ ſit copia. ſed poteris dicere fac mihi copiã iſtius
inſtrumẽti. hoc eſt fac ut uſum eius habeã. In plurali aũt numero copias: co/
pioſum exercitũ uocamus. & apud poetas neceſſitudine uerſus aliqñ etiã in
ſingulari numero idẽ ſignificat. ut. ii. Aenei. Reſpicio: & quæſit me circũ co
pia luſtro. Et tentat greſſus &c. id eſt titubare facit. ut Chremes in eunucho
Teren. Vicit me uinũ quod ego bibi: Ac dũ accũbebam: q̃ uidebar mihi eſſe
pulchre ſobrius: poſtq̃ ſurrexi: neq; pes neq; mens ſatis ſuũ officium facit. In
georg. Virgi. tenuiſq; lageos Tétatura pedes olim uincturaq; linguã. Mul/
tos cæcus amor cogit ſecreta fateri. Cuius rei medea & Ariadna teſtes ſunt &
in ſanctis lſis Sanſon. Cæcus amor. i. cæcos faciẽs. pingit tñ amor ſeu cupido
puer alatus oculis uelatis. habẽs in altera manu tacula. in altera flãmas. Cæ
cũ autem uocamus nũc quod non uidet ut hominem cæcum. nunc quod nõ Cæcus
uidetur. ut ſaxa occulta cæca dicimus: nunc quod non ſinit nos uidere. ut cæ
cam noctem. cæcam auariciam. cæcũ amorem & reliqua quæ nos aut mẽtis
aut corporis lumine priuant. Arcanum demens detegit ebrietas. Horatius Ebrietas
in epiſtolis. Quid non ebrietas deſignat? operta recludit: Spes iubet eſſe ra/
tas: ad prælia trudit inermem. Sollicitis animis onus eximit &c. & inſermo/
nibus. Condita cum uerax aperit præcordia liber. Arcanum. dicitur ab arca Arcanum
qua arcetur id eſt tegitur. Demens. Bonum eſt adiectiuum ebrietatis. Nã Demens
demens dicitur non qui ſine mente eſt (quia is amẽs uocatur) ſed qui per/

uersam & deprauatam mentem habet: qualem ebrietas efficit. Bellum sæ/
pe petit ferus exitiale cupido. Ponit exemplum de amore Paridis in Helenã
pro qua destructa est Troia: exempla autẽ sine numero sunt. Vnde Horatius
in sermo. Nam fuit ante Helenam cunnus deterrima belli Causa: sed igno/
tis perierunt mortibus illi Quos uenerẽ incertã rapiẽtes more ferarũ Viru/
Bellum bus editior cædebat &c. Bellum. per antiphrasim. i. contrarium sensum di/
ci putant. eo q̃ nihil belli. i. boni aut pulchri habeat. Exitiale. dicit̃ quod ad
Cupido exitũ uitæ pertinet. Ferus cupido. temporale epitheton. nã est etiam placi/
dus amor. unde est in quarto. placido ne etiã pugnabis amori. Solent autem
amãtes infœliciter cupidinem feritatis arguere. ut in Bucolicis. Nec lachry/
mis crudelis amor: nec gramina riuis: nec cythiso saturant̃ apes. Et alio loco
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrẽ Cõmaculare manus. Et Tibul
lus. Semp ut inducar blandos offers mihi uultus. Post tamẽ es misero tristis
& asper amor. Cupido genere masculino deũ amoris: significat filiũ uene/
ris. Genere fœminino cupiditatẽ ipsam. Venus improba. etiam temporale
epitheton: quia dicturus est Alma uenus &c. Sæpe manus itidẽ bacchus ad
arma uocat. Dat exemplũ. Et lapythas bello perdis iacche grauí. Itidẽ. i. eo/
Noĩa deorũ dem modo. bacchus & iacchus noĩa sunt liberi patris qui deus uini: Sed per
ꝓ rebus metonomiã: noĩa deorũ ꝓ rebus quibus præsũt ponimus: tũc præcipue quan
do rebus actionẽ damus. ut perdere & mouere manus. De hac re dicit̃ in ge/
orgicis. Bacchus & ad culpã causas dedit ille furẽtes Cẽtauros læto domuit
Lapythæ rhœtũq; pholũq; Et magno hyleum lapythis cratere minãtẽ &c. Lapythæ
populi sunt tessaliæ ex lapytha secũdũ Isidorũ Apollinis filia geniti. At cen
Centauri tauri dicũtur esse Ixionis filii. Ixion enĩ credens cũ Iunone concumbere: cũ
eius simulachro ex nube facto rem habuit unde nati sunt Centauri: quorũ su
pernæ partes humanæ. Infernæ equinæ erant. quæ res ficta est q̃m ut docet
Plynius primi pugnare in equis inuenerũt. usi ergo a longe semihomines &
semie qui putati sunt. hi ebrei effecti. & martio furore parciti lapythas occi/
Deniq; derũt. Deniq; cum mentes hominũ &c. deniq; particula est qua utimur dũ
quæ particulatim dicere incipiebam?: generatim absoluimus ut hic. Deniq;
inquit quãdo mentes hominũ alterius furore parcitæ sunt & pudor & probi
tas & metus omnis abest quibus tribus humana natura ne effera uageť ma/
Pudor xime reprimit̃. Pudore qui in mulieribus & adolescẽtibus maxime cõmen
datur. Amissa nãq; pudicicia nihil in muliere cõmendandum est. Cicero in
epistolis. Qui semel uerecundiæ fines transierit eum bene & grauiter opor/
tet esse impudentem. quod Dido nondũ illecebris amorum capta sentiens
ait. Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat. uel pater omnipotens adi
gat me fulmine ad umbras Pallentes umbras erebi noctemq; profundã Ani/
te pudor q̃ te uiolem aut tua iura resoluam. De adolescẽtibus Therẽti?. Eru
buit salua res est: est enim pudor quo nos pudet turpis facinoris per quem ui
ri magni etiam sæpe ad fortia facta inuitati sunt. unde de Hectore dicit Ho/
Probitas merus q̃ ueritus a polydamante culpari multa ausus est. Probitas autem ẽ
qua uiri ꝓbi & ꝓbati ne infamiã incurrant oĩa quæ cõtra bonos mores & ho/
nestatem facere possent euitant. Metus uero duplex ẽ: alter filialis quo fili/
Metus us ueretur patrem offendere. de eo timore dicitur. Initium sapientiæ timor

domini. Eo enim pacto optimi quiq; uerentur peccare ne offensam dei in/
currant: Est & seruilis timor quo uerbera serui timent potius q̃ dominorum
indignationem. & de illo dicit Horatius. Oderunt peccare mali formidine
pœnæ. Quando autem quis aut ueneris amore captus. aut bacchi furore ta/
ctus est nullis uinculis cohibetur. Compedibus uenerem &c. Affectate di/
ctum. Nam uenus a ueniendo dicitur: recte ergo ne nimium ueniat præcipit
ut constringatur compedibus. Compes enim est impedimentum pedum.
Lyeus autem dicitur ut diximus a soluendo: quia solutos nos facit. quamob
rem uinculis constringendus est. Ne te muneribus &c. Non inficias it mu/
nera utriusq; nisi abusio fiat nobis utilia esse: sed cauendum esse ne nos læ/
dat uterq; quod nimirum fiet nisi & legitime & temperate utamur. Quæ au
tem munera sint declarat. quia. Vina sitim sedant. Valent inquit uina ad re
stringendam sitim. Natis uenus alma creandis seruit. Venus seruit: id est
utilis est natis creandis id est ad procreandam: quæ res apprime necessariæ
sunt. Sed transiluisse finem horum. hoc est indulgere ueneri ob nimium lu Alma
xum. & uino usq; ad ebrietatem: nocet. Alma. dicitur uenus ab alendo quia
eius presidio alitur omnium amantium genus.

P. Vir. Maronis de littera Y.

ITTE/
1 ra pitha
goræ &c

Ittera pythagoræ discrimĩe secta bicorni
1 Humanæ uitæ speciem præferre uidetur
Nam uia uirturis dextrũ petit ardua callẽ
Difficilemq; aditum primum spectantibus offert
Sed requiem præbet fessis in uertice summo
Molle ostendat iter uia lata: sed ultima meta
Præcipitat captos: uoluitq; per ardua saxa
Quisquis enim duros casus uirtutis amore
Vicerit: ille sibi laudemq; decusq; parabit.
At qui desidiam: luxumq; sequetur inertem
Dum fugit oppositos incauta mente labores
Turpis inopsq; simul: miserabile transigit æuum.

Propulsauimus quanta maxima potuimus diligẽtia ex morbos q singuli singulis uirtutibus offici unt. Nũc exagitanda est pestis: omni uirtuti cõtraria/ quã nunc desidiam: nũc pigriciẽ: nũc segniciem: nunc accidiam: nunc inertiam: nunc ignauiam. ad summã omissionẽ 'omnis boni uocare potes. Quã qdẽ ægritudine quicũq; conficiuntur: ingratitudinis uitio (quod sane detestandum est) cõuinci possunt. Si etenim cõsiderare uoluerimus: quãtũ optimo maximo deo nr̃o debeam?: qppe abs quo quicqd boni nobis ẽ aut erit aut cepim? aut susceptu ri sum?: fatebimur qdẽ egregie: nullũ esse desidiæ locũ: nihilq; iacẽtibus animis esse damnosius. Nam si finis uniuscuiusq; rei est optima eius operatio

uidebimur (nisi bona operemur: finē nostrum attingere nolle. Enimuero turpe est hoī animaliū facile principi deesse: quod in cæteris creaturis tā copiose cōspicimus: cæli enī cælorūq; ornamenta (quas stellas & sydera uocamus) cōtinua uolubilitate munera explere nō cessant. Elementa rerū mira cōmigratione tēperamentum ut iussa sunt seruant: animātium quoq; nullū præter hominē sibi deesse uidemus. Auiculæ enī fragillimo corpore fretæ. feræ multa sæuitia indomitæ. Beluæ marinæ indulgentia nimia ad ignauiā inuitatæ: ad generationē tamē & conseruationē prolis nunq̄ defatigātur: qn qua quicq; eoꝝ maxima ualet arte: pro ingenii hoc est naturalis indolentiæ benignitate semp in opere cōspicit. Adde q̄ & ipsi homines. ad iniqua agē da multo uigilantiores sunt q̄ ad bona. Quā rem Horatius sic in epistolis cō queritur. Vt iugulēt homines surgunt de nocte latrones. Vt teipsum serues non expergiscēris &c. Quia igit̄ non satis est uitia fugitasse: nisi bene egeris. Scriptum enī est a dīno poeta Declina a malo: & fac bonum. ideo maro uolens desidiam ꝓscribere: nos ad bene operandū pulcherrime allicit. Nam si (ut stoicoꝝ est paradoxum) omnes mali stulti sunt: stulti uero & insipientes profundissimæ platonicoꝝ doctrinæ minime capaces: operæprecium erat ī/ doctū stolidumq; uulgus rudi ac anormi minerua uiā uirtutis docere. Et q̄si signis illitteratos erudire. ad quā rē nihil accommodatius est q̄ littera pythagoræ: in qua totā humanā uitā & diuersæ uitæ exitū uidere licet. idcirco Virgilius eam instituto suo accōmodat & dicit littera pythagoræ &c. Pythagoras ex Samo insula philosophus in ītaliam uenit Tarquinii filio regnū obtinente cui cognomentū superbus fuit. Is multa doctrina & uirtute claruit: primū musicæ studuit in qua egregiam laudē assecutus est deinde philosophiæ naturali. mox & ethicæ. i. morali operam nauauit. & populū conatus abiicere. uirtutis amorem animis mortalibus īstillare satagebat: quod quia philosophicis rationibus nō potuit: signis & indiciis effecit: nouāq; uiam commētus est. Sciuit enī esu carniū multā feritatem in animis nīs innasci: multūq; nos ad libidinem impelli: quocirca præcepit (ut meminit ī trāsformatis Ouidī) ut ab oī carne sicut ab humana abstinēremus: turpe enī putauit ī uiscere uiscera cōdi assignās inauditā rōnē: q; aīæ nr̄æ qm̄ immortales eēnt e corporibꝰ nr̄is ī alia corpora migrarēt: neq; ī humana solū: sed etiā in ferina. itaq; fieri posse ut receptaculum auitæ aut p̄rnæ aīæ absumerem⁹: si quauis carne uescamur. id aūt alii eū sensisse putāt: alii ita præcipisse dūtaxat quo luxū carnis uetaret. Ouidī⁹ in. xv. methamor. inducit ip̄m sic loquētē. Parcite mortales dapib⁹ temerare nephādis Corp⁹: sunt fruges: sunt deducētia ramos Pōdere poma &c. & iterū. Prodiga diuitias alimē taq; mitia tellus Suggerit: atq; epulas sine cæde & sanguine p̄bet. Carne feræ sedāt ieiunia. & rursum. Heu quātū scelus ē in uiscere uiscera cōdi. Cōgestoq; auidū pingueſcere corpore corpus. Itē quisqs fuit ille deoꝝ Corporeasq; dapes auidā demersit in aluū: Fecit iter sceleri &c. Idem apud eundē immortalitatem & cōmigrationē animæ in diuersa corpora sic docet. Morte carēt animæ: semp̄q; priore relicta Sede: nouis domibus uiuūt: habitātq; receptæ. Et paulo post Omnia mutātur nihil interit errat & illinc huc uenit. hinc illuc & quoslibet occupat artus Spiritus æque feris humana in corpora transit. Inq;

Pythagoras

feras noſter: nec tempore deperit ullo. Itē Parcite uaticinor cognatas cæde
nephādā Exturbare animas ne ſanguine ſanguis alatur. Cæterū ut ad uirtutē
nos alliceret & a uitiis abſterreret: docuit uirtutū quidē ſemitā uideri primū
difficilem ſed incredibilem animi quietē atq; iucunditatē parere. Cōtra ui/
tioꝝ latas uias faciles omnibus patere. ſed in miſeros animi remordēte cō/
ſcientia cruciatus impellere: neq; quicq̄ præter pœnitētiā producere. Et quo
id rudibus oculis manifeſtius obiiceret υ ψι λον hoc eſt y tenue ipſis ita figu Littera py
rari monſtrauit ut in ipſo omnē humanā uitam diſcere poſſent. habet enim
(ut in fine huius uidere poteris) talē figurā ut baſis ſeu fundamētū quod ad
diſcrimē bicorne ſeſe extendit: acta infantiæ noſtræ quæ neq; bona neq; ma
la ſunt: ſignificet. deinde ubi ad biuiū peruenerimus hoc eſt ad uerum diſcri/
men boni ac mali. dicebat nos libere ex libero arbitrio noſtro in utrāuis par
tem uoluerimus progredi poſſe: ſi quidē in dexteram quæ uirtutis eſt tende
re uoluerimus ſummis opibus primū enitendū eſſe. ſed ad amœna loca nos
peruentū ire. ſin ad ſiniſtram quæ uitiorū eſt declinauerimus facilem quidē
aditū eſſe ſed duriſſimū inſtare exitū. Si quis uerba ipſius pythagoræ græca
lingua habere uolet quibus integritatem arbitrii cū fatorū neceſſitudine cō
ſiſtere docuit. petat Aul. Gel. libro ſexto capite ſecūdo. Nos interpretationē
gelliānā poſuiſſe ſatis putamus quæ hæc eſt. Noſces hoīes ſpontaneas hau
rire calamitates cum detrimēta ſingulis a ſeipſis fiant: & ſuo īpetu delinquāt
& in incōmoda ruant: ſua uolūtate atq; ꝓpoſito: ꝓpterea negat oportere fie
ri. audiri hoīes aut nequā aut ignauos & nocētes & audaces: qui quū iu culpa
& maleficio reuicti ſunt: perfugiūt ad fati neceſſitatē: tanq̄ in aliquod phani
aſylum: & quæ peſſime fecerūt: ea nō ſuæ temeritati. ſed fato eſſe attribuēda
dicūt. Hæc Gellius interpres. Et paulo poſt. Primus aūt ſapientiſſimus & an/
tiquiſſimus poetarū dixit hoc tribus uerſibus: quos illic ſubdit quorūq; hæc
per Gelliū interpretatio eſt & loquūtur ut ītelligas numina ſeu dei ipſi. Hey
mihi quid dānant mortales numina cæli Eſſe aiūt eteni per nos mala: cū ta/
men ipſis Vecordi præter fatū ſint mente dolores. Difficultatis aūt quæ in
dextero calle eſt cauſam ita ex philoſophoꝝ documentis habere poſſumus
(nam licet chriſtiani nihil ambigimus: qui ſcimus originalis criminis fomi/
tem extinctum quidem eſſe in fonte baptiſmatis: ſed incitamento tamē qd/
dam derelictū eſſe quo ad peccandū proni ſumus. quid hoc ad hunc locū: in
quo poeta non chriſtianus loquitur. Neq; tamē reſpuenda propterea eſt do
ctrina philoſophoꝝ ſi modo cū chriſtiana ueritate conſentiat. Dicemus phi/
loſophicas opiniones nihil a fide ſanctiſſima degenerātes. dicunt ita pytha/
goram & deinde Platonē ſecuti: animas a ſingulis elemētis paſſionē contra/
xiſſe. ſimiliter & a ſingulis planetis. Planetarū aūt congeriem ut memorau/
mus: ſiluam uocauerāt: propterea q; dicebant difficile eſſe tenere dexrerum
callem: & uenire ad aureum ramum de quo Virgilius in ſexto. per quē aliud
non intelligit q̄ ramum huius litteræ dexterum: per quem uirtus ſignifica/
tur. quocirca Aeneas per quem omnis uir ſapiens ſignificatur iuſſus quære/
re aureum ramum aſpectans ſiluam immenſam hoc eſt tot cælorum influen
tias nos ad uitia trahentes: ſic precatur. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ra
mus oſtendat nemore in tanto &c. ubi ſignate dicitur. ſe oſtendat nodis: qa

putabant plurimi nisi uirtus nos sponte ad se uocarit: difficillime posse eam contingere. quocirca dixit Sybilla. neminem aureum illum ramum posse carpere nisi fata ipsum uocent. Videtur tamen admittere humanam diligentiam: quocirca id uisa est dicere. Si non es prædestinatus precare ut prædestineris. ad quid enim nostra opus esset diligentia si credidissent etiam philosophi (nam de theologis certum est q̃ rectius sentiunt) omnia fatorum necessitudine contingere. Verba Sybillæ ad Aeneam in sexto sunt hæc. Ergo alte uestiga oculis: & rite repertum Carpe manu: namq; ipse uolens facilisq; sequetur Si te fata uocant aliter non uiribus ullis. Vincere nec duro poteris conuellere ferro. Quibus uerbis cum dicit uestiga alte oculis uidetur ut dictum est: nos inuitare ad diligentiam inquirendæ uirtutis quæ difficillima inuentu est. quocirca Aeneas illum aureum ramum non inuenit proprie inquisitione sed maternis auibus monstrantibus. quo non aliud significatur q̃ eos qui ad egregiam uirtutem euadunt adiutos oportere benigniore nascẽdi hora. Vnde & illud Iuuenalis. Plus etenim fati ualet hora benigni q̃ si te ueneris commendet epistola marti. Verum ut ad rem redeamus tamen si dexterum illud iter arduum & difficile. ab aliis facilius petat̃ utpote a bene natis ab aliis difficilius utpote infœlicius natis: ab omnibus tamen sine discrimine uirtus acquiri potest. Nam quanto magis infirmus ad scandendum fuerit: tanto maior scandenti gloria conringet. neq; deerit: si ut Aeneas deum precemur/qui conanti ascendere manum porriget: sed ad rem. Littera dicitur secũdũ plures quasi legitera eo q̃ legatur. uel quasi litura: quia cũ olim in cæratis tabellis scriptitarent: sepe lita est. Itaq; uolunt uno t debere scribi: sed quia prima deberet corripi (tametsi quidam a preterito deducere molientur) cepit tt duplici scribi sicut quartuor: cum quater & quaternus & similia quæ corripiuntur uno t scribantur. Similiter quottidie secundum multos tt duplici non alia ratione q̃ ut significetur prima longa scribitur: quot? enim prima breui uno t contentum est. Significat ergo littera elementum lecturæ: hoc est minimum quod legi potest. ut a uel b & hic littera pythagoræ hoc est y aliquando significat manum seu formam scribentis. Vnde ad Atricum Cicero. Nam Alexidis manum amabam: quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ. In plurali autem etiam significat epistolã. sed quum epistolam significare uolumus addemus numeralia distributiua: quæ congrue adduntur carentibus singulari numero. quando uero elementa hoc est singulas litteras significamus addenda sunt cardinalia. ut si dicis: unam litteram ad te dedi significas te dedisse unum elementum utputa a uel b. Si uero dicis te dedisse unas litteras idem é ac si diceres unam epistolam. & si duas litteras: perinde est ac diceres duo elementa. ut a & b. uel alia quelibet duo. Sed si binas litteras te misisse dicis non aliud est q̃ si diceres duas epistolas misi. Pythagoræ. non quam Pythagoras inuenit sed qua uitam humanam figuratam docuit ut supra ostendimus & nunc per Virgilium uidebimus. Erat ut dixi Pythagoras Samius philosophus/primusq; ut perhibent eo nomine nuncupatus. Nam cum antea sophi id est sapientes uocarentur. percunctatus an sophus esset dixit se philosophum hoc est studiosum & amatorem sapiẽtiæ. Discrimine secta bicorni. id est diuisa in duo cornua dexte

Littera

Pyt ago.

rum quod anterius est: & siniſtrum quod idem posterius. Díscrimen dici/ Discrimen
tur a discernendo. est enim discernere dignoscere. unde discreti qui rem be/
ne discernunt: sciuntq; diuidere bonũ a malo. Secta id est diuisa particípiũ Secta
est a secor secaris. uidetur autem affectate usus hoc loco. nam secare pertinet
ad itineris discrimen ut in fine sexti Aenei. Ille uiam secat ad naues: & signifi
cat quasi tenere. Inde secta philosophorum qua alii ab aliis diuidũtur. tenẽ/
tes suam quisq; opinionem. sic hoc loco alii secant dexterum iter hoc est te/
nent melius esse uirtutem per labores acquirere q̃ uoluptatibus molliter in/
dulgere. Bicorne dicitur quod habet duo capita. & declinatur hic & hæc bi Bicorne
cornis & hoc bicorne. habent autem uirgulæ huius litteræ se quasi sint cor/
nua. Vnde dixit discrimine bicorni. Species dicitur a speciendo hoc est ui/ Species
dendo. licet specio in simplici quidem in usu non sit. Dicitur autem species
quicquid oculis conspicitur. hoc est forma & dispositio ipse coloris. unde spe
ciem aliquando accipimus pro pulchritudine. Vnde Speciosus. Est ergo idẽ
q; forma & imago. uidetur itaq; littera pythagoræ præferre id est per dispo/
sitionem figuræ suæ indicare speciem id est imaginẽ humanæ uitæ. Præfer Præferre
re est quibusdam signis & indiciis aliquid certo significare. Sic de homine
cuius seuerus uidetur uultus omnibus eam aspicientibus: dicitur præ se ferre
seueritatem. Nam uia uirtutis &c. ordo est. Nam uia uirtutis existens ardua
petit dextrum callem hoc est dexteram uirgulam in ipsa littera: & offert spe/
ctantibus primum difficilem aditum id est accessum: sed prebet fessis requi/
em. i. locum quietis in summo uertice id est in altissimis fastigiis. Via lata.
quæ in siniſtram tendit ostentat molle iter &c. omnia faciliora sunt q̃ ut ex/
ponãtur. Dicã tamẽ naturã uocabulorũ & subinde sentẽtias aliorũ. Via actus
& iter apud iuridicos distinguũtur. Iter enĩ est ius eũdi ambulãdi hoĩs nõ Iter
agẽdi iumẽtũ uel uehiculũ. Actus ẽ ius eũdi ambulãtis hoĩs & agẽdi iumẽ/ Actus
tum. nõ aũt uehiculũ. Via ẽ ius eũdi: agẽdi iumentũ & ducẽdi uehiculũ. q Via
ergo uiã habet habet actũ & iter. Qui actũ habet etiam iter: sed nõ uiã habet:
Qui uero iter habet solum ius eundi possidet. nam iter ab eundo dicitur. &
est quasi itio. Vnde facere iter non est aliud q̃ ire quasi facere itionem seu p/
fectionem. habere iter est debere ire ut si ignarus uiæ: crederem Romã ire
quo mihi eundem est & Venetias eo tunc uere possum dicere: habeo iter ro
mam: non autẽ facio iter Romã: e diuerso facio iter Venetias: non autẽ ha/
beo iter Venetias. Est ergo iter ipsa itio: sed uia est spacium per quod itur. ita
facere uiam est ipsã reficere. Dicebatur antiquitus etiã ita unde semita quasi Semita
semi. id est dimidiata & parua ita. Callis uero est locus callo pedum tritus: Callis
Callus uero est ille uortex seu illa duricies in manibus & pedibus: quam ex Callus
frequenti agitatione contraximus. Vnde fit Callere quod per trãslationem Calleo
significat callide scire: nam in qua re faciunda nobis induruit callus: eam iã/
pridem experti sumus. Vnde illud in epistolis Flacci. Dicenda tacendaq; cal
les. Inde etiam Callidus a um. i. uafer & ex multo usu cautior factus. Diffi/ Facile &
cilẽq; aditum. facilis & difficilis communis significationis sunt. Nam facilis Difficile
is dicitur aliquando qui cito facit quod uolumus. id est exorabilis ut faciles
dei sunt exorabiles: Vnde in Bucolicis Virg. Sed faciles Nimphæ risere sa/

cello. hinc etiam dicimus facultatẽ quasi facilitatẽ faciundi. Facile etiã dicit quod cito fit. ut facilis doctrina quæ cito cõpræhẽditur: facile opus: q facile fit. i. sine difficultate. Faciles etiã mores dicimus qui leues & incõstãtes sunt ut qui facile. i. sine disquisitiõe fiãt. Cõtra difficiles uocamus inexorabiles & morosos: qui nihil faciunt: nisi exacta ad unguẽ ratione. quales sunt secundũ Ciceronẽ senes. uocat etiam quid difficile quod cũ difficultate fit: ut difficilem aditũ: quo nõ facile est adire &c.

Aditus

Adytum

Aditus tus tui quartæ declinationis & masculini generis uerbale est a uerbo adeo adis & significat additionẽ siue accessum. Sed adytũ ti secundæ declinationis & neutri generis cõtrarium sonat: est enĩ locus secretior in quo res sacras reponimus: nulli præter sacerdotem accessibilis. Dictus ab ἀ priuatiua particula & ἀυτῶ quod est subeo. quasi sine accessu.

Specto

Spectãtibus a uerbo specto participium est. Specto autẽ frequentatiuũ est uerbi inusitati specio quod significat uideo. unde plurima cõposita aspicio conspicio &c. significat aũt specto frequenter aspicio. Inde ex specto quasi extra specto ad illũ qui me moratur uel quẽ obseruo. Optime aũt usus est hic frequẽtatiuo quo pigritantẽ animũ depingit. Piger enim dũ quid laboriosum uidet sibi faciendum. iterũ atq; iterum aspicit quod uir strẽnuus q primũ aggreditur: Spectãtibus ergo animo languido uirtus nimirum difficilis & ardua uidetur: quæ tamen si scãderimus pulchritudine atq; dulcedine sua oẽm laborem leniret. scriptum enim est Iugũ meũ suaue: & onus meum leue: quod quidẽ uerũ iis qui iãpridẽ ipm subeũt. nã spectantibus primũ etiã arduũ uidet: oportet ergo rem aggrediamur: & operemur si deos auxiliatores habere uoluerimus. Vnde M. portius Cato. apud Salustiũ in oratione de bello Catilinario. Scilicet res aspera est: sed uos eã nõ timetis. Immo uero maxime. sed inertia & mollicia animi: alius aliũ expectãtes cunctamini: uelut deis ĩmortalibus confisi: qui hanc rẽpublicam sæpe in maximis periculis seruauere. Non uotis neq; supplicijs muliebribus auxilia deor parant: uigilando: agendo: bene cõsulendo prospere oĩa cædunt. Vbi secordiæ te atq; ignauiæ tradideris: nequicq deos implores: irati infestiq; sunt. Hæc ille. Horatius quoq; bñ sperãti aĩo rem aggrediendã monet in epistolis dicẽs. Nam cur Quæ ledunt oculos festinas demere: si quid Est animũ differs curandi tẽpus in annũ? Dimidiũ facti qui cœpit habet: sapere aude Incipe uiuendi qui recte ꝓgat annũ Rusticus expectat dũ defluat amnis &c. Cur inqt differs curare quod est. i. cõsumit animũ. hoc ẽ uitiũ aĩm obtenebrãs: cũ tñ si ĩcepe/ris facile purgari posset. Vt enĩ dicit in principio digestor Vniuscuiusq; rei sũma pars ẽ prĩcipiũ. Audẽdũ ergo est. Neq; desperãdũ ꝓpterea q difficile ẽ ad summã uirtutẽ puenire. nã ut in eadẽ prima epistola Horatius dicit. Qui ad summã uirtutẽ puenire nõ põt. conari tñ debet ut q̃proxime possit accedat. unde ait. Nõ possis oculo quãtũ cõtẽdere lynceus Nõ tñ idcirco cõtẽnas lippus inungi Et qa desperes ĩnuicti mẽbra glyconis Nodosa corpus nolis ꝓhibere chiragra Est quodã ꝓdire tenus. si non dat ultra. Offert: tanq; ĩpro/uidus Cõposita enĩm ex ob præpositione deseruiũt ueniẽtibus præter spem. ut obiicio. obuenio. offero. oppono &c.

Ob

Vertex

Vertex dicit a uertẽdo: & est summũ cui uslibet rei fastigiũ: quod ubi attigerimus uertendũ nobis est si ꝓgredi uolumus. unde uertex in capite unde pili uertũtur. dicit (& uertex mõtis est

ſummitas/eius. neq; uero ꝓpter ſũmitatẽ uertex dicit'. Nam in aquis: ubi ꝓ/pter ꝓfunditatẽ nõ ꝓfluũt: ſed in gyrũ reuertũt' uortice dicimus. antiq enĩ familiare' utebant'. o ubi nos e. ut dii bene uortant. ubi/nos dii bene uertãt Videamus ergo quãti momẽti hæc una dictio hoc loco ſit. Dicit uia uirtutis præbet requiẽ in uertice. per quod expreſſe uult perſeuerãdũ eſſe uſq; in fi/nem: nã non prius uertice attigeris. Deinde oſtendit perfectionẽ dexteri iti/neris: quia qui per uoluptatẽ & carnis delitias uiã leuam calcauerit. ubi iã in uertice eſt: niſi per amaritudinẽ animæ: & laborem corporis reuerſus fuerit præceps in æterna ſuppliçia profecto dabit'. Qui uero per laborẽ ꝓpieiuniũ: per excubias: cæteraſq; pœnitẽtiæ partes uirtutẽ cõſcẽderit: neq; defatigatus fuerit dum uertice auidis manibus prenſitauerit. illic nimirũ coronabit'. ne/q; ipſi qua uia uenerit redeundũ erit. unde eſt quod dicit feſſis requiem præ bet in uertice ſũmo. Molle oſtentat iter. Via lata. Etiã in ſanctis litteris di/citur. ꝙ lata ſit uia quæ ducit ad perditionẽ. hæc aũt oſtẽdit molle. i. facile & delicatũ iter: ſed ultima meta. hoc ẽ extremũ tẽpus uitæ præcipitat. i. deiicit (ut ad euãgeliũ accedã) in tenebras exteriores ubi eſt fletus & ſtridor dẽtiũ. & uoluit per ardua ſua. per quã rem æternitatẽ pœnarũ cõſpicere poſſumus ideo enĩ philoſophi cælũ ꝓpetuo motũ íri dicebãt. ꝙ uoluat' hoc eſt circula ri motu impellat'. ſi enim directo motu ageret'/qñ ſpaciũ infinitũ nõ eſt ali/qñ terminũ cõtingeret uoluit ergo hoc eſt circũuolutat. neq; ſatis eſt ſemel per ſaxa cecidiſſe. Hoc diſcrimẽ dextræ & ſiniſtræ etiã in euãgelio de extre/mo iudicio uidere| poſſumus: ſed quoniã recepi poetarũ & philoſophoꝝ di/cta adducere: totã hanc litteræ pythagoricæ deſcriptionẽ in ſexto Aenei. Vi dere poſſumus. ubi etiã apud inferos hæ geminæ uiæ diſcernũt'. Nam poſtq; deſcripta ſunt loca in quibus erãt Infantes inſõtes. ſenes deliri: amãtes amẽ/tes monſtroſa oĩa & imperfecta: quoꝝ opera per inſipiẽtiã aut furorẽ patra/ta: neq; bona oĩno neq; mala cẽſeri poſſunt: ideoq; in baſi huius litteræ locã/da. progredit'. ad biuiũ. unde ait. Hic locus eſt partes ubi ſe uia findit in am/bas: Dextera: quæ ditis magni ſub mœnia tendit. Hac iter eliſiũ nobis. At le ua malorũ. Exercet pœnas & ad impia tartara mittit &c. De hoc malorũ car cere: ſic idẽ Cato. Bene & cõpoſite. C. Cæſar paulo ante in hoc ordine de ui/ta & morte diſſeruit: credo falſa exiſtimãs ea quæ de inferis |memorant' di/uerſo itinere malos a bonis loca tetra. inculta fœda: atq; formidoloſa habe/re &c. Huius item rei ſic meminit Perſius. Et tibi quæ Samios diduxit lĩa ra/mos Surgentẽ dextro mõſtrauit limite callẽ. Quiſquis enĩ duros caſus &c. Nunc poeta cõmendat uirtutem: & ecõtrario uitia damnat. Vtit' autẽ ſimili fere uerbo eius quod apud aulũ gelliũ líbro. xv. Capite primo cõperies. ubi ſic ait. Adoleſcẽtuli cũ etiã tum in ſcholis eſſemus ἐρωτηματίου. ideſt com mentatiunculũ hoc græcũ quod appoſui dictũ eſſe a Muſonio philoſopho audiebamus. Et qñ uere atq; luculente dictum uerbiſq; eſt breuibus & rotũ/dis iunctũ. Perq; libẽter mimineramus. αμτιπραξησ μετα πονου: ὁ μεν πο/νοσ ὀιχεται: το δε καλον μενει. αμτιποιησησ αισχρου μετα ἡδονησ: τὸ μεν ἡδυ ὀιχεται: το δε αισχρον μενει. i. Si per laborẽ honeſte quippiam egeris: labor abit. honeſtum manet. Si per uoluptatẽ turpe feceris quippiã. Quod ſuaue ẽ abit quod turpe ẽ manet. Poſtea. (inquit) iſta ipſam ſentẽtiã

Dextera

in Catonis oratione quã dixit Numãciæ apud equites positã legimus: quæ etsi laxoribus paulo longioribusq; uerbis cõprehensa est præterq; illud græcum quod diximus: quoniã tamẽ prior tẽpore antiquiorq; est: uenerabilior uideri debet. uerba ex oratione hæc sunt cogitate cum animis uestris siquid uos per laborem recte feceritis: labor ille/a uobis cito recædet: benefactum a uobis dum uiuetis/nõ abscædet. Sed siqua per uoluptatẽ nequiter feceritis: uoluptas cito abibit: nequiter factũ illud apud uos semper manebit. Hæc ille. Xenophon quoq; in eo libello quem scripsit de dictis & factis. Socratis memoratu dignis. dicit Herculi iam in infãtia suprema uoluptatem & uirtutem habitu muliebri oblatas: qui cum utriusq; cohortationẽ audiuisset: uirtutisq; arduum iter/ optatum receptaculũ habere didicisset: contraq; uoluptatis aditum perq; facilem: sed finem sane amarũ: grauibus uerbis uoluptatem & nequitiam aspernatus: uirtutem per labores & sudores in dexterã insecutus est de hac re sic dicit Cicero in offi. Namq; herculẽ prodicus dicit ut est apud Xenophontem: cum primũ pubesceret ¶ quod tẽpus a natura ad deligendũ quã quisq; uiam uiuendi sit ingressurus datum est ¶ exisse in solitudinem atq; ibi sedentem diu secum multũq; dubitasse: cum duas cerneret uias: unam uoluptatis alterã uirtutis: utram ingredi melius esset. hæc Cicero. Aristoteles autẽ dicebat studiorũ liberalium amaras esse radices fructus uero dulces: símile est de uirtute quod sic dicit Virgilius. Quisqs.n.&c. ordo est enim pro quia quisquis idest quicũq; uicerit amore uirtutis: Duros casus idest omnia aduersa inbenti animo perpessus fuerit. Ille.i.is parabit com parabit sibi laudem & decus: At sed is supple qui sequetur desidiã & luxum inertem: dum fugit idest fugere conatur incauta mente labores oppositos.

Virtutis amor

idest obiectos sibi. ipse Turpis inopsq; simul trãsigit æuum. idest uitam miserabile. idest miserã & detestabilẽ. Dicit notate uirtutis amore. quia si ambitiosus pro uana gloria & popularibus auris bene egeris: operam ludis. Vnde Cicero de somnio Scipionis. Igitur alte spectare si uoles. atq; hãc sedem & æternam domũ cõtueri: neq; te sermonibus uulgi dederis: nec in premiis humanis spem posueris rerum tuarũ: suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerum decus &c. De hac re est diuina illa persii ubi contra desides loquitur sententia. Magne pater diuum sæuos punire tyrãnos haud alia ratione uelis cum dira libido Mouerit ingeniũ feruenti tincta ueneno. Virtutem uideant: iutabescantq; relicta. Anne magis siculi timuerunt æra iuuenci. Et magis auratis pendens laquearibus ensis. Purpureas subter ceruices terruit: imus Imus præcipites: q̃ si sibi dicat. Et intus palleat infœlix quod proxima nesciat uxor. Aulus Gellius in noctibus atticis Capite primo. xvii. libri refert. Stoicos dicere. Maliciã satis esse ad summã miseriam. Virtutem ediuersa ad summũ bonũ. peripatheticos autẽ cõsentire: maliciã quidem summã miseriam conficere: negare tamẽ summũ bonum uirtute sola perfici posse: nisi & naturæ & fortunæ bona accesserint. Idem ipse Gel. libro. xi. sic inquit Pphilosophũ nomine peregrinũ uirum grauem cui postea cognomẽtũ protheus factum est: audiuimus. Qui uirum quidem sapientẽ non peccaturum esse dicebat: etiamsi peccasse eum dei atq; homines ignoraturi essent. non

enim pœne metu nõ esse peccandũ: sed iusti honestiq; studio & officio &c. Iuxta quod est quod iam adduxi Horatii illud oderunt peccare boni uirtutis amore. Oderũt peccare mali formidíe pœnæ. Duros casus. Casus dicit' a cadendo: itaq; quia in malũ cadere dicimur & in mortẽ. sæpe malã partem accipitur. Verũtamẽ pro euentu ponit' usq; adeo: ut etiã in bonã partem accipiat'. quocirca dicit duros casus. i. duros euẽtus. & duros labores. Sicut primo Aenei. ubi hæc littera allegoricos describit'. cum dicit'. Per uarios casus per tot discrimina rerũ. Tendimus in latiũ. sedes ubi fata quietas. Ostendũt illic phas regna resurgere troiæ. durate & uosmet rebus seruate secundis &c. Quid enim aliud est tendere in latiũ nisi in patriam promissionis: in quã nimirũ per dexterũ hunc callem tendimus: ut enim monstratũ est ille in uertice summo fessis requiem prebet iuxta quod dicit'. sedes ubi fata quietas &c. Sed nõ nisi in summo uertice. unde est. Durate & uosmet rebus seruate secũdis. At qui desidiã. Hic manifeste desidiã ut oĩum uirtutũ hostẽ exagitat. Virtutis enim (inquit Cicero) laus omnis in actione consistit &c. Ocia uero Desidiam nos ad omnia mala concitant. præcipue ad luxuriam. Vnde Ouidi. in de remedio amoris. Queritur ægistus quare sit factus adulter? In promptu causa est desidiosus erat. Et alibi. Ocia si tollas periere cupidinis arcus. Et Iuuenalis Nũc patimur longæ pacis mala sæuior armis. Luxuria incubuit &c. Dicit autem bene luxum inertem. Quia omnino segnes & inertes. ideſt sine arte nos facit: priuatq; diuinarum rerum comtẽplatione: quod significatur secundo Aeneidos. ubi Aeneas deos uidere non potuit tantis per dum uenus adesset: quos ea absente continuo uidit. Summopere autem prisci illi Romani inertiam fugerunt Vnde Salustius: Prudentissimus quisq; maxime negocios us erat: Ingenium nemo sine corpore exercebat: Optimus quisq; facere q̃ dicere: sua ab aliis benefacta laudari: q̃ ipse aliorum narrare malebat. Igitur domi militiæq; boni mores colebantur. & cetera. Quia igitur boni Sapientia & sapientis uiri est non modo sapere uerum etiam agere. Affranius (ut recitat Gellius) egregie sapientiam sic describit. Vsus me genuit: mater peperit memoria. Sophiam uocant me grarii uos sapientiam. Pacuuius quoq; eodem Gellio teste: ad sapientem ut bene agat pertinere sic docet. Ego odi homines ignaua opera: & Philosopha sententia. Nihil enim indigniusfieri posse neq; intolerantius dicebat. q̃ ꝙ homines ignaui ac desides: operti barba & pallio mores & emolumenta philosophiæ: in linguæ uerborumq; artes conuerterent: ut uitia facũdissime accusarent: intercutibus ipsi uitiis madentes. Hæc illi. Hinc Iuuenalis. Vltra sauromatas fugere hinc libet & glacialem Oceanum: quotiens aliquid de moribus audent. Qui curios simulant & bacchanalia uiuunt. &cetera. Dum fugit &cetera. ideſt dum fugere tentant. non etenim euitat. sed dum incautus requiẽ nanciſci sperat. senex rebus paternis consumptis: & corpore omni indulgentia de prauato. miser inops & turpis omnibus modis laborat. Dicit notãter incauta mẽte: quia si sapiẽs esset: nõ ita fugeret laborem. Est aũt quod dicit in sermõibus Horatii uitia i cõtraria currũt: & in de arte poetica. In uitiũ ducit culpæ fuga si caret arte. Affectate aũt uidet Virgilius tpa diuersa ponere. cũ de bono dicit puerbũ de futuro laudẽq; decusq; parabit. nõ enĩ bonus uir cõti-

nuo laudat̃: licet ſibi tacite gaudere põt. Nã ſæpe poſt fata hoc ẽ poſt corpis mortẽ: primũ gloria dat̃. Vnde ꝓpertius. At mihi qđ uiuo detraxerit inuida turba. poſt obitũ duplici fœnore reddet honos. Habes uir egregie primũ ſil uarũ nr̃arũ lucũ: in quo multa præclaraq; ad uirtutẽ ſũt incitamẽta: Docuit enĩ Virgilius boni ſapientiſq; uiri officiũ: nec ſolũ quomõ boni eẽ: uerũetiã quomõ boni fieri poſſimus. Nã ſi (ut ĩ primo carmie docuit) recte cõſciẽtiã noſtrã diſcuſſerim⁹: & nõ ficte culpã cõfeſſi fuerim⁹: nec refugerimus Offen ſi prauis dare palmã & p̃mia rectis. ſi itẽ ut ĩ aliis carmĩbus p̃ceptũ ẽ uitia mor tifera uitauerimus. nimirũ boni efficiemur. At ſi qđ nũc admonuit dexterũ iter uiriliter cõſcẽderimus: facillime boni pmãſerim⁹. Indignũ ſiqdẽ ẽ & de/ teſtabile crimẽ. q; hõ q ut cæteris animãtibus ĩperet natus uideť: pẽtĩ (cuius oĩum duriſſima eſt ſeruitus) ſordibus inſeruiat. unde exclamat flaccus. Quæ belua ruptis cum ſemel effugit reddit ſe praua cathenis? ſed ad alia?

Deſcriptio litteræ pythagoricæ:

Polliciti ſumus ponere figuras pythagoricæ lr̃æ quas uarias ponunt: ſed earũ q̃s ſubiũgã priorẽ magis ad rẽ nr̃am accedere puto: reliquã tñ nõ dãno ut aũt qlibet qd ſignificẽ cognoſcere poſſit. ſtatui ſingulis elementis notare quæ ſic pficiũť. B. I. o. in. Balis ſignificãs opatiões indifferẽtes. & hæc ponẽť ĩ pte inferiori. poſt biuiũ ãt ad uirgã dexterã ponẽť. D. i. b. dexterũ iter bono rũ. & ĩ uertice ponẽť. S. q. ſedes qetis. ad ſiniſtrã aũt uirgã. L. i. m. Leuũ iter maloꝝ. & ſub uertice. P. ponẽť. i. p̃cipitiũ de quo deiiciũť captiuoluptatibus

Figuræ litteræ pythagoricæ.



Cõpleta eſt prima pars ſiluarum moraliũ tracta ex operibns Virgilianis
Sequit̃ ſecunda ex carminibns Horatianis.

IO.B.ASCENSII AD SECVNDVM MORALIVM SILVARVM LVCVBRATIVNCVLAE.

Cogitanti mihi unde ſecũdã Siluarũ moraliũ ſeriẽ traduceremus
c Qũ.Hora.Flacci.ĩ ſentẽtiis mira grauitas.prima ſeſe obtulit. hæſitabã tñ incertus:cum tot in eius ampliſſimo nemore fructiferæ ſint arbores:quas potiſſimas ſupioribus aſſererẽ.oĩs etenĩ uirtutis fructũ illinc excerpe poſſes Verũ cũ ſnbinde ad Virgilianos hortos quos mõ plãtauimus:reſpicerẽ:ac arbores quas forte ita collegerã dignoſcerem:oẽſq; populos,eẽ uiderẽ:atq; inquã herculeas arbores in uirgilianũ pomariũ traduxim⁹.eſt ſiqdẽ populus herculi ſacra.uñ in buco:populus alcidæ gratiſſima:iõ(ni fallor)q; tota eius uiri uita populeis frondibus ſimilis uideť.Nã ueluti illæ iteriorẽ ptẽ albã.& exteriorẽ uiridẽ hñt.ita hercules ĩ prima æta/te caneſcẽtis uitæ prudẽtiã hahuit.unde ἀφοτῆσ ἄλκῆσ.i.a uirtute alcidẽ dictũ putãt.In ſup̃mo aũt æuo uiridis iuuentæ labores adhuc tolerabat. Quia igiť Virgilianæ arbores uirtutis(quã herculi dãt)fructum afferũt.nõ abre herculeas(quæ populi ſũt iudicabã.Quocirca admiratus cæpi ad Virgiliãnã uitã animũ flectere:meminiq; ſic ſcriptũ eẽ.Virga populea more regiõis mãtuanæ in puerpiis eodem ſtatim loco/quo uirgilius editus erat /depacta ita breui coaluit:ut multo ante ſatas populos adæquaſſet.Quæ arbor uirgiliana ex eo dicta atq; cõſecrata ẽ ſũma grauidaꝛ & frœtarũ religiõe ſuſcipiẽtiũ ibi & ſoluẽtiũ uota.his itaq; cognitis deſtiti admirari Virgiliũ ſuã arborẽ ad/amaſſe multũq; de uirtute ſcriptitaſſe.Reflexi igiť ad horatianã uitã oculos:ſcrutaturus quas ipe ſibi ſacras haberet.Cæterũ offendi unã ipſi ſũmope execrabilẽ de q̃ ſic inqt Me trũcus elapſus cerebro. Suſtulerat:niſi faunus ictũ.Dextra leuaſſet mercurialiũ Cuſtos uirorũ. In quã etiã totũ illud carmẽ cõpoſuit.Ille & nephaſto te poſuit die.Quicũq; primũ & ſacrilega manu ꝓdu/xit arborẽ in nepotũ pniciẽ oppropriũq; pagi &c.Ea igiť arbor cuius caſu ꝓpe occubuiſſet poeta:fragilis nimirũ erat noſq; fragilitatis nr̃æ monet: unde & ipſe horatius.Quid q̃ſq; uitet nũq̃ hoĩ ſatis cautũ eſt ĩ horas.Erũt ergo ſequẽtes arbores de fragilitate hũana:opuſculo de mũdi cõtẽptu corrñdẽtes.

Q.Hor.Flacci.Quarto carminũ ad Torquatũ.

d IFFVgere niues redeunt iã gramia cãpis
Arboribuſq; comæ
Mutat terra uices & decreſcẽtia:ripas
Flumina prætereunt
Gratia cũ nimphis geminiſq; ſororibus audet
Ducere nuda choros.

d IFFVgere niues Ode hæc eſt Quinti horatii Flacci quarto carminũ. In qua ipſe nos humanæ fragilitatiſ admõitos facit mõſtratq; miro ingenii ſui artificio.

q;(ut Saluſtius inquit) Omnia orta occidũt: & aucta ſeneſcunt. Proinde ad ea nos inuitat: quæ auidas hæredis neciſq; manus effugere poſſũt. ſimulq;

adhortatur ita uiuamus ut cũ uita nomẽ & gloriã nõ amittamus. Vt autem
Exacta poetæ diligẽtia exiguam ſãltẽ eiuſmodi artificii portiunculam præguſtemus: Sciemus horatiũ/qui inter lyricos latinos/facile princeps: ſoluſq; dignus eſt iudice Quintiliano qui legat: uſq; adeo lyrici decori ubiq; fuiſſe memorem. ut nõ modo apta uocum cõpoſitione: aut iucũdo elementorũ concentu: ſed uel carminũ cõnexione: rem deſcribendã pingat. Non enim ab re. hoc carminis genere hic utitur: ſed eo ſubitũ rerum magnarũ interitũ ſignificat. Siquidẽ auſpicat exordiũq; ſumit ab hexametro pœne heroico: quo regum egregia facinora longa ſententiarũ uerborũq; conſtructione deſcribi ſolent: unde & heroico ipſi nomen eſt: ſubitoq; in elegiaci carminis præcipitẽ caſum deſinit: quo nimirum notificat: ut ſubito ex regali interdum ſtrepitu: in triſtem rerũ noſtriq; interitum deſcẽdimus. Neq; hæc res exemplo caret. Nã & idem figuratum uidet in noto illo carmine. Non eodẽ curſu reſpondent ultima primis
Producẽdæ Corripiẽdæ/q; ſyllabæ ratio. in quo autor quis eſt nõ contẽnendus ut citam rerum mutationẽ ſignificet: eodem media breui protulit. eo opinor cõſilio: quo uirgilius tertio Aenei. ut repentinũ horrorem Aeneæ depingeret: ſteterũt mediã corripuit dicens Obſtupui ſteteruntq; comæ & uox faucibus hæſit. Et ſyllabam le in illo buco Matri longa decem tulerunt faſtidia mẽſes: per quod ſignificat mater omniũ dolorũ eueſtigio oblita: audito natæ prolis uagitu. Sicut ecõtrario laniguidam anhelãtis laborantiſq; ſub extremis animæ orationem Ouidius depingit producendo penultimã huius uerbi dederitis. ubi inquit uitã dederitis in undis. Et longũ maris faſtidium dicendo. Cum maris ionii tranſieritis aquas: q̃uis eiuſmodi ſyllabæ producẽdæ etiam (ut paulo poſt hac dicem?) alia ratio ſit. Sciemus præterea multũ ornatus ad ſermonẽ noſtrum accedere: ſi ipſum per contentionẽ ex contrariis rebus cõpoſueris. Quo mõ maro animantiũ fere omniũ profundũ ſaporem lõge exequit ut miſeras didonis excubias inferat accumulatius: nam ut pholoſophi uerbũ eſt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt. Ob hanc rem igit poeta uoſter uernas delitias florida illa arua accurate colligit quo mœſtior hominum uideat interitus.
Contentiõis uirtus Innuit præterea gratias nymphas deaſq; immortales ſecuras noluptatibus incumbere poſſe: rerumq; fere præterq̃ homis reditum eſſe. Homo eteni ubi ſemel deciderit redibit nũq̃. Cæterum ut intentionẽ poetæ propius aſpiciamus ſciemus ipſũ epicureorũ dogmati ſuffragari ſolitũ. unde ipſe de ſe in epiſtolis. Me pinguẽ & nitidum bene curata cute uiſes. Cũ ridere uoles epicuri de grege porcum. Epicurus autẽ iactitabat ſeſe humanum genus duobus uel maxime malis leuaſſe. anxia uidelicet deorum religiõe: & ſtatus poſt obitum ancipiti formidine. Docebat enim deos ſecurum agere æuum: nec curare mortalia. Vnde & illud poetæ nri in ſermonibus credat iudeus apella. Nõ ego. nãq; deos didici ſecurũ agere æuum: Nec ſiquid miri faciat natura: deos id Triſtes ex alto cæli demittere tecto. hinc etiã amara illa Virgiliana exprobratio: nec curare deũ credis mortalia quẽq̃. De hac aũt re plenius Lucretius. Oi ſeni per ſe diuuũ natura neceſſe ẽ i mortali æuo ſũma cũ pace fruat. Se mota a nris reb? ſeiũcta longe. ná priuata dolore uiget priuata periclis ipſa ſuis pollẽs opibus: nihil indiga nris. Nec bñ p meritis capit nec tãgit ira. Hũc aũt errore poeta nr detestat primo carminũ dicẽs. Parcus deoꝝ:
Epicuri paradoxa

cultor & infrequẽs insaniẽtis dũ sapiẽtiæ: Cõfultus ero: nũc retrorsum Vela dare atq; iterare cursus cogor relictos &c. olim inqt epicuriũ secutus erã par cus & infrequẽs deoꝝ cultor. i. neq; abunde neq; frequẽter deos colebã. Dũ cõsultus. i. pitus sapiẽtiæ insaniẽtis. i. dogmatis epicureoꝝ sacrilegas res (ut interptaf Acron) suadẽtis erro &c. Præcipiebat ad hoc epicurus humanos aĩos ut beluaꝝ una cũ corpibus peritũ ire. Ideoq; fabulosa eẽ quæ de inferis somniaf. Cui errori refragaf poeta ĩ sermõibus ubi dicit animũ nĩm diuinæ particulã auræ: & multis aliis locis qbus sicut homerus & Virgilius noxiorũ apud inferos pœnas diligẽter enũerat. Cõtra eũdẽ est illud ꝓpertianũ. Sũt aliqd manes: lætũ nõ oĩa finit Lucidaq; euictos effugit umbra rogos. Si tũ in hac ode (ut poetarũ est uaria sectari) horatius epicurũ seqf: tacite nos ad præsentis uitæ uoluptates ĩuitat: qñ fluxa & fragilis sit. nullaq; post eã futura uñ illud Virgilianũ in carmĩe de rosa. Collige uirgo rosas dũ flos nouus & noua pubes. Et mẽor esto æuũ sic ꝓperare tuũ. Et Tibull. in primo. Interea dũ fata sinũt iũgamus amores. Iã ueniet tenebris mors adopta caput iã sub repet iners ætas: nec amare licebit. Dicere nec cano blanditias capiti. Ft ele: quarta. At si tardus erit errabis: trãsiet ætas & paulo post. Vidi iã iuuenẽ premeret cũ serior ætas mœrẽtẽ stultos præterisse dies. Et alibi. At tu dũ primi floret tibi tpis ætas. Vtere: nõ tardo labit illa pede. Cæteꝝ aptissime hoc sentit poeta nĩ ad leucothoẽ dicẽs. Tu ne quæsieris (scire nephas) quẽ mihi quẽ tibi. Finẽ dii dederint leucothoe: nec babylonios. Tẽtaris nũeros: ut melius quicqd erit pati Seu pluref hyemes: seu tribuit iuppiter ultimã Quæ nũc oppositis debilitat pũicibus mare Thyrrenũ: sapias uina: liques & spatio breui spẽ lõgã reseces: dũ loqmur fugerit ĩuida Aetas: carpe diẽ q̃ minimũ credula postero idẽ & aptiꝰ alibi. Obtĩ sexti uitæ sũma breuis spem nos uetat in choare lõgã iã te ꝑmet nox fabulæq; & manes & domꝰ exilis plutõia: quo simul meariſ. nec regna uini sortiere talis &c. his locis ac multis aliis ad pñtia bona ĩuitamur. qñ & ea breuia & futura ĩcerta sint Sed qñ ea sñia a religiõis nĩæ scitate plurimũ abhorret: nihilq; cogit ut ita sensisse poetã dicamꝰ (Nõ eteni sp ad leucothoẽ scribit) sic argumẽtũ colliges. Quoniã mirũ ĩ modũ fragilis ẽ nĩa mortalitas. nihilq; certi ĩpa morte datũ neq; post eã qsq̃ bonis opatiõibꝰ locꝰ erit reliquus: Admonet nos poeta ut ĩterea loci dũ uiuimꝰ: sic uiuamꝰ ut mortis mẽores uideamur tẽpusq; qd hic nobis perq̃ breue ẽ: q̃ntæ maxiæ poterimꝰ uirtuti inptiamꝰ. simulq; ne ĩcauti uitæ nĩæ breuitatẽ cũ hæredũ succesiõe cõpẽsemus. Nã parũ nobis ab auaro hærede bonæ gloriæ futurũ admonet ut bona tẽporalia quæ nos diu tenere nõ possumus: neq; auaro hæredi bene leganf: uiui cõsultius diuidamus. quia cũcta manus auidi fugiũt hæredis amico quæ dederis aĩo. Quid aũt boni atq; utilitatis hẽat mortis recogitatio: eccleſiasticæ lĩræ satis ꝑdicãt Scriptũ. n. ẽ mẽorare nouissima tua & ĩ æternũ nõ peccabis. Ouidꝰ quoq; licet ĩ aliũ usũ. sic de ea re loqf Vẽturæ mẽores iã nũc estotæ senectæ. Sic nullũ uobis tẽpꝰ abibit iners: sed ad tex.

Intẽtio poetæ

Argumentũ

d Iffugere niues &c. Videq̃ studiosæ uerni temporis delitias & uirẽtis agri amœnitatẽ describit: quo tristiorẽ inferat hũani generis interitũ. niues inquit diffugere. idest omnino absumptæ tepore aeris perierũt Gramĩa. i. hærbæ redeũt iã cãpis. i. ad decorẽ & honestatẽ campoꝝ: uel ĩ ipsos cãpos & comæ. i. frondes redeũt arboribus &c.

Terra mutat uices. hoc est quæ duro gelu obriguit: nũc laxũ gremiũ aperit & oĩs generis odores & flores enitit. Flumina decrescẽtia, ꝓptereꝫ ꝙ nimiũ aquæ deficiũt: & cæli tẽperies imbres rariores effundit. prætereũt. i. iucũdo murmure præterlabũt ripas: Gratia idest una triũ charitũ audet cũ geminis sororibus idest reliqs duabus charitibus & cũ nimphis ducere nuda choros. idest choreas & carmina. Ex qua re maxima significat uoluptas. Quid etenĩ delitiosius q̃ primo uere dum arbores pullulãt siluæ frõdent. prata rident in amœnissimo cãpo uersari. & audire preterlabẽtis fluminis sonitũ. & dearum cantilenas. uidere eas nudas chorũ agitare. enĩ nero ea res nos mortalitatis nostræ ĩmemores facere posset: quocirca amare infert poeta. Immortalia ne speres & reliqua. Hãc ueris amœnitatẽ uirgilius sic exequit. Hic uer purpureũ: uarios hic flumia circũ Fũdit humus flores: hic cãdida populus antro Imminet: & lẽtæ texũt umbracula uites. & alibi. Dicite quãdoquidẽ in molli cõsedimus hærba. Et nũc oĩs ager nunc omnis parturit arbos. Nunc siluæ frondẽt nũc formosissimus annus. sed exponamus uocabula ipsa. Diffugere idest diffugerũt cõpositũ est a dis & fugio. Solet autẽ dis illis addi quæsignificãt ita separi ut reliquie nõ appareant ut dispereo: disgrego. Diffugere ergo idest penitus fugerũt sic ut uestigia nõ extent. Niues olim declinabatur nix ninguis lucre albas effundere ningues. hĩc etiã ninguit uerbũ. Gramen species hærbæ est marti sacra: qm̃ (ut inquit Seruius) sanguine humano nascit. Aulus Cellius dicit ex gramine factã olim ciuicã coronã: quæ dabatur ei q cõciuẽ hostiũ manibus eripuerit. Colligebat aũt ex gramine eius loci ubi ipsum saluauerit. Ponit hic ꝓ omni hærba. Cãpis põt esse octauus casus hoc est datiuus localis. Solẽt enĩ poetæ more græcoꝝ locũ in quẽ traduci aliquid significat in datiuo ponere quẽ nos in accusatiuo mediãte præpositiõe in uel ad ponimus. ut primo Aenei. Inferretq; deos latio. i. in latiũ. & sexto. Obuertũt pelago proras. i. pelagus uersũ. It clamor cælo. i. ad cælũ & in buco. Viridi cõpellere hibisco. i. ad hibiscũ. sic hoc loco redeũt cãpis. i. in ipsos cãpos. uel est datiuus. ut sit ad ornatum campoꝝ quod ex ea re uirisi mile uideꝫ ꝙ dicit comæ. quæ nimirũ capitibus humanis decori sũt. unde & cõptiornati dicũt. Est aũt. Campus planities terræ ampla & grãdis. ideoq; spatiosæ plateæ areæue: campi nomẽ acciperũt. unde Romæ campus Martius. Nam locus huiusmodi angustior uocat area. hæc uallalibro quarto. In quã significationẽ accipit cãpus a poeta secũdo sermonum. ubi dicit. Est genus unũ stultitiæ nihilũ metuẽda timẽtis: ut ignis. Vt rupes fluuioq; in cãpo obstare queraꝫ. Est igit campus locus capax. nã a capiẽdo dicit. & planus in terris: quod ab æqualitate aliqñ æquor dicit. Mutat terra uices. ꝓ mutationẽ temporũ. dicit etiã ipsam naturã mutari. inquit Acron. Vices singulares rectis caret: significat aũt: nũc partes: nũc uicissitudinẽ. ut gerã tibi uicẽ amoris. i. reclamabo te. Inuicẽ tñ amare est uicissim amare. hoc est alternatis tẽporibus & nõ eisdẽ. Et quia habemus aduerbia tẽporis satis ꝓpria. inepte dictũ putãt si dixeris prima uice. secũda uice. multis uicibus. una uice. alia uice &c. deberes enĩ dicere. Primo secũdo sæpe semel alias &c. Decrescentia ripis &c. alterũ dependet ex altero: ideo enĩ prætereũt. i. (ut inquit Acron) inter ripas labũt. quia sũt decrescẽtia. i. iminuta. Facit aũt plurimũ ad amœ-

Dis in compositione

Niues

Gramen

Cãpis octauus casus

Campus Area

Vices

nitatem loci habere flumina præter labentia saxosas ripas. Vnde in Bucolicis. Nec percussa iuuant fluctu tam littora: nec quæ Saxosos inter decurrunt flumina ualles. Quam ob rem nõ suffragor landino sic interpretãti hunc locum. Decrescẽtia. r. duplex sed contraria potest esse sentẽtia: ut sit uel decrescentia. i. ualde crescẽtia: nã uere liquescentibus niuibus augẽtur flumina: & tunc dicã prætereunt ripas. i. trãsiliunt ripas & suo alueo egrediũtur. Vel decrescẽtia q̃ de priuet & sit intentio q̃ minuant: & tunc erit prætereũt ripas. i. eunt præter. i. iuxta ripas neq̃ illas trãsiliũt. hæc ille. Cuius priori ut dixi sententiæ refragor. Nõ tamẽ inficias eo: quin de præpositio ancipitẽ faciat significationẽ. Nũc enĩ augmẽtum ĩportat. ut deamo demiror & interdũ deprecor. Nunc cõtrarium eius cui præponit̃: ut desipiẽs. demans. delirus. dehortor dedoceo dediſco deprecor id est perperã sapiens: prauæ mẽtis. enormis hortor ne facias. doceo cõtrariũ eius quod didicit quis. diſco cõtrarium uel potius diſco obliuiſci quod semel didicerã. precor ne ſit. unde deprecari cul pã est precibus uelle impetrare ne ſit culpa. Vñ illud Ouidianũ Sæpe precor mortẽ mortẽ quoq̃ deprecor idem. hoc dicit. sæpe precor ut mihi mors ſit sæpe itẽ ut mihi mors nõ ſit itaq̃ decrescẽtia posset habere utrãq̃ significationẽ. sed si acceperis in significatione augmẽtandi non quadrabit huic loco: quod expositori primũ uidendũ est. Nam si flumina resolutis niuibus eo crescant ut suas ripas transcẽdãt: quõ gratia auderet ducere nuda choros: quum liquescẽtibus niuibus adhuc frigora nundũ desierũt. Præterea dicit statim in principio diffugere niues. i. diſperierũt. Neq̃ uero quo tẽpore niues tam abunde resoluũtur ut ĩundationes faciant arbores frondeſcunt. sed ut inquit Virgilius Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor liquit̃ &c. nũc autẽ mediũ uer describitur. sed miſſa facio. Ripæ ꝓprie sunt fluminũ. & Littora mariũ. Flumẽ dicit̃ a fluo ſicut numen a nuo. Gratia cũ nymphis &c. Tũc gratiæ tũc nymphæ tunc cætera naturæ numina cantilenas & choreas ducũt quando omnia quæ meræ naturalis influentiæ habenis reguntur exhilarescũt. Omnia etenim animãtia præter hominem a naturali diſpositione ducũtur: atq̃ ex cælorũ facie animæ qualitatem ſuſcipiunt. hinc ille (inquit in georgi.) auium cõcentus in agris Et lætæ pecudes: & ouãtes gutture corui. Et illud bucol. Nec tantũ rhodope miratur & iſmarus Orphea Quãtum omnis mundus gaudet cantante ſileno. Silenus enĩ (ut inquit Diodorus ſiculus) bacchi alũnus hoc est nutritor fuit: uerũ nullus præstantior bacchi. i. uini alũnus q̃ læta aeris temperies: proinde dum Silenus cantat. i. amœnus zephirorum ſybilus auium cõcentus excitat: totus mundus gaudet. Ideoq̃ poeta: quotiens uoluptatibus nos allicit. ueris ipſius meminit. ut ibi. Soluitur acris hyems grata uice ueris & fauoni Trahũtq̃ ſiccas machinæ carinas Ac neq̃ iã ſtabulis gaudet pecus: nec arator igni. Iam cytherea choros ducit uenus imminente luna Iũctæq̃ nymphis gratiæ decẽtes Alterno terram quatiunt pede &c. Ne aũt poetica figmẽta nos nimio ſtupore afficiãt: tota hæc res phiſica. i. naturalis est. Nã (ut atteſtat̃ Seruius) nymphæ nubes ſunt: nubiũ autẽ resolutione: tellus irrigata luxuriat. Floreſq̃ & alia id genus foměta libidinis Producit: quocirca ſingitur læta uenus cum gratia & nymphis choreas ducere. Affectate autẽ dicit poeta. Gratia cum geminis ſororibus. Quia tres gra

De iñpositione

Ripæ

Flumen

Gratia

Silenus

Nymphæ

Gratiæ ſeu Charites

tiæ sunt: quæ ita pingũtur ut primã duæ aliæ intueantur: per quod ostẽditur nos oportere grãs duplices referre/ atq; in morẽ feracis agri plus reddere q̃ acceperimus. Nec uacat q̃ dicit nuda nudæ siquidẽ pinguntur gratiæ: pro/ Nuda
pterea q̃ iter quos est uera grãa occulti nihil est. unde Therẽtiana illa Thais ut magnũ beneficiũ recensẽt. Tute scis postilla q̃ intimũ habeã te: & mea cõ/ silia ut tibi credã oĩa. Quia uero perpetuo nudæ sunt. nõ dixit nudatæ. Nu/ Nudatum
datum enĩ est quod prius tectũ fuit: ut nudatũ caput: nudatũ pectus. Nudum uero quod tegi nõ solet. ut nuda facies. nudæ manus &c. Et ueluti multipli/ ces sunt gratiæ ita uarii assignãtur earũ parentes. Inimus siquidẽ aliquando gratias inescandi & fallendi animo: quæ nimirũ erebi & noctis filiæ sunt. nã Erebus
ἔρεβος quod sine aspiratione scribi debet obscurũ significat. qui uero sic gra tias ineunt mẽtem occultãt. nã si in lucẽ uenerĩt iam in odiũ uerterẽtur. Con ciliamus præterea nobis uenereis obsequiis interdũ gratias. & eas bacchi ue nerisq; filias non abre uocant. Nonnunq̃ honesto officio gratias meremur: quæ (ut Hesiodus in sua theogonia docet) Iouis ex Eurione filiæ fũt: earũ noĩa idem Hesiodus ponit quæ sunt Aglaia: quæ Vulcano nupsit. Euphro/ syne & Thalia. nec sine ratione hæc nomina sortitæ sunt ἀγλαΐος enĩ unde aglaia splendor est εὐφροσύνη .i. enphrosyne lætitia dicitur Et Thalia ἀπὸ τοῦ θαλλείν quod germinare significat denominat. Debẽt etenĩ gratiæ eẽ splendidæ. sine captatione aut fraude læto & hilari uultu exhibitæ: & debet geminata esse gratiarũ relatio. Dicũtur gratiæ a græcis charites prima bre/ Charites
ui. hæc ideo libẽtius adduximus: quoniã multos fabulæ terrẽt credentes res uanas esse. Illud priusq̃ pergam admonuero: nõ cõtra grãmaticor̃ præcepta dictũ. gratia cum nymphis. Cum enĩ præpositio legitime præponit dictioni Cum
bus importãtibus comitem ut hoc loco. aut concomitantiã: ut aspexi te cum summa beniuolẽtia. Male aũt præponeretur significãtibus instrumentum: nã cum gladio te percussi. cum oculis te aspexi. cum uerbis te conuici ineptæ & a nemine unq̃ docto positæ orationes sunt.

Immortalia &c. Siqs (ut me minimus) pur/ pureos ueris ho nores: cæteraq; delitias aĩo com plectat: posset p̃ senti dulcedine captus mortali/ tatis suæ imme/ mor duci quo cir ca subdit poeta. Immortalia ne speres &c. Annus enim inquit nos monet ne speremus immortalia quoniã omnes eius partes seinuicem consequuntur: breuisq; admodũ est gloria florum. Vnde Tibullus. Quã cito purpureos de/ perdit terra colores Quã cito formosas populus alta comas. Et Virgilius de rosa. Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam Et dum nascuntur consenuis/ se rosas Ecce & defluxit rutili coma punica floris Dum loquor: & tellus tecta

Immortalia ne speres monet annus & almum
Quæ rapit hora diem
Frigora mitescunt zephyris ver proterit æstas
Interitura: simul
Pomifer autũnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurret iners.

rubore micat. Tot ſpecies: tãtoſq; ortus: uarioſq; nouatus Ipſa dies aperit: cõficit ipſa dies. Conquerimur natura/breuis q; gratia florũ eſt Oſtẽtata oculis illico dona rapis. Quã lõga una dies ætas tam lõga roſarũ Quas pubeſcentes iuncta ſenecta premit. Quam modo naſcentẽ rutilus conſpexit eous: Hãc re/diens ſero ueſpere uidit anum. Sed bene q; paucis licet interitura diebus Succedens æuũ prorogat ipſa ſuũ &c. hoc eſt quod hic dicetur: Dãna tñ celeres reperant cæleſtia lunæ. Quotiens itaq; nos blãda uoluptas capit. monet nos annus & almum quæ rapit hora diem ĩmortalia ne credamus. Nã ueluti florum decor cito deperit: ita & iuuentæ noſtræ lætiores dies. unde illud in georgi. Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui Prima fugit: ſubeũt morbi triſtiſq; ſenectus Et labor: & duræ rapit inclæmẽtia mortis. Neq; ſoli poetæ æthnici: ſed & diuini uates breuitatẽ humanæ uitæ ad breuitatẽ florũ contulerũt. unde Iob. Homo natus de muliere breui uiuẽs tẽpore: repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egredit & cõteritur: & fugit uelut umbra. Et nunq; in eodẽ ſtatu pmanet. Et illud pphetæ. Percuſſus ſum ut fœnũ & aruit cor meũ. & paulo poſt. Dies mei ſicut umbra declinauerunt. & ego ſicut fœnum arui. Egregie aũt hic dicit poeta monet annus. Nã & noĩs eius ethimologia reuolutionẽ ſonat. Dicit enĩ annus (ut teſtatur Seruius) quaſi annulus. i. circulus: oẽs enĩ anni partes in ſe per modũ circuli replicãtur. unde illud in georgicis. Redit agricolis labor actus in orbẽ Atq; in ſe ſua pueſtigia labit annus. Hanc obrem ægyptii ante uſum lĩarũ figurabãt annum dracone mordente caudã ſuã. Cuius rei egregius Homerus nõ ignarus (quid enĩ neſciuit) annos obſidionis Troiæ depictos dicit/dracone in aulide nouẽ paſſeris pullos & deinde matrem abſumẽte. per quam rẽ decennale bellũ portentũ eſt. Ad cuius imitationẽ Virgilius Serpentẽ in ſepulchro Anchiſæ repertũ ſeptena uolumina traxiſſe dicit ppter ſeptẽ annos quibus Aeneas errabat. Monet ergo annus ne ſperes ĩmortalia. Diceres forte annũ longiuſculũ eſſe. quocirca dicit/& almũ quæ rapit hora diẽ. Nulla eteni diei pars eſt quæ non aſequẽte cõſumat. Si nunc dixeris. Si iã cras heſternũ cõſumpſimus ecce aliud cras. hoc eſt atqui doleã præſentẽ diem rapi ſi craſtinum opperior. Contra quod dicitur. Quis ſcit an adiiciant hodiernæ craſtina uitæ Tempora dii ſuperi. Dicitur ſignate: almum diem. Dicitur enim almum quicquid nos alit ſed ipſa dies proprie nos alit: quia interdiu ueſcimur: & proprie uiuimus: quadum dormimus ſemimortui ſumus. Vnde in ſexto Aeneidos dicit. Et conſanguineus læti ſopor. hoc epítheton etiam Virgilius diei dat in quinto dicens. Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit &c. Ordo ergo ne longum faciam eſt. Annus & hora quæ rapit almum diem monet ne ſperes immortalia: id eſt ne eas res quas tam lætas uidiſti ducas perpetuo duraturas. Oſtendit deinde quomodo nos annus moneat: quoniam inquit: nulla in eo pars ſtabilis eſt: ſed & ipſa fugiens quicquid ueniens attulerat aufert. Vnde eſt. Frigora id eſt tempora hiberna quibus frigora dominantur: miteſcunt zephyris id eſt illis uentis qui primo uere incipiunt flare. hoc eſt uer pellit hyemem. Aeſtas interitura ſimul id eſt ex templo poſtq; aduentans autumnus effuderit fruges. Proterit: id eſt conſumit pauliſper ipſum uer. & bruma: id eſt breuiſſima dies quæ fit in ipſa hyeme: iners

Annus

id est quæ reddit nos pigros & inertes recurret. i. redibit mox. i. statim postq̃ autũnus effuderit fruges. Vel ordo est talis. Frigora mitescũt. i. mitia fiũt zephyris. & æstas interitura simul. i. simili modo ꝓterit. i. cõsumit uer. Videtur enĩ bini quiq; uersus plenã constructionẽ habere. Posteriores ergo duos cõstrue sic. Vbi autũnus pomifer effuderit fruges. Bruma iners mox recurret &c. dixi simul. i. simili modo uel pariformiter: quia æstas non est interitura simul. i. eodẽ tempore quo ipsum uer. Notandũ est aũt artificium poetæ qui quoniã paucitatẽ dierũ bonorũ ostẽdere uult incipit a frigoribus hoc est ab hiberno tempore: quo umbris & caligine oppressi frigore cõprimimur. deinde postq̃ ostẽdit lætiora illa tempora transiisse inquit mox bruma recurret iners. Itaq; bis brumæ quæ tristissima tẽpestas est meminit. Et quoniam graphice admodũ descripta sunt anni tẽpora: pauca de ipsis in mediũ afferã.

Anni partes

Annus quẽ nobis Iulius Cæsar dictator distinxit in quattuor partes diuidit: uer. æstatem. autũnum. & hyemẽ.

Ver

Vernũ tẽpus calidũ & humidũ est: qualis sanguis & aer: ideoq; maxime rerũ generatio uerno tẽpore fit. quãobrem nonnulli a ueniẽdo uer declinant: sed prima syllaba uideť refragari: nã ueris prior est longa. & uenio prima breuis. Alii aũt a græco deducũt. dicitur enim ἔαρ. Incipit sole ingrediẽte primã partẽ arietis: quo tẽpore æquinoctium est maximusq; rerũ conceptus. Vnde & uernã uocamus seruũ uel ancillã ex ancilla nostra quasi uerno tẽpore ꝓcreatũ. Inde fit Vernaculus la lũ quasi ad uernas. i. ad eos qui domi nĩæ seruiunt pertinẽs. ut uernaculus sermo: uernacula lingua: quã maternã uocãt. A uere præterea fit Vernus na num adiectiuum. & Vernat uerbũ quo quasi absoluto utimur sine suppositõ & appositõ: quãuis etiã suppositũ nõ refugit: ut exercitus uernat in cãpis. i. uerna tempora ducit. Sic etiã æstiuat. autũnat. hyemat. uel hybernat. usitata satis uerba.

Verna
Vernaculus

Vernat

Vt aũt poeta ueris naturã explicet inquit Frigora mitescunt zephyris. Sũt etenĩ zephyri uentĩ occidẽtales calidi & humidi dicti ἀπὸ τοῦ ζέειν quod est feruere. Sũt ergo ꝓpitii humanæ naturæ unde est. Nigrã hyemi pecudẽ zephyris fœlicibus albã. Latine dicũtur/autore Porphirione. fauonii a fauẽdo uel fouẽdo ut credere fas est. De uere sic inquit Virgilius secũdo georgicorũ. Ver adeo frondi nemoꝝ: uer utile siluis. Vere tument terræ & genitalia semina poscunt. Tum pater oĩpotens fœcũdis imbribus æther: Coniugis in gremium late descẽdit: & oẽs Magnus alit magno cõmixtus corpore fœtus Auia tũc resonãt auibus uirgulta canoris Et uenerẽ certis repetũt armenta diebus. Parturit almus ager: zephyriq; tepẽtibus auris Laxant arua sinus: superat tener oĩbus humor Inq; nouos soles audent se gramina tuto Credere: nec metuit surgẽtes pãpinus austros Aut actũ cælo magnis aquilonibꝫ imbrẽ Sed trudit gemmas & frõdes explicat oẽs Nõ alios prima crescẽtis origine mundi Illuxisse dies: aliũue habuisse tenorẽ Crediderim: uer illud erat: uer magnus agebat Orbis: & hibernis parcebãt flatibus eurí. Hæcibi.

zephyri

Veris descriptio

Æstas

A estas ab æstuo: quod ẽ ardeo uel ab æstu. i. ardore deflectiť incipit quo tẽpore sol cancrũ ingrediť: subsolstítio æstiuali ut dictũ est.

Auctũnus
Poma

Auctũnũ abaugendo dictum putãt: qm̃ & uini & pomoꝝ collectio fit: unde & pomifer hic diciť. Pomorũ aũt appellatiõe cõtinenť oẽs arboꝝ fructus corticẽ mollẽ habẽtes: q̃lia sunt mala pira. pruna &c. Incipit aũt sole primũ gradũ libræ ĩtrãte: sub æqnoctio.

Hyems dicitur ſecundū plures a græco ὕειν quod ſignificat pluere: nam & hyems pro tempore hiberno: & pro tempeſtate pluuioſa accipitur. Incipit quo tempore ſol capricornum intrat in ſolſtitio hyemali quam Brumā uocant quaſi βραχυημερον .i. breuiſſimā diem &c. Dicit hic bruma iners ab effectu quia inertes nos efficit. nā Virgilius ob eandem cauſam frigus pigrum uocauit. Aduertes aūt proterit nō præterit legendū eſſe. nam æſtas nō præterit ipſm uer ſed proterit. quod enī præterimus hoc exiſtere pmittimus: qđ uero proterimus penitus pdimus. uer aūt aduēctate æſtate totū abſumptum eſt. Componitur proterit a pro ſeu porro & tero triui tritū. Fruges & frumēta ſunt omnia quibus ueſcimur: dicta a fruor uel ut inquit Donatus a frumine quæ eſt ſumma pars gulæ. Caret aūt ſingulari noīatiuo. Frugi autē quidā adiectiuū indeclinabile putant. quidā: datiuū caſum omni generi & caſui ſociabilem: ſed ut reor per ſubintellectionem. nā cum dico homo frugi uideor ſubaudire cōſulens. uel natus frugi uel accōmodꝰ frugi: id eſt ad frugem. ſed nimium progredior.

Hyems

Bruma

Proteirt

Fruges
Frumentum
Frumen
Frugi

Dāna tñ &c: Propoſuerat autor uernas uoluptates quibus capti immortalitatem ſperare poſſimus: quocirca cōmunē rerū naſcētiū interitum oſtēdit. Nūc ueroꝯ (ut diximus) quo miſereor uideatur noſtra conditio: demōſtrat rerū uegetabiliū eſſe reditū ſaltem in conſimilibus. Tametſi enī auſtrorum penetrabili frigore frondes arborūq; comæ decidunt: fauonii tamē tepida irrigatione aliæ naſcūtur Vnde illud de arte poetica. Vt ſiluæ foliis pronos mutant in annos Prima cadūt &c. Nos uero ubi decidimus: redibimus nunq̄. Dices ſic nec flores iidē numero redeūt. uerum quidē id eſt manet tamen conſimilis uirtus in radicibus quæ olim reuoluto anno conſimile floꝛ ſpecimen effundet. Poſſumus itaq; hunc textum legere pypophorā. i. obiectionē. ſic. Tametſi horati rerū uiciſſitudo eſt: nihilq; hic perpetuū uidemus: damnata tamen celeres reparant cæleſtia lunæ: quaſi dicamus: omnia quæ nūc occidunt propediem renaſcēſtur. ad quod ſic poeta reſpondet. reparant quidem: ſed ubi. id eſt poſtq̄ nos decidimus: acſi dicat. Etiamſi florum gratia perpetua foret: nos tamen qui perpetui non ſumus. eis niſi modico tempore fruemur. Quid autem uoluptatis afferent nobis: poſtq̄ decidimus renaſcentes flores. Decidimus hic eſt præteriti temporis a præſenti decido media breui: quod compoſitum eſt a de ſiue deorſum & cado. & conuenit bene frondibus. Vnde Decidium frōdium occaſus: ſicut defluuium capillorum: uocatur. Eſt ergo bona metapho ra. Namſicut frondes quæ decidunt putreſcunt: ſic & homo. Dixi ubi id eſt poſtq̄. Nam aduerbia loci & tēporis communiter ponimus: altera pro al-

Damna tamen celeres reparant cæleſtia lunæ
Nos ubi decidimus.
Quo pius Aeneas: quo Tullus diues: & ancus
Puluis & umbra ſumus
Quis ſcit an adiiciant hodiernæ craſtina uitæ
Tempora dii ſuperi

Decido

Decidium
Defluuium
Aduerbia loci & tēporis

Locus

teris. Nam & ipsum nomẽ locus pro tempore accipitur. ut apud Comicum. quorum nunc non est narrandi locus: id est tempus. Itaq; hucusq; : est usq; hũc locum & usq; hoc tempus hactenus hoc tempore tenus: uel hoc loco tenus. sic ubi est quo loco uel quo tẽpore. Sensus ergo est quo tẽpore nos iam decidimus. i. mortui sumus celeres lunæ reparãt. i. instaurant cælestia dãna. Neq; ut dicit Seruius. Vbi hic loci eẽ posset: nã oporteret dicamus. quo nos

Luna

decidimus non ubi. Celeres lunæ bene dicitur. Nam luna cũ fit infimus planetarũ proprium cursum celerrime complet. tardissimũ tamẽ motum obtinet: si ad cõmunem respexeris quo ab oriẽte in occidentẽ mouetur. nã quia longissima est a primo mobili: tardissima rapitur. quia tamen minimũ spacium decurrit peculiari motu uelocissima innouat. Contra Saturnus, ppriũ cursum tardissimus cõplet: propter tamen maximũ ambitum celerrimus rapitur. De luna sic Plynius. Sed omniũ admiratiõnẽ uincit nouissimũ sydus: terrisq; familiarissimũ: & in tenebrarũ remedium ab natura repertum lunæ. Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantiũ: & proximũ ignorare sydus maxime indignantiũ. De hac Macrobius in de somnio Scipionis. quantũ ad institutũ nostrũ facit sic inquit. Lunam ætheream terram phisici uocauerunt: & habitatores eius lunares populos nuncupauerũt: quod ira eẽ plurimis argumẽtis quæ nũc longum esset enumerare: docuerunt. Nec dubium est quin ipsa sit mortaliũ corporum & autor & conditrix: adeo ut nonnulla corpora sub luminis eius accessu patiantur augmenta: & hac decrescente minuantur. Hæc ille. Hanc augmentationem in omnibus uetegantibus uidere licet. arbores enim si crescente luna uellantur plus succi habent tardiusque marcescunt & animalium tunc occisorum ossa plus medullæ continent. Vnde illud poetæ nostri secũdo sermonum. Lubrica nascẽtes implent conchilia lunæ. Et hic. Dãna tamẽ celeres &c. Legemus ergo primũ si uolumus per obiectionem quo modo dictum est. Quãuis annus cuius uicissitudine omnia uirentia proterũtur nos moneat ne speremus imortalia: tamẽ sperare possumus. quia celeres lunæ reperant cælestia dãna. i. non quæ cælestia corpora patiũtur. incorruptibilia enĩ sunt. sed quæ ab illis in terras inferunt. Respõdet poeta nihil ad nos pertinere: quia non reparãtur nisi ubi nos decidimus. Quod si speremus nos redituros Quo pius Aeneas: quo Tullus & ancus aufugerunt? qui nõ redeunt: nec mirũ quia. Puluis & umbra sumus. quo nihil fragilius. unde sequit. Quis scit an adiiciant &c. q. d. nullus. Possumus præterea accipere non figurate: sed ut quo relatiue ponatur sic. Tamen q̃is omnis nata occidunt. celeres lunæ reparant cælestia dãna. Vbi. i. postq̃ nos decidimus subaudi eo: quo pius Aeneas decidit. quo tullus &c. Quia tamen ut dixi secundo quoq; uersu claudi uidetur constructio. potius interrogatiue legero. quo pius Aeneas supple euanuit. & est de eo genere interrogationũ

Aeneas

quæ respõsa non exspectant. Aeneas anchisæ & ueneris filius priami gener. Romaniq; nois autor. a Virgilio præcipue pius ubiq; inducitur. Fuit etenim pius in patriam: quam & consilio & armis defendere moliebatur Consilio quidem/ quia ut inquit Liuius reddendæ helenes propter quam Troia euersa ẽ autor fuit. Armis autem quoniam fortissime pro ea pugnauit: usq; adeo ut a Virgilio Hectori æqualis semper inducatur. ut de Miseno qui post Hectora

æneam sequebatur. dicitur in sexto Nō inferiora secutus. Et. xi. Aeneam sic Diomedes laudat. Munera quæ patriis ad me portastis ab oris. Vertite ad Aeneam stetimus tela aspera contra Contulimusq; manus: experto credite quantus In clypeū assurgat: quo turbine torqueat hastā Si duo præterea tales idea tulisset Terra uiros ultra in achias ueniisset ad urbes Dardanus: & uersis lugeret græcia fatis. Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ Hectoris Aeneæq; manu uictoria graium Hæsit: & i decimū uestigia rettulit annum. Ambo animis: ambo insignes præstantibus armis Hic pietate prior &c Erat ergo pius & fortis. Vñ in sexto Troius Aeneas pietate insignis & armis Homerus quoq; attestatur ipsum apud græcos tanti fere quanti Hectorem æstimatum. at Virgilius ipsum quantum ad pietatem Hectori præferēdum dicit. Fuit etenim ut iam monstratum est pius in patriam. fuit item pius in patrios deos. ut primo Aeneidos. Sum pius Aeneas raptos qui ex hoste penates Classo ueho mecum. Fuit præterea pius in patrem. de quo ipse sic i sexto Illum ego per flammas: & mille sequentia tela Eripui his humeris: medioq; ex hoste recepi. Fuit ad hoc pius in coniugem Creusam quam relictis omnibus per tela per hostes quæritabat. nescius An quid in euersa uidit crudelius urbe. Fuit quoq; pius in ascanium filium: cui quoniam sciebat regna deleri omnes sudores pertulit. Fuit nouissimo in defunctos pius: quibus diligentissime sepulturam instruxit: ut de Miseno sepeliendo dicitur in sexto q; Aeneas erat opera inter talia primus. Et hæc proprie sunt quibus pietas debetur. Pietas quāuis ergo pius. Quo pius Aeneas? Hic illud nonsilebo: quamq; generaliter de omnibus quæri posset quo abierint: quando neminem redire uisum est. Peculiare tamē hoc fit in Aenea. Nemo eteni scit quo peruenerit. De morte enim eius ita recitat Seruius. Vt Cato dicit Aeneas simul ac uenit in Mors æneæ Italiam Lauiniam latini filiam Turno despōsatam accepit uxorem. propter quod Turnus iratus tam in latinum q̄ in Aeneam bella mouit impetratis a Mezentio auxiliis: primo autem conflictu periit latinus secundo pariter turnus & Aeneas. Alii tñ dicūt q; uictor Aeneas cū sacrificaret sup Numicū fluuiū i ipm decidit: at cadauer ei? nusq̄ apparuit. uñ impcatio illa Didōis i. iiii. Sed cadat añ diē: mediaq; inhumat? harena &c. Postea aūt dixerūt ipm inter diuos receptum & iouem indigetem appellatum unde Tibullus ad Aeneam Illic sanctus eris cum te ueneranda numici Vnda deum cælo miserit indigetem. Quia itaq; ignoratum est quo eius peruenit cadauer. recte hic quæritur Quo pius Aeneas. Nec uacat q; pius dicit. pietati enim debetur longa uita & iusta sepultura. Habemus enim in sanctis litteris qui parentes honorant longeuos esse super terram. Quo tullus diues? Tullus. & Ancus reges Ro Tullus mani fuerunt qui septem sunt. Romulus: Numa pompilius: Tullus hostili- Hostilius us: Ancus martius: Tarquinius priscus. Seruius Tullus: Tarquinius super- Reges Ro. bus: cuius filius Lucretiæ oppressor exigendis regibus occasionem tulit. Vt autem de eis modo dicam quorum poeta meminit Tullus hostilius nepos eius Tulli qui pro Romulo fortiter pugnans in bello contra sabinos extīct? ē: Numæ pōpilio succesit: creat? rex anno secūdo uigesimæ septimæ olympiadis. Fuit ut aiūt historiographi uir perq̄ liberali i genio. Nā q cqd agri Romul? bello sabino susceperat: ciuibo suis q nullā aut modicā sortē hēbāt diuidi

iussit paterna hæreditate contentus. Extinctus est quũ regnasset annos duos ac triginta: absumptus cũ uniuersa familia igni quo domus eius inuoluta cõ flagrauit siue id dolo Ancus Martius parauerat dolẽs filios tulli in regnum successuros: quũ ipse ex familia numæ priuatus degeret/Siue (quod magis Dionysius halycarnasseus credidit) fulmẽ domũ eius percusserit. Quia igi tur liberalis fuit paternaq; hæreditate cõtẽtus: poeta ipsum duitẽ dicit. Di
Quis diues ues enĩ omnis est, qui suis cõtẽtus. Vñ in epistolis Horatius. Tolle querelas Paup enim nõ est cui rerũ sufficit usus. Et Iuuenalis. Sensit Alexãder testa cũ uidit in illa Magnũ habitatorẽ: quantum fœlicior hic qui Nil cuperet: q̃ qui totum sibi poscceret orbẽ. Et quia fulmine periisse putant. bñ quærit Quo
Ancus tullus diues. Tullo succcessit Ancus martius uir sane populo moriger: ut qui popularis fauoris auidissimus: pacis itẽ amator fuit: sed lacessitus iniuriis plu rima bella fœliciter gessit. Regnauit annos. xxiiii. sed nihil ip̃m populi plau sus iuuit quo minus in cinerem resolueret. nam puluis & umbra sumus. de iis duobus sic dicit sexto Aenei. resideq; mouebit Tullus in arma uiros: & iam desueta triũphis Agmina: quẽ iuxta sequit' iactantior ancus. Nũc quoq; iam nimiũ gaudẽs popularibus auris. i. fauore. Quia ergo multũ gloriæ fuit cupi
Puluis & Vmbra dus. Infert poeta. Puluis & umbra sumus. De qua re libet mihi recẽsere quæ a Seruio grãmatico allata sunt ad illud quarti Aenei. Et nũc magna mei sub terras ibit imago. Valde quæritur (inquit) quid illud sit quod inferos petat. Nam tribus constamus: anima: quæ supernã originẽ suam repetit. Corpore: quod in terrã deficit Vmbra: quã Lucretius sic diffinit: supra spoliatus lumi/nis aer: quæ si ex corpore creat' una cum eo perit: nec est quicq̃ reliquũ ex ho mine quod inferos petat Sed depræhẽderũt esse quoddã simulachrũ quod ad nostri corporis effigiem factũ inferos petat. & est species corporea: quæ nõ potest tangi sicut uentus. Hinc in sexto Corpora uiua nephas stigia uecta re carina. Hoc & Homerus requirit simulachro Herculis apud inferos uiso. Et sciendũ simulachra esse hæc etiã eorum qui p apotheosim dei facti sunt/ Vnde aut uisi esse apud inferos: aut illuc descẽdisse dicũtur. Horatius de libe ro. Te uidit insons cerberus aureo cornu decorum. Sciendum tamen abu/ti poetas: & confuse uel simulachrum uel umbram dicere. Hæc Seruius. Ex quibus licet a fide christiana aberrant licet cognoscere artificium poetæ no/stri. qui (ut oratoris est) eas dumtaxat partes tangit: quæ instituto suo serui/unt. Instituit siquidem ostẽdere hominũ corruptionem. sed in nobis duo tã/tum corrumpunt. Corpus & umbra. Corpus autem itelligitur cum dicit pul/uis: resoluitur enim in puluerẽ quocirca certũ est ex puluere confectum. unũ quodcũq; enĩ in id resoluitur unde componitur: quocirca plurimi philoso/phorum corpus ex athomis constare dicebãt. Erant etiam q̃plurimi (ut tra/
Quid homo ctatur ab Augustino nostro lib. x. in de ciui. dei) hæsitantes an corpus solum esset homo: an anima sola. an uero utrũq;. Plato enim dicebat hominem nõ esse quod digito monstrari põt: sed sicut eques non dicitur: homo & equus sed homo solus existẽs tamẽ in equo. sic homo non est iudicio eius anima & corpus: sed anima dumtaxat: dum tamẽ est in corpore. Econtrario alii secuti Homerum qui dicit animas heroum recessisse a corpore: dicunt solum cor/pus esse hominem: nam sicut poculum nõ dicitur potus ipse: sed uas dumta/

xat in quo tñ aliqñ est potus: sic homo est solũ corpus, in quo tñ aĩa est. Hãc opinionẽ dicit Seruius eẽ plurimoꝝ philosophoꝝ: solũ enĩ corpus nr̃m est: qđ nobiscũ oriť & moriť. Anima uero generalitatis est adeo (ut illi sentiũt) nõ est nostra ut etiã in alia corpa plerũq; trãseat. hæc Seruius. Vnde palinurus loquẽs de corpore dũtaxat dicit. Nũc me fluctus habet: uersantq; in littore uenti. alii & rectius utrũq; hoĩem dicũt. est enĩ totũ cõpositũ quod de altera partiũ nõ prædicať. Vt quẽadmodũ bigæ duo sũt boues aut equi iuncti in curru: neuter tñ est bigæ. sic hõ est aĩal cõstans ex aĩa rõnali & corpe organico phisico ipsiq; naturaliter disposito. neutrũ tñ ẽ homo. sicut ãt philosophi dissenserũt in diffinitiõe hoĩs. sic etiã in delectiõe sũmi boni. alii enĩ ut stoici dicebãt: sũmũ bonũ eẽ in bonis aĩæ. alii ut epicurei in bonis corpis. alii uero ut peripatetici ĩ bonis utriusq; credẽtes sũmũ bonũ oĩa cõplecti Itaq; si uelimus dicere horatiũ inseq eos q̃ dicũt hoĩem ꝓprie de corpe posse dici. cõsequẽs est ut dicamus ipsũ uelle ostendere plenũ hoĩs interitũ. cũ dicit Puluis & umbra sumus. utrũq; enĩ resoluiť. Sed qm̃ ubi fieri põt iustius ẽ ut cũ fidei integritate oĩa inter ꝑtemur. dicamus sic accipe Puluis & umbra sumus: quõ ab ecclesia accipiť memẽto hõ, quod cinis es & ĩ cinerẽ reuerteris. hoc é memẽto hõ quia cũ ex altera ꝑte tui, cineritius es atq; corruptibilis q̃ aliqñ morieris. Satis enĩ ẽ ad ĩteritũ totius cõpositi oñdere alterã ptẽ cõponẽte interitura. Quia ergo hõ sine corpe eẽ nõ põt: satis dictũ é Puluis & umbra sum? hoc ẽ ex materia uili & corruptibili. ergo moriemur Sed uereor nimiũ uagari. Puluis declinať hui? pulueris. a ntõ ãtiquo puluer. Plurimoꝝ etenĩ ntĩ mutati sũt quoꝝ gtiui pmãserũt. uñ licet nũc dicamus puluis: cinis: cucumis: uomis: Faciũt tñ pulueris: cineris: cucumeris uomeris. a ntõ qdẽ ĩ er nũc sublato. nã Seruius a ntõ cucumis uult gtiñ eẽ huius cucumis. sicut a ntõ Impubes ẽ genitiuus hui? ĩpubis & a ntõ ĩpuber. huius ĩpuberis. Itẽ licet nũc dicamus: hic sanguis: quia tñ olĩ habebať hoc sanguen: mansit genitiuus hui? sanguinis: sic arbos facit arboris. & delphis delphinis: qm̃ etiã arbor. & delphin & qdẽ frequẽti? cõperies. Quis scit ad adiiciẽt. Cõposita a iacio si prior pars in cõsonãtẽ exit: ꝓducũt eã positiõe. ꝓpterea q̃ priori cõsonãs est. ut adiicio cõiicio. subiicio abiicio. Statius tñ subicit corripuit licẽtiose ablato priore i.

De declinatione

Hodie

Hodiernæ crastina &c. De die præsenti hodie dicimus quasi hoc die: Inde deflectiť adiectiuum hodiernus na. nũ. de eo q̃ hodiernũ præcessit. Heri dicimus. inde fit hesternus. na. nũ. quo utimur generaliter ꝓ pridiano: ut ĩ eunucho. Teren. iure hesterno atrũ panẽ uorent: hesterno iure. i. pridiano hoc est diei prioris. de eo q̃ hesternũ antecessit Nudiustertius diciť quod ẽ q̃si nunc dies tertius ẽ aũt adue rbium tpis. de supiore dicimus. Nudius quartus qđ est quasi nũc dies quartus: Neq; ultra descẽdimus cõiter licet plautus altius ꝓgressus est De eo autẽ qui hodiernũ sequeť cras dicimus inde fit crastinus a. um. De eo qui crastinũ sequeť perẽdie dicimus Cicero ad atticum libro. xii. Scies igiť cras ad sũmũ perendie. inde perẽdinus na. nũ. & uerbũ cõperẽdino quod est ꝓtrahere & de die in diẽ differre. Dei superi. Signate dicit superi. superoꝝ enĩ munere uiuimus: nã inferi nos ad regna sua trahunt: unde moribũdus turnus. Vos o mihi manes este boni qm̃ superis auersa uoluntas Si igiť incertũ est an superi dei nos in crastinũ cõseruabũt: certũ est nihil in-

Hodiernus

Heri

Hesternus

Pridianus

Nudiustertius

Nudiusquartus

Cras

Crastinus

Perẽdinus

Cõperendiõ

Dei an dii

scribendũ

certius esse uita. Volũt dei per e & i scribi q̃uis monosyllabũ pferat. Quoniã antiqui quotiẽs i longũ significare uolebãt ei scribebãt. unde in nõ mendosis codicibus plauti scriptum est Capteiui duo. Quæ res (nisi fallor) a græca diphthongo sũpta est. illi enĩ .ei. scribũt. & tñ i pferũt. neq; uero recta declinatiõe deus aliter q̃ dei facit. Illud unũ addã cũ diceret dãna tamẽ celeres &c.

Anacoluthõ ἀνακόλουθον esse. hoc est anacoluthon. quod fit quotiẽs duarũ dictionum quæ sic mutuo necessitudĩe quadã respiciũt: altera sũ taxat ponimus: altera subintellecta. ut uerbi gratia. tñ non solet poni nisi præcesserit. q̃q̃. q̃uis. licet tametsi: quarum nulla præcesserat. sed ad reliqua.

Cũcta manus auidas. Considerenus diligẽter huius carmis filũ. uidet enĩ iter textũ pãtipophorã: quæ fit quotiens cõtra id qd obiici posset nec obiectũ ẽ respondemus. Si itaq; horatio obiecerís. Horati si rerum delitiæ pereũt. hõ fragilli-

Cuncta manus auidas fugiunt hæredis: amico
Quæ dederis animo.
Cum semel occideris: & de te splendida Minos
Fecit arbitria.
Non torquate genus: non te facundia: non te
Restituet pietas.
Infernis neq; enim tenebris diana pudicum
Liberat hyppolitum.
Nec læthea ualet Theseus abrumpere charo
Vincula perithoo.

Antipophorã

nus ppediẽ morietur nũq̃ rediturus. si deniq; ut in de arte poetica dicis. debemur morti nos nr̃aq; cõsultũ uidet ut in diẽ uiuamus hocẽ crastini ĩmẽores Atq enĩ laboraremus. aut diuitĩas etiam exiguas cõgereremus: si forte cras moriẽdũ nobis erit: Quid ergo nõne ad ignauiã segnitiẽq; nos iuitas? & ad pñtibus bonis ampliter ĩdulgẽdũ? Ad quã rẽ rñdet Horatius. Cũcta manus auidas fugiũt hæredis &c. Tãetsi inqt uita nobis breuis atq; adeo ĩcerta est: nõ cõtinuo tñ cessandũ ẽ: qñquidẽ possumus honesto quæstu acqsita amico & bñuolẽti imptiri aut deo: aut patriæ: aut amicis ut alio loco ostẽdit. Quod si fecerimus nõ dolebimus sudores nostros ĩ ingratũ. i. in auidũ hæredẽ cõtulisse. ea enĩ quæ amico aĩo elargimur fugiunt auidas manus hæredis. quia nos sequũt. uñ illud Rabirii poetæ. Hoc habeo qd cũq; dedi. Quod si ita lectũ fuerit facile cõstabit q̃ scẽ sentiat poeta. Dicit affectate. quæ dederis amico aĩo qa uirtus ĩ aĩo hoc ẽ in uolũtate nõ in facto ẽ. de qua re disputauimus

Quibus dandum est

ĩ ultio carmiẽ uirgiliano: ad id uirtutis amore &c. Quibus ãt dãdũ ẽ oñdit poeta nr̃ elõgatissime ĩ sermõibus: ubi iuehit ĩ eũ q diuitias suas ostẽtabat. iactitãs se tãtũ hr̃e ut egere neq̃at. iõq; neq; frugaliter neq; pbe sibi ut paupib⁹ uiuẽdũ eẽ. ubi sic. inqt. audito illius rñso: ergo Quod supat nõ ẽ melius quoĩ sumere possis? Cur eget ĩdignus qs̃q̃ te diuite? q̃re Tẽpla ruũt antiq̃ deũ: cur ĩprobe charæ. Nõ aliqd patriæ tãto emetiris aceruo? Vni nimirũ recte tibi scp̃ erũt res. O magnus post hac ĩimicis risus &c: Quibus uerbis oñdit poe-

ta primũ succurrẽdũ esse hoĩ. amore tñ dei. Neq; temere oĩbus hoĩbus: sed primum ĩdignis egestate. q̃les sũt uiri frugi & ꝓbi. qbus aut sors aduersa aut onus ĩpar hũeris. Deĩde tẽpla deoꝝ reficiũda sũt: sciſſimũ aũt dei tẽplũ ẽ uir bonus cui primũ succurrẽdũ ẽ. Tũ si res exigat etiã ꝑiæ ĩpartiẽdũ ẽ Nã ut in qt Cicero. magnã ortus nr̃i ptẽ sibi ꝑia uẽdicat. Tota ergo poetæ ĩtẽtio eo rerũ tẽdit ut nos liberales & bñficos efficiat ut uero nos ad hæredis cõtẽptũ alliciat. inqt auido hæredi: semp enĩ hæredipeta mortẽ diuitis exoptat. Hæres dr̃ ab hærendo. hæret enĩ ei cui succedit ꝓ cõtinuã possessionẽ. Dederis ultima lõga ꝓferẽ: ut maturũ cõsiliũ dãdi notificet. uidẽdũ enĩ est. cui qñ. qd & quã obrem demus. Vel potius dicemus eã syllabã cõem esse. ut apud Oui diũ in prĩcipio fastoꝝ dederis in carmĩa uires & hoc eodẽ carmĩe. Cũ semel occideris & &c. quocirca dixi illas añpenultĩas dederitis & transieritis posse hac rõne ꝓduci q; quotiẽs ultima lõga ẽ in singulari / penultĩa ꝓducit in plurali: ut possis possitis. audis auditis. uelis uelitis &c. Cũ semel occideris &c. iterũ oñdit poeta: frustra res amari: qñ eas nec nũc diu habebimus nec dũ semel amiserimus: iterũ habituri sumus. Quoniã nẽo unq̃ postq̃ diffinitiuã iudicis sñam passus fuerit huc restituet: itaq; Theologis cõtra poetã obiciẽtibus multos dĩna potẽtia a mortuis resurrexisse. rñderi / posset / q; nũdũ de illis splẽdida minos fecerit arbitria. Nõ torq̃te genus &c. Acron & porphirio dicũt hoc carmẽ ad Torquatũ scriptũ: ego uero si tantis táq; antiqs autoribus refragari auderẽ: non magis ad Torq̃tũ q̃ ad aliũ quẽuis scriptũ arbitrarer. Verũtñ ꝑ apostrophen sermonẽ ad Torquatũ conuertit. Neq; uero põt ad primũ illũ torquatũ cõmode scribere: qppe q multo sub horatii tpa obierat. q; si ut dicũt ad Torquatũ scribit. est ad quẽuis nepotũ: de familia illius mãlii Torquati cuius iã meminerimus. Et qñ ordo uerboꝝ manifestus est. satisfeciſſe putabor si uocabula ut institui declarauero. Hoc aũt præmittam poetarũ dicta ꝑ tpe: loco: & loquẽtis psonæ affectiõe esse interpretãda. Nã Virgilius in sexto oĩum aĩarũ ĩ corpa reditũ, pfiteꝛ. hic contra horatius. Nõ torquate genus nõ te facũdia nõ te restituet pietas. Præterea Virgilius dicit hyppolitũ liberatũ ab inferis i septimo his uerbis / Nãq; ferũt fama hyppolitũ postq̃ arte nouercæ Occiderit patriasq; explerit sanguine pœnas. Turbatus distractus equis: ad sydera rursus Aetheris & superas cæli uenisse sub auras. Pæoniis reuocatũ hærbis: & amore dianæ &c. Hic uero dicẽt. Nec enĩ diana pudicũ liberat hyppolitũ. Sed dices Virgiliũ in sexto de reditu animarũ nõ hominũ loqui. Horatiũ uero dicere qñ puluis & umbra sumus hoĩem non restitutũ iri: quod quidẽ cũ Virgilio nõ cũ fide nostra starẽ põt: Nã occurrit si ad fidẽ respexeris illud Iob. Rursus circũdabor pelle mea: & ĩ carne mea uidebo deũ saluatorẽ meũ: quẽ uisurus sum egoipse: & oculi mei cõspecturi sũt & nõ alius. Verũ possumus ꝓ horatio dicere (licet temerariũ eẽt credere hoc eũ sensisse) licet ĩ nouissimo dei restituemur: nõ tñ hituri sumus diutias. satis aũt ẽ ad ꝓbãdũ opes mũdanas nõ retinẽdas eẽ. qñ eas deceret expositas: hac rõne q; eas diu hituri nõ sumus: necunq̃ recepturi. De hyppolito dices Virgiliũ poeticæ loq horatiũ phice Neq; id uirgilio uitio dat. Nã quoties rẽ fabulosã inserit ꝓponit pticulã q̃ nos ad ueritatẽ ingredã monet ut de hyppolito Náq; ferũt fama &c. Itẽ dicũt Thesea liberatũ ab inferis. unde est

Hæres

Poetica uerba

Hyppolitus

illud in sexto. Quid Thesea? Et tñ in eodē sexto idē Virgi. postea negat. unde est. Sedet æternūq; sedebit Infœlix theseus. sed dices pro Virgilio uiuū quidē ab hercule liberatū esse. sed post fata ad inferos rediisse nō abiturus.

Iphigeniā præterea agamēnonis filiā alii aufuisse & in ceruā mutatā alii occisam dicūt: quæ diuersitas apud poetas est q; nūc poetica figmēta: nunc historicā fidē: nūc phisicā rē sequūt. Nūc, p diuersis hoīum passiōibus loquūt. Vnde dido in quarto. Nusq; tuta fides: at in primo dicit. Cana fides: uesta: & remo cū fratre quirinus iura dabāt. Et mille talia inuenies. uenio ad id quod recepimus. Cū semel occideris. Cū hoc loco recte subiunctiuū habet: nam grāmatici illud primo Aenei. Cū uenit auleis &c. dānat: dicuntq; dictū oportuisse: dū uenit uel cū ueniret. Occideris cōpositū ab ob & cado itaq; secunda breui ponit. Minos Aeacus. & Rhadamātus filii iouis & europæ fuerūt qui postea facti sūt apud inferos iudices. hæc seruius. Solēt aūt cōmētarii diuersa officia ipsis ascribere: Rhadamāto quidē inquisitionis faciūdæ unde illud uirgi. in sexto. Gnosius hæc Rhadamāthus habet durissima regna castigatq; auditq; dolos subigitq; fateri. Quæ qs apud supos furto lætatus inani Distulit in serā cōmissa piacula noctem. Minoi uero sentētiæ ferēdæ ut hic. Aeaco aūt executiōis faciēdæ & pœnæ infligēdæ ptes assignāt. unde Iuuenalis in principio. Quas torqueat umbras Aeacus &c. Ea tñ officia sūt ipsis cōmunia. uñ poeta nr̄a secūdo carminū. Quā pœne furuæ regna, pserpinæ. Et iudicātē uidimus Aeacū. Strabo dicit Rhadamātū antiqssimū cretæ regem fuisse: & primū legibus cretēses instituisse. Cuius imitator Minos deinde extitit fratréq; habuit ex huius imitatione Rhadamātū appellatū. Diodorus tñ siculus ait Ioue ē phœnicia in cretā Europā rapuisse: & ex ea Minoē, Rhadamantū & Sarpedonē genuisse ac deinde Europen Asterio regi cretēsi uxorem dedisse: q cū filiis careret illos in successionē regni adoptauit. & Minos regnū susceptit Rhadamāthus leges cretēsibus tulit hæc ex illo. Fingūt aūt ideo (reor) iudices apud inferos. qm̄ credidērūt idē studiū fore defūctis qd nūc ē uiuētibus. uñ. vi. Aenei. Quæ gr̄ acurruū Armorūq; fuit uiuis quæ cura nitētis Pascere equos: eadē seqūt tellure repostos. Quia igit̄ tā exactæ iustitiæ erāt apud nos: ut nulla uia a uero iustoq; iudicio deflecti possent: talesq; inferos iudices utpote seueriss̄imos cēsuerūt: pulchre finxerūt eos apud inferos iustitiæ executores. Arbitria arbitriū ē liberū iudiciū: quo qs ex sua sñia & uolūtate iudicat. Et qa prīcipū arbitria, p legib⁹ hīta sūt: uñ uocāt̄ prīcipū placita seu rescripta: bñ minoē regē dicit ad arbitriū iudicare. Sed ne speres ipsū aut amore tui clemētius: aut odio seuerius iudicaturū add dit adiectiuū splēdida. quo nimirū oīs mētis pturbatio qua iudex a iusto flecti posset excludit̄. Nam oēs animi passiōes quasi tenebræ sunt. Splendidū aūt & cādidū puriss̄imis quibusq; cōgruūt. unde in bucolicis. Cādidus insuetū miratur limē olīpi sub pedibus. uidet nubes & sydera daphnisq; Seru⁹. Candidus qa de⁹ &c. Eteni qcqd cādidū & splēdidū ē deo attribuit̄ bonūq; cēset̄ cōtra quæ atra q̄ nigra nociuis & malis. uñ i ser. hora. hic niger ē hūc tu Romane caueto &c. niger. i. mal⁹. minos aūt, ppt̄ æqtatē iouis fili⁹ ē hītus. iuppit̄. n. æqssim⁹ ē. uñ i. vi. quos æqu⁹ amauit iuppiter. & i. x. Rex iuppit̄ oīb⁹ idē. & in. xii. iuppiter ipē duas æq̄to examīe lāces Sustinet. bñ ergo addidit splēdida arbitria

Cum occideris Minos Aeacus Rhadamantus

Studiū mortuorum

Arbitrium

Slendidum

Non torquate. Mālius Torquatus. ut dicit Aulus Gellius. A torque quē gallo cuidā in singulari certamine deuicto detraxerat: torquati cognomē accepit. Is etenī torquatus dicitur qui torquē indutus est. sicut tunicatus qui tunicā: armatus: quæ arma. Torquis aūt est circulus pendēs de collo exauro obtorto. de quo uirgilius iu qnto Flexilis obtorti per collū it circulus auri. Solēt aūt uictores illoꝝ quos uicerint insignia sibi aptare unde exuuiæ dictæ ab exuēdo. unde illud de Hectore in. ii. Aenei. Qui patroclū (quod artificiose tacet) Achilleis armis spoliauerat. Hey mihi qualis erat quātū mutatus ab illo Hectore qredit exuuias indutus achilli. Simile est de balteo quē palanti puero detractū Turnus humeris suis nō auspicato aptauerat. Idē de Niso & Eurialo in. ix. Et de æneas aliisq; troianis in. ii. Aenei. patet: q danaoꝝ insignia sibi infœliciter usurparant. Vnde est uadimus īmixti danais haud numine nostro. sed redeo ad Torquatū de cuius seueritate apud Valerium maximū. Validū est testimoniū. dicit itē Seruius q̄ postq̄ gallo deuicto torquē unde torquatus dictus detraxerat: ad urbē pergēs filio suo præcepit: ut tīn castra tueret: ille uero nacta occasiōe uictoriā ex hoste tulit Reuersus aūt pater laudauit fortunā populi Romani sed filiū (uti dicit Liuius) fustuario necauit hæc Seruius. Liuius tn in. viii. dicit. Populo romano erat bellū cū latinis graue & periculosū q̄ppe cū & mores & arma & uirtus cū Romanis par esset. Cōsules edixerāt nequis extra ordinē pugnaret. Titus aūt Mallius cōsulis filius a Mætio equite tusculano ad singulare certamen ꝓuocatus: siue pudore: siue ira recusare ꝓhibitus: accessit & superauit. Mallius aut cōsul in cōtione. Quādo (inquit) Malli spreto cōsulari impio eo me impulisti: ut aut meoꝝ aut repub. obliuiscēdū sit. Nos potius delicto nostro plectamur: q̄ res pub. suo dāno pctā nostra luat: Triste exēplū. sed in posterū salubre iuuētuti erimus. deinde securi filiū percuti iussit. unde Virgilius in sexto sæuūq; securi Aspice Torquatū. Videmus ergo hæc epitheta illi Torquato maxime cōgrua Erat enī alto loco & nobili genere natus: qn̄ ad cōsularē dignitatē pue nire potuit. unde est Nō torquate genus: erat facūdus. ut patet ex cōtione liuiana. unde est: nō te facūdia. Erat pius in rempub. & quātū potuit in filiū. de quo triste exēplū futurū dixit. unde est: Nō te restituet pietas. Debet autē maior eē pietas in rēpub. & patriā quā in ꝓpinquos & necessarios. uñ Cicero inde sōnio Scipionis. Iusticiā cole & pietatē: quæ cū magna in parētibus & ꝓpinquis est. tū in patria maxima est: eauita uia est in cælū. Certius ergo ē. dicamus hāc oden generaliter ad quēlibet lectorē scriptā. nō ad torquatū. In fernis neq; enī &c. Quoniā in hac ode nō solū præsentes locos. sed sequētes quoq; una opa explicare statuimus: fabulas has altius forte q̄ opus uidebitur exordiemur. Iuno accusata sterilitatis ꝓuocauit iouē ad singularē generatiōnē: Iuppiter igit cōcusso cerebro Mineruā genuit. Iuno uero pcusso fœmore uulcanū enixa est: quē ut inqt homerus qn̄ ineptius ꝓ matre intercessorat Iuppiter in lēnū insulā deiecit: quo casu utrimq; claudicat. Illi tn Iunonis precibus Venus nupsit: quā Mars adulterio corrupit: quā rē sol qui oīa uidet indicauit. Vulcanus aūt minutissimis ꝓcathenis lectulū cinxit quibus uenus & mars ignorātes impliciti sūt: & cū ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cūctoꝝ deoꝝ quorū præter mercuriū nullus ita depræhendi uelle

Torquatus

Torquis

Exuuiæ

Minerua

Vulcanus

Circe
Pasiphae

asserebat. Ho c dolẽs uenus oẽm solis stirpẽ nefandis a moribus ꝓsecuta est. Vnde Circe solis filia horrẽdæ libidinis uitio notat. Et pasiphae/itidẽ/a to re Seruio)solis filia: minois cretensiũ regis uxor: thauri amore arsit: & arte dædali inclusa in ligneã uaccã pulcherrimæ iuuẽcæ corio circũdatã cũ eo cõ cubuit: ex quo & marito suo. Minoe minotaurũ cõcepit: biforme monstrũ: quod labyrintho cõclusum hũanis carnib⁹ uescebat. Ná minos de pasiphae plures liberos suscepit. Androgeũ ariadnẽ & phedrã. Androgeus aũt cũ eẽt athletha insignis & cũctos ĩ agonalibus uinceret. ab atheniẽsib⁹ & uicinis me garẽsibus ob iuidiã occisus est. At minos bello athenienses uictos coegit ut septẽ masculos totidẽq; fœmellas quot ãnis ad minotaurũ abs quo absume bant: darẽt. Tertio aũt ãno Theseo uiro & forma & factis præstãti Aegei re/ gis filio tristis profectio sorte euenit. Hũc Ariadna minois filia adamauit/& cõsilio dædali filo ad introitũ fixo ĩterfecto minotauro reditũ cæcæ domus

Ariadna
Phedra

didicit. Egresi⁹ ergo ex spõsiõe Ariadnã sibi uxorẽ futurã abduxit: cũ phedra hyppolito filio suo despõsata. Inter uero fugiẽdũ admonitus a deo baccho ariadnã in insula deo amatori. dimisit phedrã uero filio desponsatam duxit.

Hyppolitus

Quæ hyppolitũ priuignũ suũ pulchritudine formæ capta de stupro interpel lauit: & despecta apud maritũ falsi criminis detulit. ille iratus Aegeũ patrem ut hyppolito currũ agitãti phocã. i. uitulũ marinũ ĩmitteret sollicitauit: quo interepto: phedra amoris impatiẽtia laqueo uitã finiuit. hæc fere Seruius⁹. Idẽ alibi. Hyppolitũ diana eius castitate cõmota reuocauit ab inferis ꝑ Aescula/ piũ filiũ apollinis & coronidis. Qui natus erat execto matris uẽtre. ideo q; cũ Apollo audiuisset a coruo eius custode eã adulteriũ cõmisisse: coronidem maturo iã partu cõfixit sagittis: Coruũ uero q antea albus erat nigrũ effecit

Aesculapius

ob tristẽ nũciũ. Execto aũt uẽtre Coronidis ꝓduxit Aesculapiũ qui factus é medicinæ perítus. hũc Iuppiter ꝓpter reuocatũ hyppolitũ interemit. Vnde

Apollo

Apollo iratus Cyclopas fabricatores fulminũ iouis: cõfixit sagittis: ob quá rem ab ioue iussus est Admeti regis Thessaliæ nouẽ ãnos armẽta pascere di/ uinitate depositã. Sed diana hyppolitũ reuocatũ ab inferis in Aritia cõmen dauit egeriæ nimphæ: & eũ uirbiũ quasi uirũ bis effectũ uocari iussit. Cui⁹ ín septimo Virgilius filiũ cognominẽ in bellũ uenisse dicit. A deo oĩa ista fabu losa sunt. Nam cũ castus ubiq; inductus sit: & qui semp solus habitauerit: tñ filium habuisse fingit. &c. hæc Seruius. quæ ad hyppoliti fabulã satis superq; sunt. Dicit aũt hyppolitus ut reor ab euẽtu: quia ὑπποσ dicit equus. & λυω soluo quia discerptus fuit ab equis. Siquis paucis uerbis mediocrẽ dictarũ re

Iuppiter

rum cognitionẽ habere uolet/dabit ꝓlixitati nostræ ueniã. Iuppiter inter/ pretatur iuuãs pater. Estq; secundũ homerũ & etiã Virgiliũ hoĩum & deorũ pater solus. ná alii aut hoĩes tñ aut deos tñ ꝓduxerũt. phisice accipit ut plu/ rimũ ꝓ æthere. hoc est ꝓ igni puriore. habet iunonẽ quæ aer ĩterpretat cõiu

Minerua

gem: ex calore aũt ignis & humore aeris oĩs generatio in terris conficit. Is mineruã ex uertice suo ꝓduxit sine iunonis admiculo. q; iõ fingit. q a miner ua sapiẽtiæ bellorũq; (quæ per sapiẽtiã geri debẽt) dea est. Ingenii autem ui

Ingenii uirtus

gor æthereus est. unde in sexto Igneus est ollis uigor & cælestis origo. Quo circa horatius aĩam uocauit diuinæ ꝑticulã auræ. & Virgilius dũ tarditatẽ in

genii significare uellet dicebat se habere frigidũ sanguinem: nec satis ab illo puro cælestiq; igne calefactũ. unde illud in Geor. Sin has nõ possim naturæ accedere ptes frigidus obstiterit circũ præcordia sãguis &c. Et illud Iuuena. Scilicet arguit̃ q; leua in pte mamillæ nil salit archadico iuueni &c. Est ergo minerua solius iouis filia. ut quæ nihil terrestris & crassioris ignis admixtũ habet. Vulcanus aũt deus inferioris ignis faber iouis iunonis solius filius ẽ/ qm̃ fulmia quoꝝ faber fingit̃ ex uaporibus terræ admixto aere nascũt̃: deiectus est a ioue: qm̃ fulmina ab illo deiiciũt̃: Venerẽ duxit qm̃ crassior ille calor uenerẽ excitat. Illa tm̃ marti cõmiscuit: qm̃ belli sæpe causa ẽ cuius mars deus dicit̃. Etiã astrũ martis ignitissimũ ẽ: magnus aũt iracundi animi ignis/ ueneris cõmertio accẽdit̃. Tũc aũt mars ueneri cõmiscet qñ utriusq; astri cõ iũctio est quã rẽ sol insolita inflãmatio ne facile oĩbus indicat. Solis aũt stirpem ideo uenus ꝓsequit̃: qm̃ oẽs in primis pulchræ mulieres solis filiæ fingũt̃ ut autor est Seruius. sed pulchritudini semper insidiat̃ uenus. Iuuenalis. Rara est adeo cõcordia formæ atq; pudicitiæ. Pasiphae taurũ: ut strabo dicit scribã regis amauit. Hyppolitus ut Seruius dicit fabulose reuocatus fingitur Nã hic dicit̃ nõ liberatus. decuit autẽ Virgiliũ in septimo: ubi de rebus itali/ cis adhuc teneris loqt̃: ꝓ poeticã fictionẽ rem humilẽ extollere. quod poetã hic nõ decet. Nec læthea ualet &c. Perithous filius fuit Ixionis nõ ex nube ex qua cẽtauros genuit sed ex coniuge. Is cũ eẽt Theseo multa amicicia deuinctus: & hyppodamiã cẽtauri marte a nuptiis excluso instimulãte rapere uellent: paulo post/ea relicto Polypote filio defũcta: cũ theseo cõiurauit se nullã præter iouis filiam ducturos. Et cũ helenã rapuissent quæ oĩum pulcherrima decimũ annũ tũ agebat: euenit sorte (ut aĩt diodorus siculus) ut Theseo illa cõtingeret. Itaq; ad inferos ut ꝓserpinã raperent descẽderunt. Vbi perithous a Cerbero interẽptus: & Theseus retẽtus ẽ: Historia est hos molosso rum regi uxorẽ eripere tentasse: sed canẽ regis Perithoum iteremisse. Theseum uero captũ in uinculis fuisse retẽtũ: donec ab hercule liberatus fuit. Iuxta aũt textũ præsentis carminis alii cõueniẽtius fabulã recitant. Perthoum apud inferos ob eã rem quã modo diximus in uinculis retentũ pmansisse liberato Theseo per herculem: qui quidem Theseus socio fidẽ dedit se propediem ad ipsum liberandũ rediturum: sed nõ ualuit: Quocirca miseriis carceris tandem periit. Dicit charo perithoo. Numerant̃ enim apud græcos multa paria amicorum: inter quos sunt Perithous & Theseus. Pilades & Orestes Patroclus & Achilles: Sicut apud Romanos Troiani illi iuuenes Nisus & Eurialus Scipio & Lelius. Augustus & Agrippa & cetera. Infernis. hic manifeste ostenditur causa uariæ declinationis huius nominis infernus est enĩ adiectiuum: & dum dico infernus subauditur locus. Dum uero in plurali dico inferna subintelligo loca. Deducitur autem ab infra: sicut ab extra externus. ab intra internus a supra supernus. Nec læthea ualet. Læthe est obliuionis fluuius per quẽ animæ omniũ rerũ obliuiscunt̃. Sunt aũt ut patet ex sexto Aenei. & ex Macrobio in de sõnio Scipionis apud inferos quinq; fluuii læthe. phlegetõ. Acherõ Cocytus & Styx. Læthe ut dixi ẽ fluuius obliuionis nã ΛΗΘΗ est obliuio. Phlegeton est fluuius ardoris. nã ΦΛΕΓΩ est cõburo

Vulcanus

Solis filiæ

Peri thous

Paria amicorum

Infernales fluuii

Lethe

Phlegeton

Acheron Cocytus Styx

& ardeo Acheron fluuius ſine læticia. nam ἀ priuatiua eſt partícula & χαρά. leticia. eſt ergo ſine læticia. Cocytus eſt lachrymarũ fluuius: nã κωκύτος luctus eſt & ploratus. Styx eſt mœſtitiæ fluuius dictus. ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ quod eſt mœſtus & odioſus. Quorũ fluuiorũ ordo naturalis eſt: primũ ſiquidem obliuiſcimur bonorũ. Deinde rapimur ardore & cõcupiſcẽtia uetitorũ tum læticiæ expertes ſumus: & ad lachrymandũ urgemur. Noniſſimo aũt ſũma mœſtitia cõfecti inferos uiſimus. Læthea ergo hic generaliter capitur ut ſit Theſeus nõ ualet abrũpere charo perithoo læthea uincula ideſt uincula infernalia. ꝓducit aũt media quia oia quæ apud græcos exeunt in. η. hoc eſt in e longũ faciũt poſſeſſiuũ in eus penultima lõga ut. Λήθη hoc ẽ lethe letheus. Λήρκη dirce dirceus. circeus circe. & ſic de ſimilibus. Et hæc de hoc carmine.

h EVheu fugaces ode hæc Quinti Horatii flacci ſecũdo carminum tricolos tetraſtrophos ẽ. Tricolos quidẽ quia triũ generũ uerſibus cõſtat. tetraſtrophos ãt ꝙ poſt quartũ quẽꝙ uerſum fiat tropi. i. cõuerſio ad primum. Sũt aũt duo primi uerſus ab Alceo inuẽtore alcaici dicti: qui conſtant ſpondeo iambo. & cæſura uel iambica pentimemeri hoc eſt poſt duos pedes quinta ſyllaba abũdanti: & duobus dactylis. Tertius eſt dimeter: nouenarius: iãbicus hypercathalecticus. Eſt quidẽ dimeter: quia duas mẽſuras continet cõputando duos iambos: quoniã pes citus eſt: aut ſpondeũ & iambũ pro una mẽſura. Eſt nouenarius quia nouẽ cõtinet ſyllabas. Eſt iambicus ab iãbo pede prædominãte: de quo in arte poetica hora. Syllaba longa breui ſubiecta uocaꝫ iambus. Pes citus: unde etiã trimetris accreſcere iuſſit. Nomen iambeis cũ ſenos redderet ictus. Primus ad extremum ſimilis ſibi: nõ ita pridẽ. Tardior ut paulo grauiorꝙ ueniret ad aures. Spondeos ſtãbiles in iura paterna recepit. Commodus & patiens: nõ ut de ſede ſecũda Cederet aut ꝙrta ſocialiter. &c. Quorũ uerborũ ſumma eſt. Iãbus cõſtat ex breui & lõga. Et quia eſt pes citus: carmina iãbica quæ olim ſex iambis cõſtabant: nũc aũt oĩbus locis prætermiſſo ſecũdo & quarto ſpondeũ ſuſcipiũt: trimetra nõ hexametra dicũt. Sic hoclo/co primus pes eſt ſpõdeus. ſecũdus iãbus. tertius ſpõdeus & quartꝰ iãbus Deinde abũdat ſyllaba, ppter quã hypercathalecticꝰ uerſus dr. Dubites forſan: ꝙre iãbus pes citus dicaꝫ potiuſꝙ trocheus: cñ tñ uterꝙ tribus dũtaxat tẽporibus numeretꝫ: ſed ſcias trocheũ habere ſyllabã breuẽ. ſecũdo loco ubi finalitatis gratia tãtũ moræ habet: quãtũ longa ferme in principio. Iãbus aũt cõſtat ex priore breui quæ nulla ratiõe tardaꝫ. pari ratiõe diſtinguũtꝫ mutæ & ſemiuocales. Nã ideo mutæ dicũtꝫ quia propriũ ſonũ priorẽ habẽt: parũ

Ad poſthumũ de fragilitate uitæ humanæ Ode tricolos ex ſecũdo Carminũ Horatii.

Eu heu fugaces poſthume poſthume
h Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis: & inſtanti ſenectæ
Afferet: indomitæq; morti:

Alcaicus uerſus

admodũ ſonent. Semiuocales ecõtrario quæ in ꝑpriũ ſonũ exeunt: quãtum uocales ſonãt: ideoq; ſemiuocales dictæ. Quartus uerſus ab inuẽtore Pindaro Pindaricus dicit. Cõſtat aũt ex duobus dactylis & totidẽ trocheis. Diſtingues ergo primũ ſic. heu/heu. ſpondeus. fuga. iambus. ces. pẽtimemeris. poſthume. dactylus. poſthume dactylus. ſecũdũ ſimiliter ſic. labun: ſpõdeus. tur an: iãbus. ni pẽtimemeris. Nec pie. dactylus. tas morã. dactylus. Tertium ſic. Rugis. ſpõdeus. & ín. iambus. ſtanti ſpondeus. ſene. iambus. ctæ. abũdans ſyllaba. Quartũ ſic. Afferet dactylus. indomi. dactylus. tæq; trocheus. morti ſpondeus ubi & trocheus poni poteſt. eo q; ultima cõis eſt. & a lyricis ut breuiis habeat. Pindaricus uerſus

Vt aũt argumentũ huius carminis habeamus audiamus Acronẽ cuius hæc uerba. Præmiſſo doloris affectu ad poſthumũ queritur de uitæ breuitate: q; nullus iuſtitia uel pietate mortẽ poſſet euadere/nec iminentẽ horã differre. Et dicit ſupuacue timeri quod nõ põt euitari. hæcille. Inexpreſſibili aũt artificio utitur. nam nullũ ponit uerbũ q; nõ doloris & mortalitatis notam in ſe habeat. Primũ enim utit interiectione dolẽtis & ea quidẽ/quo maior exprimatur doloris uehemẽtia geminata. ſubdit uerbũ aſſiduitatis dicendũ fugaces/ea enĩ in ax aſſiduitatẽ & uehementiam indicant. tum ponit eius ad quẽ ſcribit proprium nomen in qua admonitionis uis quædam eſt. ip̃mq; geminat. Neq; ſine ratione ad poſthumũ ſcripſit ut cuius nomẽ mortalia ſonaret. Eſt eteni ſi appellatiue ſumpſeris is poſthumus/qui poſt humationem patris in lucẽ editus eſt. Vnde. vi. Aenei. Siluius albanũ nomen tua poſthuma proles. uidet ergo dicere: ſi patrem tam cita mors abſtulit ut te cõſpicere nõ potuit: facile dixero te quoq; ꝑpediẽ moriturum. Neq; ab re duobꝰ dactylis utitur. Nam dactylus quũ ex longa in duas breues deſinat: præcipitationẽ quandã præ ſe fert. Labũtur prætere a uerbũ feſtinantiæ eſt: temporibus accõmodatiſſimũ. Vnde illud Tempora labunt more fluẽtis aquæ. Videt aũt phiſica ratio í hoc uerbo incluſa. Tẽpus enĩ eſt numerus motus ſecũdũ prius & poſterius: dependetq; a motu primi mobilis: quocirca uidet ab ipſo cælo delabi. Vñ illud primo georgi. Labentẽ cælo qui ducitis annũ. Maxime uero momenti eſt q; hic dicit anni: ſi eteni anni qui nimirũ omnibus pauci ſunt labunt: certũ eſt breuẽ eſſe uniuſcuiuſq; uitam. Quid aũt maius ad hanc rem accedere poſſet: q̃ q; pietas non tñ mortẽ nõ propellere: ſed ne differre qdẽ ualeat ſenectã? Structura carminis clara eſt: uideam⁹ uocabula. Ruga ẽ ſulcata & cõtracta cutis: poſtq; enĩ frigeſcẽte natura minus minuſq; indies alimẽti ſumimus: ſuccus naturalis: melioq; ſanguis decreſcit: & cutis laxior effecta in rugas trahit. Afferet legẽdũ eſt ꝑpter carmẽ. Indomitæ morti: ſecũdũ Acronẽ: quaſi ferociſſimæ a quo nemo exoret indulgentiã. Dicit autẽ reuera mors ipſa fera. Vnde Feralis adiectiuũ quod cõtra legẽ primitiui primã ꝑducit/idem eſt quod letalis ſeu mortalis. Poſſumus etiam dicere indomitæ morti: ut ſit indomabili. Solent enim participia præteriti temporis pro nomine ſumpta pro uerbalibus poni. ut in georgicis. Aut illaudati neſcit buſiridis aras. Illaudati (inquit Seruius) eſt illaudabilis & ſeptimo. Diues inacceſſos ubi ſolis filia lucos. Inceſſos. i. inacceſſibiles/hoc eſt quos nemo accedere deberet: nõ aũt quos nemo acceſſit. Mors q latinas æthimologias ſectant: putant ut ſit a mordendo dicta. dicit autẽ græce μορος.

Ruga

Mors Fera Feralis

Artificium poetæ

Labuntur

Tempus

f

Non si trice/nis. Ordo est. O amice posthũe: pietas nõ afferet morã rugis & instanti senectæ. si hoc est etsi q̃uis places. i. placare coneris plutona i. ditem illachrymabilẽ: id est lachrymis nõ flexibilẽ uel qui lachrymare nescit: tricenis tauris quotquot eunt dies. i. quotti die triginta. Qui inq̃ Pluto cõpescit. i. coercet tristi unda. i. stygia palude Gerionẽ regẽ hispaniæ: ter amplũ. i. tria corpora habentẽ uel ualde amplũ. & q cõpescit Tityon ter. i. multũ amplũ unda tristi enauiganda. i. quæ enauigari debebit oĩbus ab oĩbus nobis quicũq; uescimur munere terræ. i. alimẽto ter restri: siue erimus reges siue erimus inopes coloni. Tricenis distributiuũ ẽ. Distributiua aũt sunt quæ distributionẽ parẽ cõnotant. ut dedi filiis tricena predia. i. singulis triginta: consules creabãtur olim bini. i. singulis annis duo. Et hic si places quotquot eunt. i. ꝓfluũt dies plutona tricenis tauris. i. singulis diebus triginta tauros mactes &c. Quia aũt distributio nõ fit nisi inter plura ideo ut docet Vallen. rarissime apud oratores nisi in plurali reperiũtur. ꝙ si aliqñ in singulari reperiant̃ ponunt̃ ꝓ principalibus quæ cardinalia uocantur cuiusmodi sunt unũ duo tria &c. Itẽ quia singulari carẽt aptissime iungũtur dictionibus carentibus singulari numero. & hoc citra distributionẽ: nã cũ distributiõe oĩbus iũgunt̃. uerbi gr̃a cũ dico: dedi filiis meis ad te ternas lras põt esse ut tres dũtaxat dederim: sed si hæc uera erit. dedi filiis meis ad te ternas epistolas oportebit ut singulis tres dederi. Quia uero multis hæc ignota sunt: nõ eñ recte deducũtur: statui ꝓ iuuẽtutis cõmoditate. hmõi enumerare quæ sunt. Singuli læla. bini. terni. quaterni. quini. seni. septeni. octeni. uel octoni. noueni. deni. undeni. duodeni. termideni. q aternideni. quinideni. senideni. uel deniterni. deniquaterni. deniquini. denisseni. denisepteni. deniocteni. dennoueni. Viceni, nõ aũt uigeni. Viceni singuli uel singuli & uiceni: Vicenibini uel bini & uiceni. Quãdo enĩ intra. xx. & centũ inter duos numeros cõiũctionẽ ponimus minor numerus debet præponi: sed añ. xx. & post centũ itẽ ubiq; ablata cõiũctiõe maior præponet̃. & si plures sunt ut qsq; maximus est ita primũ locũ obtinebit. Dices ergo uiceni terni. uel terni & uiceni & sic deinceps. deinde Triceni ꝓ trigeni. Triceni singuli &c. deide Quadrageni. tum Quinq̃geni. tum Sexageni. tum Septuageni. tũ Octogeni, nõ aũt Octuageni. tũ Nonageni. Deinde cẽteni. cẽteni singuli uel cẽteni & singuli. & ita deinceps. tum Ducẽteni. Tricẽteni p sincopã ꝓ Trecẽteni: nec est alia differẽtia q̃ illud Triceni a triginta deductũ scribitur ĩ prima syllaba ꝓ i. hoc uero a trecenti nascitur per e. A quadringẽti aũt fit Quadringẽteni. A quingenti: Quingenteni. A sexcenti: Sexcẽteni. A septingẽti: Septingẽteni.

Non si tricenis quotquot eunt dies
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris: qui ter amplum
Gerionem: Tityonq; tristi
Compescit unda: scilicet omnibus
Quicumq; terræ munere uescimur
Enauiganda: siue reges
Siue inopes erimus coloni.

Distributiua

Tricenis

Ordo numerorum

Ab octingenti: Octingenteni. A nongenti. Nongenteni. Vel a noningenti: Noningēteni. Deinde fit Milleni. bis milleni &c. Quotquot .i. quotcūq; per regulā ante positam. Eunt. i. pfluūt dies. Acron uult q; poeta ad mēlem respexerit qui ut plurimū. xxx. dierū est. & esset sensus si places plutona trice nis tauris quotquot eūt dies hoc est ī singulos dies uno tauro. Verū maior ē significatio si singulos dies triginta places. Præterea īferis nō fit sacrificatio numero impari/quæ nimirū fieret si singulis diebus unū taurum Plutoni sa/crificari diceret. Si apud Virgiliū etiā pro etsi seu quis ponit ut in sexto. Nō mihi si linguæ centū sint oraq; cētū &c. A mice places. Duo primi pedes iā/bi sunt. est enī amice nomē: nō aduerbium. Placare est mētem iratā sedare

Pluto inferorū rex latine dis appellatur. Est enī diuitiarū, ut aiunt/deus ad quas per mortem accedimus: sed ut recitat Macrobius in de somnio Scipio nis. Qui primū Pythagoram: & qui post: Platonē secuti sunt duas esse mor/tes: unam animæ: aī alis alteram prodiderūt. Mori animal quū anima disce/dit e corpore: ipsam uero aīam mori asserētes: cum a simplici & indiuiduo fō te naturæ ī membra corporea dissipatur. Et quia una ex his manifesta oībus nota est. Altera nō nisi a sapiētibus deprahēsa: cæteris eam uitam esse credē tibus. Ideo hic ignoratur a plurimis: cur eūdem mortis deum modo ditem modo immitē uocem? cū per alterā id est aīalis mortem absolui aīam & ad ueras naturæ diuitias atq; ad ppriam libertatem remitti faustum nomen in/dicio sit. Per alteram uero quæ uulgo uita existimatur animam de immorta sitatis luæ luce ad quasdam tenebras mortis impelli uocabuli testemur hor/rore &c. Hæc Macrobius. Qui secutus illud Ciceronis in eodem: hi uiuūt qui e corporum uinculis tanq; e carcere euolauerunt: uestra uero quæ dicitur ui ta mors est &c. putat animam in hoc corpore tanq; in carcere mortis quandā speciem subire. non q; esse desinat: sed q; corporeis uinculis ab operationi/bus suis arceatur. Quando uero liberatur per dissolutionem quam natura/lem mortem uocant. tunc ad ueras diuitias ascendit. quod quidem uerum de animis purgatis & beatis: & quæ nulli mortalium culparum obnoxia est. Sunt qui ad naturam Plutonis fabulam referant: sunt item qui ad historiam referri posse arbitrentur. De qua Landinus abunde satis disputauit in com/mentariis huius loci. quæ ideo nūc repetam: q; paucos Horatium habere cre dam. Dicit ergo sic. Pluto filius Saturni: Iouis Neptuniq; frater & cui ī mū di diuisione infera regna euenisse fabulantur. Qui uero ad historiam referūt orientales partes dicunt in diuisione Ioui obuenisse: quæ plaga quoniam ex ea mortalibus lux datur superior appellatur. Occidentales autem Platoni cui Agesilao cognomen fuit: & hæinferiores apparent. Vnde fictum a poe/tis est Ioui cælum: Plutoni inferos euenisse. Nec ob aliam causam Neptu/nus maris deus creditur: nisi quia insulæ & maritimæ regiones illi obuene/runt. Hæc in sacra hystoria legi Lactantius autor est. habitauit secus inferum mare ubi postea fuere molossi. Eusebius illum tempore Lyncei argiuorum regis fuisse commemorat. Diodorus uero siculus Plutonem sepeliendi fu neris que ac exequiarum inuentorem fuisse scribit: cum hactenus nulla in hac re cura erga defunctos exhiberetur: Propterea que mortuorum de/um esse habitum: uocatur & alio nomine Orchus Varro Plutonem inter

Pluto

Duæ mortes

Pluto

Dei selecti

deos selectos posuit: quos .xx. scribit. Ianũ. Iouem. Saturnũ. Geniũ. Mercuriũ. Apollinẽ. Martẽ. Vulcanũ. Neptunũ. Solem. Orchum. Liberũ patrem. Tullurẽ. Cererẽ. Lunã. Dianã. Mineruã. Venerẽ. Vestam. Sunt ergo duodecim mares: Octo fœminæ. Phisici aũt Plutonẽ intelligunt solẽ hyemali tempore quo remotioré quandã mundi partẽ perlustrat. Est ergo dictus diuitiarũ deus. quod indicat nomẽ. Nã & latine Dis pater appellat & ditis etiam in noſatiuo teſte Seruio. Vnde sunt Dites diuites & diuitiæ. Et græci πλουτῶν diuitias & πλουσιον diuitẽ dicunt. Est deus diuitiarũ qm̃ & metalla in quibꝫ maximæ diuitiæ cõtinent sub terris: sunt & oẽs fructus interna terræ ui ꝓueniunt. hæc ille. Addã unum quod ꝓpius ad ueritatem accedit philosophos & poetas tametsi plures deoꝝ notiones posuerint. credidisse tñ unum solũ numen diuinitatis esse. quocirca Iouẽ nunc superũ nũc inferũ appellarũt. Sed superũ quidẽ Iouem in hac uita nobis prodesse dicebãt. inferũ uero qui idẽ Pluto dicit: post fata beatis diuitias uero elargiri. Vnde & dis dicit. Quia tamẽ non oẽs animæ beatæ sunt: ideo eius nomẽ tristitiã quandam affert. Nã non solũ beatas diuitiis beat. sed & dãnatas animas tormẽtis affligit. Sed ut pergamus idem laudinus plurima de Gerione differit: sed Seruium prius audiamus qui septimo Aeneidos ad illud Gerione extincto sic inquit.

Geriones

Geriones rex fuit hispaniæ qui ideo trimẽbris fingitur: quia tribus insulis præfuit quæ adiacent hispaniæ: balearicæ minori & maiori & ebusæ. Fingit etiã bicipitẽ canẽ habuisse: quia & terrestri & nauali certamine plurimũ potuit. Hunc Hercules uicit: qui ideo fingitur ad eũ olla ærea trãsuectus q habuit nauem fortẽ & ære munitã. Sane sciendũ declinari hic Gerones huius gerionæ uñ est Ter gemini nece gerionæ. uñ usurpauit Salustius Gerionis dicẽs. Veniẽs autẽ Hercules de hispania p cãpaniã in quadã cãpaniæ ciuitate: põpã triũphi sui exhibuit Vñ Põpeii dicit ciuitas. postea iuxta Baias caulam bobus Gerionis fecit & eã sepsit q locus Boauliadictus: hodieq; Boauliæ dicit. Idẽ Seruꝰ dicit alibi ĩ hispania tres reges fuisse inter se simillimos q̃bus Hercules boues abstulit. hinc fabula exorta. Gerionem unũ fuisse sed tria habuisse capita. de gerione præter alia sic Laudinus Gerione pegasi alati equi scdm Hesiodũ filius fuit & ab Hercule interemptus &c.

Tityus

Idẽ de Tityo. dicũt Iouẽ filiã Orchomeni Ellaron noie cõpressisse: sed mox cũ illi irã Iunonis timeret sub terris occultasse: atq; inde natũ esse Tityon a terra nutritũ. Verũ cũ e terra exisset multi illũ terræ filiũ credidẽrũt: quapropter cũ partim natũ: partim educatũ a terra opinarent in re ambigua: ambiguũ quoq; nomẽ Virgilꝰ elegit dicẽs Nec nõ & Tityon terræ oĩpotẽtis alũnũ Cernere erat: ꝓ tota nouẽ cui iugera corpꝰ Porrigit &c. De Tityo diximꝰ apud Virgiliũ primo huius ĩ capitulo de liuore. Quãuis ergo Geriones tria corpora habuit. & Tityus corpus qd̃ p nouẽ iugera porrigit: tñ apud inferos sunt neq; illinc uiribꝰ sese eximẽt. cõpescũtur enĩ tristi unda. hoc est stygia palude. quã ꝓ periphrasim dicit. Nam στυγὸς ποσ tristis est. Quod aũt manes stygearceant sic testat Virgil. in sexto. Fata obstãt tristiq; palus inamabilis unda Alligat: & nouies styx interfusa coercet

Tristi unda

Enauiganda Styx

Quã uero dicit hic. Enauiganda. uno uerbo rẽ ab aliis late tractatã tangit. Diodorus siculus ad finẽ secũdi libri dicit. Aegyptios solitos quotiens quis mortuus fuerat: ire ad stygẽ paludẽ. daturos cadauer defuncti charonti tra-

ducendum: audita tñ prius ratione. si etenim nulli debere inuentus fuerit ca/
dauer eius illico transferebat. At si forte excederat in flumẽ (erat enim styx
sane difficilis trãsitu) cẽtum annos errabat. Sin transuectũ fuerit: sepeliebat
in littore ulteriore. Vbi ylis osyridis mariti sui ossa sepeliuerat. Solebãt autẽ
defunctis sub linguã obulum ponere preciũ nauli. quẽ pauperibus clientulis
Iuuenalis deesse sic dicit. Ille iam sedet in ripa tetrũq; nouitius horret Por/
thmea: nec sperat cœnosi gurgitis alnũ Infœlix nec habet quẽ porrigat ore
trientẽ. Virgilius in sexto docet animas a charonte quo noie ægyptii porti/
torẽ uocant per cymbam sutilẽ traduci: eas tamẽ quoꝝ corpora insepulta re
licta sunt centũ annos errare priusq; possent traduci. De multitudine aũt ani/
marũ quæ iam corpora dereliquere sic inquit in sexto Virgil. Quã multæ in
siluis autũni frigore primo Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quã multæ glomerãtur aues ubi frigidus annus Trans pontũ fugat & terris
immittit apricis Stabant orãtes primi trãsmittere cursum Tendebãtq; manꝰ
ripæ ulterioris amore Nauita sed tristis nũc hos nunc accipit illos. Et paulo
post. Cocyti stagna alta uides stygiãq; paludẽ. Dii cuius iurare timẽt & fal/
lere numẽ. Hæc oís (quam cernis) inops inhumataq; turba est. Portitor il/
le charon. hi quos uehit unda sepulti. Nec ripas datur horrẽdas: Nec rauca
fluenta Trasportare priusq; sedibus ossa quierũt Cẽtũ errãt annos uolitãtq;
hæc littora circũ Tum demũ admissi stagna exoptata reuisunt &c. Sũt q hãc
rẽ ad phisicã rationẽ referant. Charon enĩ (ut inquiũt) tempus est. nã græ/
ce χρονος dicitur. Cymba uero per quã traducimur: est mũdus. Et si ex cym
ba hoc est ex hoc mũdo ante iustã sepulturam ceciderimus: oportet nos er/
rare cẽtum annos: quod cõuenientissimũ humanæ uitæ tẽpus uidetur. Vo/
lunt enĩ oĩbus longã esse uitæ diem: si nõ præueniretur. Vnde illud Senecæ.
Qui ad extremũ fati peruenerit senex morieꝫ. Sunt aũt multiplices moriẽ/ Tẽpus uitæ
tiũ uiæ de quibus Seruius ad illud quarto Aeneidos. Vixi & quẽ dederat cur hominũ
sum fortuna peregi. Fortuna inquit. Nõ enĩ natura nec fatum. Tribus enĩ ui/
ta humana cõtineꝫ. Natura cui nõ ultra centũ & uinginti annos solares danꝫ
Fato cui nonaginta anni. i. tres Saturni cursus exitiũ creant: nisi aliarũ stella/
rũ benignitas: Tertiũ supaddat cursum. Et fortuna. i. casu: qui ad oĩa ptinet
quæ extrinsecus sunt ad ruinã: naufragia: cædes: & hmõi. Bene ergo fortuna
Sic Cicero in philippicis. Multa mihi imminere uidẽtur: præter naturã: præ/
terq; fatũ. i. gladii antonii &c. Hæc Seruius. ad quæ respõdet illud Virgilianũ
in eodẽ. Nam quia nec fato merita nec morte peribat. Sed misera ante diẽ
subitoq; accẽsa furore. Est ergo cẽtum annoꝝ tempus mediũ inter fati & na
turæ tempora. Quocirca quia ut dicit Cicero de somnio Scipionis: necesse
est ut uitæ nostræ terminũ expleamus expectãtes donec deus nos solueret:
uidẽtur quouis modo dei munus effugere qui aut ꝓpria manu: aut gula. aut
temeritate. aut negligẽtia legitimũ tempus præueniũt: quãobrem: centum
errant annos. Secundũ tñ sentẽtiam Virgilii. illi dumtaxat cẽtũ errãt annos
quoꝝ corpora insepulta sunt. Nã Didonis manes traductos inuenerat inœ
uiri elegantia ut nobiliora omnia attalica appellarentur. hinc dictum est illud in primo carmine. attalicis cõditionibus nunq̃ dimoueas. & Propertius. Nec sit in attalico mors mihi nixa toro. Quia ergo per eius aulæ luxuriem populus romanus hæres: corruptus est. ostendit (ut inquit Acron) romanos non iure factos attali hæredes: immo meo quidem iudicio. hoc dicit. se nolle abs quouis diuitias largas suscipere ne illis ad ignauiam & luxuriem auocetur. quam rem plenius in epistolis sic exequitur. Eutrapelus cuicunq; nocere uolebat uestimenta dabat preciosa. beatus enim iam. Cum pulchris tunicis sumet noua consilia & spes Dormiet in lucem scorto postponet honestum Officium: nummos alienos pascet: ad imum Thrax erit aut olitoris aget mercede caballum. Diuitiæ ergo molles ut attestatur Iuuenalis perditionis multoꝝ causa sunt: quocirca poeta qui se pauptatis amatorẽ ꝓfitetur

Regia

ait ego ignotus. i. externus hæres nõ occupaui qd tyrãnoꝝ est regiã attali. i. diuitias quæ in regia attali erant. Est aũt regia: idẽ quod regia domus quã græce aulã appellãt. nõ etenĩ appellatione aulæ sola atria ueniũt aut ambulacra illa quæ uulgo la sala dicit. sed tota domus regis. Pulcrũ aũt est ꝙ dicit regiã occupaui. alludit enĩ ad aulea quæ in eius aula primũ ut dixi repta sunt.

Occupo

Neq; uero uacat amaritudine ꝙ occupaui dicit. Occupamus enĩ res quas nobis ui quadã uẽdicamus. siue illæ desertæ siue ab alio possessæ fuerint. Vñ in sexto Aenei. Occupat æneas aditũ custode sepulto. Vult ergo dicere populũ Romanũ attalicas opes occupasse. quippe quæ ad populũ romanũ abs quo sancta pauptas colẽda fuit: nõ ptinebãt. Laconicas purpuras. Nã inquit Lãdinus. purpura piscis capit' etiã circa tænarũ Laconicæ regionis ꝓmõtoriũ ut est apud Plyniũ. Purpuras ergo laconicas. i. lanas tinctas purpura hoc ẽ purpurea firmata. Firmata aũt uestimẽta sunt ꝓlõga quæ trahũtur. Vñ & nomẽ eis græci dedere. Barbaricus ergo ille luxus iãpridẽ ciuitatẽ inuaserat ut etiã firmata sumerẽt quæ ne oneri essent/uel ut maior enitescat põpa trahebãtur de iis uestimẽtis ẽ primo sermonũ. Malthinus tunicis demissis ambulat &c. Etiã Ply. dicit romanos tantũ ab armis gerẽdis discessisse ut etiã uestes oneri sint. Vñ Iuue. Cũ tu multitia sumas Cretice. & hãc uestẽ populo mirãte pares. Vel reuera dicit quod Acron & Lãdinus uolũt. qui dicũt purpurã trahi. hoc est uel intexi. uel nendo in fila cõponi ꝑ clientũ honoratas mulieres. Iuxta quod est illud Iuuenalis. Vos lanã trahitis calathiscq; peracta refertis Vellera: uos tenui prægnantẽ stamine susum Penolope melius: melius torq̃tis arachne. Ordo ergo est. Nec honestæ. i. honoratæ & pulchræ clientes. i. clientũ meoꝝ uxores nõ trahũt mihi uel nõ carpunt aut præparant aut nent mihi

Honestum

purpuras laconicas. i. lanã laconica purpura imbutã. Honestũ & pulchrũ reciproce ponũtur. ut apud comicũ honesta facies. i. pulchra. & apud Virgi. Satus Hercule pulchro. i. honorato. nõ etenĩ a pulchritudine Hercules laudat'. Cicero aũt ut annotauit Lãdin? sæpe honestũ ꝑ eo quod ẽ honoratũ posuit. ut honestissimo eqte romano utor familiarissime &c. etenĩ ꝑ honesta. i. pulchra sũt ut plurimũ honorant'. Cliẽs relatiue dicit' ad aduocatũ. sicut liber tus ad patronũ. seru? ad dñm. filius ad ꝓem. Nõ est ergo cliens q nõ habeat aduocatũ: quẽ sibi in necessitudine aduocare posset. Neq; uiri ĩ clientela solũmodo erãt: sed & mulieres. ut in Eunucho de Thaide. Thais se pri cõmen

Cliens

dauit in clientelã & in fidẽ nobis dedit se. Clientes ergo inquit Acron famĩ liares uicinæ & clientum uxores quæ cum nobilibus togæ prætextæ fiunt ad spem magistratuũ gerẽdorũ purpuras carpẽtes iuuant matronas: dicit ergo poeta sibi hæc deesse. sed non dolere ꝓpterea. dũmodo quæ multo gratiora sunt adsint fides & ingeniũ. uñ inquit. At fides. & benigna uena ingeni ꝓ ingenii est mihi & diues aliarũ rerũ petit me pauperẽ. Nihil ergo supra hæc la/ cesso sollicito & impudẽter flagito deos: nec flagito amicũ potentẽ largiora Satis enĩ beatus sum unicis sabinis quos agros a Mœcenate dono acceperat ut dicemus. At particula optime ponit ubi ei quod diximus cõtrariũ anne/ ctimus. ut Factoq; hic fine quieuit. At regina graui iãdudũ saucia cura uul nus alit uenis. Itẽ Cætera ꝑ terras aĩ alia somnus habebat &c. At non infœlix ani/ mi phœnissa &c. At (ergo) q̃uis illa fortunæ ludicra bona nõ habeamus. fi/ des est nobis: quod bonũ ex uirtute partũ proprie nostrũ est. & benigna ue/ na ingenii: quæ naturæ sunt opes. Fides enim fundamẽtum iusticiæ est. iu/ stitia aũt pulcherrima uirtutũ. sed capitur uariis modis. aliquãdo enĩ est fide litas quædam faciundi quod inter nos dictũ est. & eam fundamẽtum iustitiæ appellat Cicero primo officiorum sic dicens. Fundamentum autem iusticiæ est fides: id est dictorum conuentorumq; constantia & ueritas. Ex quo quã q̃ hoc uidebitur fortasse cuipiam durius. tamen audeamus imitari stoicos qui studiose exquirunt unde uerba sint ducta: credamusq; quia fiat quod dictum est appellatam fidem. Hæc ille. Iustitia ergo sine fide esse non potest. Vnde Siluius italicus appellat fidem cõsortem iusticiæ. Dicitur etiam & soror eius Quoniam ut ait Plato Si iustitia erga deos colitur pietas uocatur: si in homi nes uiuos aut mortuos: uel in reddendis depositis pecuniis uel in sepulchris erigẽdis fides dicit. Lactãtius libro. iii. dicit. Iusticia quid est nisi pietas? Pie/ tas aũt nihil aliud est q̃ dei parentis agnitio. Fides (inquit Senica) Sanctissi mũ humani pectoris bonũ est: nulla necessitate ad fallẽdũ cogit: nullo corrũ pitur premio. Hercules apud Sillium libro. ii. his uerbis fidẽ alloquit. Ante Iouem genera ta decus diuũq; hominũq; Qua sine nõ tellus pacẽ nõ æquo/ ra norant Iustitiæ cõsors tacitũq; in pectore numẽ &c. de hac fide poeta no/ ster hic loquit. Quæ qa fundamẽtũ iustitiæ est apud Virgi. primo Aenei. ha bet partes legũ cõdẽdarũ ubi dicit. Cana fides & uesta remo cũ fre quirin? iu ra dabũt. Accipit etiam fides ꝓ certa credulitate: ut fides christiana: sine qua nemo saluus erit: quam nolim credulitatem uocare. nõ enim satis est crede/ re articulos fidei. immo oportet ut fidẽ habeamus: hoc est fideli & pio amo/ re ea quæ fidei sunt cõplectamur. Et quia in quo fides est facit quod dictũ cõ uẽtũq; est. accipit dare fidẽ ꝓ sancte ꝓmittere & accipere fidẽ. pro fidelitatẽ illã in faciẽdis rebus suscipere. Quicũq; ergo fidã amiciciam & societatem. siue ad bella gerenda: siue ad profectionem complendam. siue ad matrimo/ nium contrahendum ineunt. dare & accipere fidem dicuntur. Vnde Virgi/ lius Accipe daq; fidem. Et Salustius de Iugurtha & Boctho regibus data & accepta fides. habere autem fidem alicui. est existi mare illum eẽ fidum: hoc est credere & cõfidere illi. Sed hæc satis de fide. quæ qa nõ iniucũda nec ĩ gra/ ta cognitu sũt: uĩa oĩum q hæc legetis uenia ex diuersis ĩ unũ coegim?. In/ geni per apocopen pro ingenii qua figura Horatius frequentissime utitur

At

Fides

De ingenio satis abūde & diserte Landinus differit in hūc modum. Ingeniū aūt duplicē habet apud latinos notionē. Nōnunq̄ enī inferimus illud ad rō/nē & intellectū & dicimus eē uim q̄ uel doctiores uel minus docti eē ualemus hinc dicimus ī aliis eē acutū ingeniū. in aliis hebetius. Atq; huius ingenii du/plex eē pars: Altera q̄ acq̄rimus ea quæ hactenus nō tenebamus. Altera q̄ ac/quisita retinemus. Et illa qdē docilitas: hæc uero memoria appellaf. Nōnūq̄ ad uitā & ad mores ingeniū referf. Et dicimus malū ingenū fuisse ī Clodio. bonū in Milone. In quo loco uidef idē significare quod natura: sed hoc dif/fert: q; natura cōior est: ingeniū particulare. Itaq; nō recte diceremus. Noui ī geniū humani generis: sed noui naturā. Recte aūt ēsi dico Noui ingeniū uxo ris meæ. i. noui q; mores illi a sua particulari natura sint. Ergo cū dicat. Beni/gna uena ingeni. si intelligimus ingeniū in actionibus & uita morali: cōmen dat se a ꝓbitate: si referamus ad uim mētis cōmendat se a doctrina & eloquē

Vena tia. Rursus intelligamus uenas ꝓprie significare meatus illos: & ueluti fistu las ꝑ quas sanguis spirituſq; ad uarias corporis partes labuntur. dictas: quia ꝑ illas ueniat sanguis spirituſue. Sed etiā uenas dicimus meatus subterraneos: ꝑ quos aquæ manāt. Dicif præterea uena in saxis. Ouidius. Quæ modo uena fuit sub eodē noīe mansit. Dicif etiā in metallis. Iuuena. Accipimus tenue ar gentū uenæq; secūdæ. Postremo ꝑ quādā trāslationē dicimus in dicendo bo nā habere uenā eos ī quibus copiosior ornatiorq; stilus sit. Idē. At uatē egre

Benigna giū cui nō sit publica uena. Ergo benigna uena. i. liberalis abundāsq; uena ī dicēdo. Contra malignus sterilis erit. Virgi. Difficiles primū terræ collesq; maligni. Vel benigna uena quasi mitior & benefica in uita & moribus. Hæc Lādinus. quæ ut ad originē iterū referamus sine qua nemo satis sapit. Inge/niū dicif ab ingignēdo. uirtus erga illa quæ nobis insita est dū nascimur inge niū dicif hinc docilitas putaf. quia ingeniū dociles nos reddit. Et quia ut di/cit Propertius. Naturæ sequitur semina quisq; suæ. Dicimus ingeniū bonū: aliqñ ad mores referri. ut ī Andria de Pāphilo. bonū ingeniū narras adolescē tis. Si ergo hæc natura quæ unicuiq; insita est indoleuerit. i. cōcreuerit: iā in/doles dicif. Vena dicif a ueniendo. mutata tñ syllaba & ē qua qd suapte na tura fluit. unde qa carmina ꝓueniūt aīo deducta sereno & quodāmō fluere di cunf: dicimus & in carmine & in oīone hīe bonā uenā illos quoq; cōpositio mitis & fluēs est. Vñ inde arte poetica. Ego nec studiū sine diuite uena Nec

Pauper rude quid ꝓsit uideo ingeniū &c. Paupē diues &c. Paup dicif q; paulū ha/beat. Est aūt iocūde dictū diues pauperē petit. Quasi dicat eū qui hæc nō ha/bet tāetsi alia oīa quæ supra dicta sunt possideat diuitē tñ nō eē. Contra eum qui animi & naturæ bona possidet pauperem esse non posse. Contraria est illa hironia. In primo sermonū. ubi loquitur de diuite auaro: qui perpetuis curis cruciatur ut sua custodiat. Horū semper ego optarem pauperrimus esse bonorum. Ostendit ergo se propter fidem & ingeniū diuitibus acceptum eē & quod magnū est sua contentū sorte. Vnde est nil supra deos lacessō. Con trarium autē de aliis dicit primo sermone. Quid fit mecœnas ut nemo quam sibi sortem Seu ratio dederit seu sors obiecerit illa contentus uiuat. Car/pit autem importunitatem auari qui dum a deis diuitias efflagitat eos lacef/

Lacessō sit & quantum potest sæpe precādo aures eorum obtundit. Lacessere enim

est ad iram ꝓuocare per illatã iniuriã. Nec flagitio largiora amicũ potentẽ. i. Mœcenatẽ. abs quo cũ multa alia. tũ agrũ in sabinis dono accepat. de quo in sermonibus. Hoc erat in uotis modus agri non ita magnus. Hortus ubi & tecto uicinis iugis aquæ fons. Et paulũ siluæ super his foret. Auctius atq; Dii melius fecere. bene est. nihil amplius oro Maia nate. nisi ut ꝓpria hæc mihi munera faxis. Hũc aũt agrũ se a mœcenate suscepisse ipse in epistolis & aliis locis atteſtat. Satis ergo beatũ se dicit. hoc est satis largiter habere & contẽtũ esse. quã rem frequẽter præcipit ut primo sermonũ. Deniq; sit finis querẽdi: cũq; habeas plus pauptatẽ metuas minus/ & finire laborẽ. Incipias parto quod auebas. & in epistolis. Quod satis est cui cõtingit nihil amplius optet. Nõ domus & fũdus nõ æris aceruus & auri. Aegroto dñi deduxit corpe febres. Nõ aĩo curas. &c. Flagitamus aũt (ut hoc quoq; dicã) qñ cũ flagrãtia & flatu & uehemẽtia quid poscimus. quocirca dũ sibi satis esse dicat: aliorum ineptias amare taxat. Neq; arrogãtis est bñ de se sentire. quia ut in Virgilia/ na silua uidimus Vir bonus & sapiẽs dat palmã & ꝓmia rectis. Neq; iniuria quidem: quia ut dicit Cicero honos alit artes: omnesq; accendimur ad studia gloria. Verum pergendum est. Flagito

Truditur dies die
Nouæq; pergunt interire lunæ
Tu marmora secanda
Locas sub ipsum funus: & sepulchri
Immemor struis domos
Marisq; baiis obstrepentis urges
Summouere littora
Parum locuples continente ripa,
Quid: q; usq; proximos
Reuellis agri terminos & ultra
Limites clientium
Salis auarus: pellitur paternos
In sinu ferens deos
Et uxor & uir sordidosq; natos

Hactenus suã modestiã. poeta ostẽdit: nũc quasi satyrica acerbitate multorũ insolentẽ luxũ reprehẽdit. Ostenditq; eos & insipiẽtes & ĩmoderatos & iniustos: q nimio reꝯstrepitu pfrui uolũt. Insipientes quidẽ & incõsideratos qñ in ipõtẽpore qđ hic breuissimũ habem? ĩmemores sepulchri usq; in extremã diẽ alta ædificia erigũt. cum nulla certior tamen rapacis horci fine. destinata aula diutẽ maneat herũ &c. Immoderatos aũt docet: qñ pinde ac si terræ spatiũ non sufficere posset ædificiis locãdis maria ipa angustiora faciũt. & littora sũmouent. Iniustos uero & ĩpios ꝓbat: qñ ueteres colonos & eos quoꝯ aduocati eẽ deberẽt: præpotẽtes expellũt. cogũtq; migrantes patrios deos & miseros natos tãq; sarcinulas in sinũ colligere: q̃ res nimirũ impia. Truditᵉ dies die. Ordo ẽ. Dies supple præsens: truditᵉ. i. uiolẽter & repẽte transigitᵉ. die. i. p diẽ equẽtẽ. Noue lunæ pergũt festinant ꝓperãt incessanter interire deficere.

attamẽ tu locas ſub ipſũ funus. i. paulo ante obitũ marmora ſecãda. i. findẽ/
da & leuigãda & ímẽor ſepulchri ſtruís domos & urges. i. nimiũ inſtas fúmo
uere littora maris obſtrepẽtis obmurmurantis baiis iuxta baias utpote parũ
locuples terra cõtinẽte: niſi etiã intra maria ædifices & ut ĩqt Acrõ. Niſi etiã
alienũ ĩuadas elemẽtũ. Quid illud ſupplenõne uel maxíe deteſtabile. q̃ tu
reuellis reuellẽdo trãſis uſq; ꝓximos termíos agris. & tu auarus ſolis pcurris
Truditur relictis terminis. ultra limites cliẽtiũ tuoꝝ. Et uxor & uir ferens in ſinu pr̃nos
deos & ſordidos ĩcultos natos pellit abs te. Trudere ẽ uiolẽter impellere.
Trudit ergo diẽ dies. hoc ẽ inceſſanter & ſine intermiſſiõe tẽpus nr̃m cõſu/
mit. Et ne (inqt Acrõ) parũ eẽt q̃ dixerat. diem die excludi. addidit integri
Pergunt mẽſes trãſiliũt. Nã ꝑ nouas lunas recurſus mẽſiũ intelligimus. Pergere. ui/
det cõpoſitũ a per & rego. nã habet in p̃terito perrexi in ſupino perrectũ Per
aũt in cõpoſitiõe ſignificat ſæpe pfectionẽ & cõplemẽtũ ut pficere perferre:
pfecte facere pfecte ferre. Pergere ẽ rẽ quã incepimus ad finem uſq; regere:
unde fit ut quotiẽs qs iter inſtituit dicamuſ perge. i. perfice iter tuũ. ut primo
Aenei. Perge mõ & qua te ducit uia dirige greſſũ. Inde etiam fit ut quotiẽs
Locas orationem quam inſtituimus dicere. & alio digreſſi ſumus dicamur perge/
re quãdo ad inſtitum redimus: Lunæ ergo pergunt ideſt ſine intermiſſione
feſtinant interire. Locare dicimus aliq̃ reponere: alíquãdo pro precio ha/
bendo locum habitandum tradere cui correſpondet conducere. Aliquan/
do e diuerſo ſignificat rem alicui tradere ut ipſam pro mercede quam illi ꝓ/
mittimus preparet. ut hic tu locas marmora ſecunda. Ecõtrario opariusipſe
Sectio mar/ operam ſuã mihi locat. & ego eam cõduco. Tu locas ergo. i. tradis marmo/
moris rariis marmora ſecanda. i. ut ſecent & poliant. Secãtur aũt reuera ipſa mar
mora in ſubtiliores tabulas ſerris nõ dentatis iniecta aqua & herena. Sed iter
oñes harenas æthiopica inſecãdo marmore Romæ laudabat teſte Plinio
Pertinet aũt maxime ad luxũ marmora ſecãda locare. Nã ædificare ex ſoli/
do marmore magnanimi eſt. ut ſexto Aenei. Tũ phœbo & triuiæ ſolido de
Funus marmore Tẽpla cõſtituã. Sub ipſum funus. i. paulo ante diẽ funeris. Funus
Eunalia aũt ꝓpríe ſignificat pompã illã exequialẽ. Nã a funalibus. i. a cæreis candelis
quæ tũc comburunt ducit. Funalia aũt dicunt a funibus qui intra cærã ſũt
ut autor eſt Seruius. ſuper illud primi Aenei. & noctẽ flãmis funalia uincunt
Vſi aũt ſunt in funere funalibus: qm̃ nõ niſi noctu ducebant ad ſepulturã uel
uſtrinã cadauera. quia ut idẽ dicit in principio qnti in cõſuetudine erat q̃ ca/
Obſtrepo dauera per diẽ nõ urerent. Maris obſtrepẽtis. Hoc eſt ſtrepitũ contra littora
impetu ſum faciẽtis. unde mirabilis hominũ temeritas qui contra naturæ
uiolentiã moliũt fundamẽta iacere. quia ut in de arte poetica dicit mortalia
facta periẽbũt. ut pulchre declarat. ibi ad hoc propoſitum de uiolentia maris
etiam regias moles ſternentis. de hac temeritate dicit Saluſtius. Nam quid
ergo illa cõmemorẽ quæ niſi illis qui uidere nemini credibilia ſunt: a priua/
tis compluribus ſubuerſos eſſe montes: & maria conſtrata. Et alibi. illis diui/
tias ſuperare quas profundant in extruendo mari & montibus coæquandis.
Obſtrepit ergo mare quaſi obmurmurãs & indignabũdũ q̃ anguſtioribꝰ
Baiæ alueis includatur. Baiæ autẽ ſunt in littore campano hinc miſeno monte.
illinc puteolis clauſæ. ſic dictæ a baio ulixis ſocio illic ſepulto. unde Sillius

Italicus. Sedes itachenſi a baii. Sũt tamen qui omnes portus baias dici credant a baiulando. ideſt portando. Eſt autẽ ſinus baianus omniũ amœniſſimus. Vnde Iuuenalis ſatyra tertia. Ianua baiarũ eſt & gratum littus amœni Seceſſus &c. Huc ergo plurimi migrabãt Contra inſolentiã quorũ eſt illud poetæ noſtri in prima epiſtola. Nullus in orbe ſinus baiis prælucet amœnis Si dixit diues: lacus & mare ſentit amorem feſtinantis heri &c. Sentit inquit Acron amorem. Quia ſupra mare & lacus conſtituunt ædificia Seneca epiſtolarũ libro ſeptimo & epiſtola. lii. Vbi amœnas ciuitates uitãdas rationibus & exemplis docet. multa de baiis. diſputat dicitq; Contenti ſumus baiis. quas poſtero die q̃ attigeram reliqui locum ob hoc deuitandũ: cum habeat quaſdam naturales dotes. quia illũ ſibi celebrandũ luxuria ſumpſit. & paulo poſt. Baias quæ diuerſorium uitiorum eſſe cæperũt & cetera. Vrges ſummouere littora ideſt nimium inſtas ut fabri ſubmoueãt. ideſt a locis prioribus moueant littora & penitiora faciant. Submouere enim eſt latẽter moUbmouere
uere a loco. Vnde Iuuenalis. Nam cum facilem ſtillauit in aurem. Exiguum de naturæ patriæq; ueneno Limine ſummoueor. Continente ripa. Rípa Ripa
(inquit Landinus & alii quãplurimi) fluuiorum eſt. ſed poſuit pro littore Contínens
continente. ideſt quod in continente poſitum eſt. Appellamus enim (inquit) continẽtem terram. quæ neq; inſula: neq; iſthmos ſit ut eſt Italia. Inſula
ſulam uero quæ undiq; ſit mari circundata ut Sicilia. Sardinia & huiuſmodi ad quas accedere niſi per mare non poſſumus. Iſthmos autem: ita mari cingitur ut tamen in aliqua parte cõtinenti iungatur. Hæc ille. Senſus ergo me iudice eſt parum locuples tibi uidereris continente ripa ideſt ſi ripa te contineret: neq; ultra progrediaris. Quid: uſitatiſſimum eſt poni per reticentiam & ſubaudiri: de illo cenſes uel quid huiuſmodi. Vſq; ſi mihi fidem habes. expones pro ſemper uel continue. Vt ibi. Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat uſq; morari. Reuellis ergo ideſt a ſede ſua uellis. ut eſt in quarto Aeneidos. Nec patris anchiſæ cineres manesue reuelli. Sane ut ibi Seruius dicit. uello habet in preterito non uulſi. Dicimus tamen in preteriIſthmos
to paſſiuo cõuulſus & reuulſus ſum. Proximos terminos agri reuellis. hoc eſt lapides quo terminantur agri auellis & alio loco reponis. Deinde ubi libido inuaſit ampliandi ædificii reuellis hoc eſt iterũ uellis. & hoc uſq;. ideſt continuo. quia dicitur primo ſermone. Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat. Vnde ſecundo ſermonum ponit uota auari ſic optantis. O ſi angulus iſte. Proximus accedat qui nunc denormat agellum. Per terminos ergo intelliges palos ſeu lapides dirimentes & terminantes agros qui: quia per tranſuerſum calcantur ab intrantibus dicuntur limites. Limus enim dicitur trãuerſus. ut in Plinii naturali hiſtoria. Leones limis nõ intuũtur oculis aſpiciq; ſimili modo nolunt. Et in eunucho. Ego limis aſpecto per flabellum. ubi donatus. Limus eſt tranſuerſus. unde limẽ dicitur q̃ ingrediẽtibus exeuntibuſq; tranſuerſũ ſit. Pari ratione dicit limes in trãſuerſo duorũ agrorũ. de quo eſt illud. xii. Aenei. Saxũ circũſpicit ingẽs Saxũ antiquũ ingens campo qui forte iacebat Limes agro poſitus litẽ ut diſcerneret aruis. Salis uerbũ eſt. habẽs in preterito ſalii ſalui ſalui. ſaltũ in ſupino. in cõpoſitis tñ Salis

mutat aĩ u.ut exilio exilui exultũ inde exultor &c. Nõ dices auarus ſalis.i. cupidus maris qa uerſus non patereť limites cliẽtiũ quos defendere deberes.

Ordo obſeruandorum

Vnde au.gel.li.v.cap̃.xiii. Cõſtat inqt facile ex moribꝰ populi Ro. primũ iuxta parẽtes locũ tenere pupillos debere fidei tutelæq; nĩæ creditos: Secũdũ eos ꝓximũ locũ cliẽtes hr̃e: q ſeſe itidẽq; ĩ fidẽ pr̃ociniũq; nr̃m dederũt. Tũ in tertio loco eẽ hoſpites: poſtea eẽ cognatos affineſq; huiꝰ moris obſeruationis multa ſũt teſtimõia &c. Hic nõ tacebo mirũ artificiũ poetæ q tã exacte diuitẽ odio. & paupẽ cõmiſeratiõe ꝓſequť. Dives enĩ moribũdus & capularis luxurioſa ædificia extruit nõ cõtẽtus lapidibꝰ ſuæ pr̃iæ: ſed exſectis marmoribus lõge multoꝝ ſudore q̃ſitis neq; ea qdẽ ĩ fũdo ſuo. ſed ptim ĩ cliẽtiũ: ptim etiã in alteriꝰ eleméti ſolo locat cũ ſũma ĩiuria paupũ quos ui expellit. Paup ſua ſorte cõtẽtus a diuite expellitť: ſed ne tũc qdẽ cũ migrãdũ ẽ religiõiſ ĩ deũ aut pietatis ĩ ſuos ĩmẽor. ĩmo pr̃nos parẽteſ. i. lares & deos penates fugitabũdus ĩ ſinũ utpote ĩ cariſſimũ receptaculũ cõdit. quos diues ĩmaniter effugat natoſq; ſordidos ille alienis opibꝰ ſplẽdẽs cũ parẽtibus miſeris pellit: qs itaq; paupẽ relicta ſupellectile meliuſcula: cũ fictilibus (ut ueriſimile ẽ) penatibꝰ & ſordidis hoc ẽ icultis & pãnoſis filiolis. ex ſuis agris uiolẽť a diuite ut luxuriosa erigat palatia expulſũ: fugitãtẽ uideret: nec eius miſereať: diuitiſq; odio ex cãdeſcat. Moris ãt ẽ præſertĩ materni: ut quotiẽs fugiãt natos ĩ ſinũ colligãt unde in. vii. Aenei. Et trepidæ matres p̃ſſere ad pectora natos. Hoc ergo artificio paupertatẽ poeta cõmendat. ſimilẽq; locũ omnino hic habet qualẽ Virgi. in fine ſecũdi Georg. Vbi ſic ait de diuitibus poſtq̃ agricolarũ paupertatẽ cõmendauit. Sollicitãt alii remis freta cæca: ruũtq; in ferrũ: penetrãt aulas & limĩa regũ. hic petít excidiis urbem miſeroſq; penates. Vt gẽma bibat & ſarrano dormiat oſtro. Cõdit opes alius defoſſoq; incubat auro & paulo poſt agricola incuruo terrã dimouit aratro. Hinc anni labor. hinc patriã paruoſq; nepores/ Suſtinet. hinc arméta boũ meritoſq; iuuẽcos &c.

Nulla certior tamẽ. hic exp̃ſſe oſtendit fragilẽ mũdi ſupellecti/lẽ ſtultoſq; eſſe q eam auidius colligũt. Oſtẽditq; potiorẽ eẽ pauperis cõditionẽ q̃ diuitis. Diues enĩ ubi ex hiſ bre uibus delitiis tollitť ĩ tenebras deꝰtruditť pauper ad moriẽdo ab oĩbꝰ pœnis liberatur. Neq; id ítelligas

Nulla certior tamen
Rapacis horci fine deſtinata
Aula diuitem maner
Herum: quid ultra tendis: æqua tellus
Pauperi recluditur
Regumq; pueris: nec ſatelles horci
Callidum promethea
Reuexit auro captus: hic ſuperbum
Tantalum atq; tantali
Genus coercet: hic leuare functum
Pauperem laboribus
Vocatus arq; non uocatus audit.

ut in principio dixi. de illis qui turpiter ſua abſumpſerint aut honeſte parare diuitias neglexerint qm̃ & illi a beatorũ campis extorres ſunt. corũ enĩ ſedes ſi Virgilio credimus in ueſtibulo inferorũ eſt. unde ait in ſexto. Veſtibulum ante ipſũ primiſq; in faucibus orci Luctuſ & ultrices poſuere cubilia curæ Pallenteſq; habitãt morbi triſtiſq; ſenectus Et metus & male ſuada fames ac turpis egeſtas &c. Turpẽ aũt egeſtatẽ uocat ut opinor. quã iuitis animis ꝓpter ignauiã patimur. aut pluxuriã aut gulã ĩcurrim?. Intelligemus ergo de eiuſmõi paupibus cniuſmõi poeta nĩ q mediocritate ſua cõtentus nõ plura deſiderat. hoc eſt ut ad noſtrã religionẽ aliqñ reſpiciã: quos euãgeliũ pauperes ſpũ uocat. Ordo eſt. Tamẽ: q̃uis ſubaudi tam uiolenter ꝓperas alta regna extruere. nulla aula manet. i. certa expectat díuitẽ herũ fine deſtinata. i. q̃ finis deſtinata rapacis horci. i. plutoniſ Quid igit̃ tendis ultra. i. ꝓgrorederis ultra indigentiã: æqua tellus. i. æquale ſepulchrũ recludit̃. i. aperit̃ pauperi. & pueris regũ. Nec ſatelles horci. i. charon captus auro reuexit ꝓmethea callidum quia hic coercet a reditu ſcilicet ſupbũ tantalũ & genus. i. ꝓgeniẽ tantali. ut pelopem. Hic ſatelles. i. charon audit leuare. i. liberare laboribus pauperem functũ. i. defunctũ laboribus uocatus a paupere atq; non uocatus. hoc eſt ſiue pauperẽ miſeriarũ perteſum libido moriẽdi cepit. ſiue uitæ auiditas adhuc tenet. Horcus etiã pluto dicit̃. ſed quia hoc nomen diuitẽ ſonat ne forte ſe diues ad diuitias trãſiturũ putet maluit horcũ dicere. Rapacis aũt eſt aſſidue rapientis oẽs enim rapit. Tamẽ. anacoluthon eſt quia nõ præceſſit. q̃uis &c. Nulla certior. quia dicunt philoſophi ſepulchrũ ꝓprie appellari ſedẽ in qua primã requiẽ capimus. Vnde ĩ ſexto de ſepeliẽdo Miſeno. ſedibus hũc refer ante ſuis. Et in prĩcipio ſeptimi. Tu quoq; littoribus nr̃is æneia nutrix. Aeternum moriẽs nomen caieta dediſti. Et nũc ſeruat honos ſedem tuus. Aula ut dixi regia eſt. Recludi. ut ſupra docuimus eſt aperiri: cõtrariũ eius quod eſt claudi. Recludit̃ paupi hic pauperẽ præponit: quippe cuius in morte potior eſt cõditio. Nã diues dolore conficit̃ q; diuitias & mollicie linquat. Pauper exultare poteſt q; e miſeriis ad læta trãſiet. Regũq; pueris. Regũ. i. diuitum. quicũq; enĩ regit rex dicit̃. unde in cõuiuiis patrẽfamilias regẽ appellãt. Nec mirũ quãdo & tuguriũ ruſticus regna appellat ut ĩ buc. Poſt aliquot mea regna uidẽs mirabor ariſtas. uel intelligamus de ipſis pueris regũ. Dicit notanter pueris regũ: ne diuites ſperẽt longiorẽ uitam. Satelles ꝓprie is dicit̃ qui ad alterius ſeruitiũ & obſequm præſto ſtat. intelligit charonta de quo ſatis dictũ eſt. quod aũt ipſũ & nõ cerberũ intelligat. ĩdicat uerbũ reuexit. Eſt enĩ charon portitor quĩ uehit & nõ reuehit. Callidũ promethea. Prometheus filius fuit Iapeti regis theſſaliæ ex Aſia puella a qua tertia orbis pars Aſia nominata eſt. Hũc dicũt auxilio mineruæ cælũ aſcendiſſe: & ferula ad currũ ſolis appoſita ignẽ ſurripuiſſe. & in terras detulliſſe. Et ſimul achrũ qđ ex limo finxerat illo animaſſe hinc Ouidius de terra loquẽs Quã ſatus Iapeto mixtã fluuialibus undis finxit in effigiẽ moderãtũ cuncta deorũ. Volũt autem nõ nulli homini ſic formato Pandorã nomen fuiſſe. At heſiodus aĩt Pandorã fuiſſe nomen puellæ quæ deorũ dona portauit: de qua paulo infra. Irati igitur dei propter huiuſcemodi furtum Prometheum per Mercuriũ in caucaſo monte ut eius iecur ab aquila ſiue uulture corroderet̃ deligandũ curarunt.

Horcus

Sedes certa

Rex

Satelles

Prometheuſ

Hoc fabulæ. Ex historia aũt referunt hunc relicto fratri Epimetheo regno: in assyriã abiisse caldeorũq; disciplinã didicisse: sed post hæc in caucasi uertice diu moratũ q̃ propter liberũ cæli prospectũ astrorũ cursus obseruare potuit. Et cum fulminũ rerũq; plurimarũ naturam causasq; cognouisset. ad assyrios reuersus illos astrologiã. fulminũ uim docuit: & quos omnino ignorabant ciuilibus moribus instituit. Quæ res occasionẽ fabulæ præbuit. ut homine ex luto compositũ uiuificauerit. Nec aliud sibi uult q̃ iecur eius absq; la coroderet: nisi ut notẽtur diuturnæ curæ circa res altas cõtemplandas Vir omnino insignis ab Augustino habet' uixitq; regnante argo. Lactantius scribit ipsum primũ e terra humanũ simulachrũ finxisse. Plinius. primũ exsilice igne excudisse. & ferula seruandũ docuisse. Addũt præterea deos pandoram cũ uase misisse in quo inclusi essent oẽs morbi. sed illud prometheus fraudẽ præuidẽs nõ recepit. Subdola aũt puella iterum absente Prometheo rediit: fratriq; epimetheo obtulit: Accepit stultus aperuitq;. unde oẽs statim morbi euolarũt: præter spem quæ fundo uasis adhæsit. Quod iccirco fingit': qa nullum quãuis in extrema miseria cõstitutus sit: deserit spes. Longaq; inter doctos disputatio fuit. utrum mali plus an boni mortalibus spes afferat. uñ illi nomẽ Epimetheus. i. cui cõsiliũ nõ nisi post rem fuerit. Nã prometheus eũ significat qui ante rem bene cõsulere possit. Hæc landinus. Seruius ad illud bucolicũ. Caucaseasq; refert uolucres/ furtũq; ꝓmethei. Prometheus inq̃t post factos a se hoĩes auxilio mineruæ ascẽdit cælũ & ignẽ ferula de rotaso lis surripuit quẽ hoĩbus indicauit Quapropter irati dei duo mala immisert terris febres & morbos. Teste sappho & hesiodo. hinc Horatius post ignem ætherea domo subductum: Macies & noua febriũ incubuit cohors. Prometheũ autẽ per Mercuriũ in caucaso mõte religatum ad saxũ adhibita aquila: quæ eius cor exederet: significat q̃ uir prudentissimus fuit. Vnde dicit' Prometheus ἀπὸ τῆς προμηθιας. idst a prouidẽtia. Hic primus assyris astrologiam indicauit quã residẽs in Caucaso nimia cura inuestigauerat: qui mons uicinus cælo maiora astra demonstrat: clariusq; ortus eorum & occasus indicat. De aquila dicit' quoniam ἀχὸς. idest sollicitudo illius cognitiõis cor eius rodebat. Per mercuriũ in eũ ductus dicit': quia prudentiæ & rõnis deus est mercurius: Deprehendit rationẽ fulminũ & hominibus indicauit. unde ignem cælestẽ furatus dicitur. Hæc ille. Ex quibus oĩbus patet. quare poeta. Hic enim callidũ uocet: tum quia astrologiã calluit. tum quia pandoræ fraudes præcognouit: tum quia æthereũ ignẽ callide surripuit. Quãuis ergo callidus: nõ tamẽ inferos deos decipiet sicut superis imposuisse fert'. Similiter & Tantalũ coercet qui idem Ioui dare uerba conatus est. Erat aũt filius Ioues secũdũ Eusebiũ: phrigumq; rex: qui Erichtheo athenis regnãte ex taige filiũ pelopem genuit. Et cũ deos cõuiuas accepturus esset ob auariciã pelopem epulandũ dicit. Nullus aũt præter Cererem ex eo gustauit. Illa uero humerũ exedit. Sed dei eburnũ ei restituerũt: & p Mercuriũ eius animã ab inferis reuocauerũt. unde Virgilius humeroq; pelops insignis eburno A pelope Peloponessũ nobilissimã insulã dictã uolũt. Ex pelope autẽ & hippodamia uxore nati sũt Atreus & Thyestes: q alternis ãnis ĩ peloponesso regnãtes ĩ maximas discordias ĩciderũt: opãte id mercurio secũdũ lactãtiũ ut cædẽ Myr/

Epimetheus

Tantalus & Tãtali gen'

toli filii a pelope in mare deiecti ulciscerẽt. Erat præterea Atreo aries aureo uellere insignis: quẽ cupiẽs Thyestes ratus ẽ se p cõcubitũ meropis uel ut alii dicũt Europes atrei uxoris cõseq posse. itaq; ex illa tres filios genuit: quos de inde pri regnescio atreus epulãdos dedit. Quo tpe solẽ ne tale aspiceret facinus i oriẽte rediisse dicũt. quod fingit qa eclipsim ea tẽpestate factã & ãtea ignoratã demõstrauit. hæc lãdin⁹. ex atreo gẽiti purãt agamẽnõ & menelaus sæpe a Virg. Atridæ uocati. nobiliores ppt troianũ bellũ q̃ de qb⁹ nũc dicẽdũ eẽt. Est ergo egregiũ gen⁹ tãtali. quocirca de ipi⁹ & pelopis familia horatius se dicere n audere, fiteť dicẽs. nec sæuã pelopis domũ conamur tenues grãdia dũ pudor ibellisq; lyræ musa potẽs uetat. quis tñ nobiles & uafri. nã tãtalus ioui ponere conabať. & pelops hippodamiã dolo supauit. Myrtolũq; ei⁹ aurigã i mare p̃cipitẽ fatis dolose dedit. erat. n. hippodamia enomai regis archadiæ filia: i cululi certamie potẽtissima cui⁹ auriga Myrtol⁹ mercurii filius fuit. quẽ pelos/ cũ hippodamia certatur⁹ ea lege ut si uict⁹ or euaderet ea cõiuge potiret. sin uict⁹ mortis suppliciũ subiret: coi rupit pollicitãdo ipi primã noctẽ puellæ: is itaq; cõditione acccepit. & cæreũ axẽ i curru dñæ subtituit: q frequnti motu calefact⁹ resolut⁹ ẽ: puellaq; doli nescia: supata pelopi nupsit. At myrtol⁹ dũ p̃missã noctẽ expeteret: a pelope i mare p̃cipitatus illi nomẽ dedit. hac ãt astutia nihil poterũt apud iferos efficere. Nã tãtalus ea lege apud iferos dãnat⁹ dr ut i Eridano iferor⁹ stãs: nec undis pñtib⁹ nec uicinis eis pomariis pfruať: p hoc ãt iqt Serui⁹ auaricia significať. uñ etiã horati⁹ ad auarũ primo sermõe Tãtalus a labris sitiẽs fugiẽtia captat flumia qd rides mutato noie de te fabula narrať: cõgestis undiq; saccis indormis inhiãs & tãq̃ pcere sacris Cogeris: aut pictis tãq̃ gaudere tabellis. De huius pœnis sic Virg. in vi. Lucẽt genialibus altis aurea fulcra toris: epulæq; añ ora paratæ Regifico luxu furiarũ maxia: iuxta Accubat: & mãibus, phibet cõtingere mẽsas. Exurgitq; facẽ attollẽs atq; intonat ore. Sunt qui ad legẽ talionis hæc referãt. dicãtq; uirũ perdita gula fuisse. usq; adeo ut rem filio debitã hæreditario iure i lauticiis absumeret. quocirca filiũ parasse dr: & famem sitimq; nunc perpeti.

Hippodomia

Q. H. Flacci Carmen endecasyllabũ sapphicũ ad licinium quo mediocrẽ statum laudat. ex lib. ii.

r Ectius uiues Licini neq; altum
Semper urgendo: neq; dum procellas
Cautus horrescis nimium premendo
Littus iniquum
Auream quisquis mediocritatem
Diligit tutus caret obsoleti
Sordibus tecti; caret inuidenda
Sobrius aula

r ECTIus uiues &c. Metrũ sapphicũ endecasyllabũ tribus uersibus: quod cõstat trocheo: spõdeo dactylo & duobus trocheis. licet ultimo loco ptrocheo spondeus ponať scanditur primus sic Rectitrocheus. us ui. spõde⁹ ues

Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus: & celsæ grauiore casu
Decidunt turres: feriuntq; summos
Fulgura montes
Sperat infestis: metuit secundis:
Alteram sortem bene præparatum
Pectus: informes hyemes reducit
Iuppiter idem
Submouet. nec si male nunc & olim
Sic erit quondam: cythara tacentem
Suscitat musam: neq; semper arcum
Tendit Apollo:
Rebus angustis animosus: atq;
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes uento nimium secundo
Turgida uela

lici. Dactylus ni ne. troche⁹: qual tum per collisio nem. trocheus. Quartus est ado nius dimeter ex dactylo & spon/deo. sic. Litt⁹ in dactyl⁹. iquũ tro cheus ꝑ spõdeo finalitatis gr̃a. di cũt primi ende/casyllabi ꝑpt̃ un decim syllabas. sapphici a sapho puella mascula. iuẽtrice Quart⁹ ab inuẽtore ado nius dicit̃. Ft qa dactylo & spon/deo cõstat q pe/des stabiles sunt & quattuor tem porũ. dimiter dicit̃. í. duarũ mẽsurarñ. quia singuli pedes mensuram facium Scribit ad liciniũ murenã uel secũdũ porph. ad liciniũ ualgiũ laudãs medio critatẽ facili admodũ stilo. quocirca præter Acronẽ pauca subiicienda mih uidebant̃. inquit ergo sic. ACRON. Rectius uiues. Ad liciniũ scribit m nens periculosũ esse magna tentare: nec rursum si pericula timeant̃ inter a gustias humilẽ uitã sordide cõtinendã: & per allegoriã nauigantium medio critatẽ suadet esse sequendã. Ordo est licini dũ cautus horrestis procellas re ctius uiues: neq; semp urgẽdo altũ: neq; nimiũ premẽdo iniquũ littus. i. nau gãtibus periculosum. Aurea beatam Virgilius Aurea quæ perhibent illo sub rege fuerũt sæcula. Obsoleti squallidi sordidi/Caret inuidẽda sobrius a la. Inuidia mediocritatẽ carere dicit. ex magnis ædibus quæ solẽt obrui inu dia. Sæpius uentis Metaphora ab arboribus & ædificiis: tãq̃ maiora & inal to pcsita periculis subiacere semp & casibus Iuuena. Numerosa parabat. Ex celsæ turris tabulata: unde altior esset casus & impulsæ præceps immane ru

Acrocerau/nia

næ. Feriũtq; sũmos fulgura montes acroceraunia dicit quibus a frequenti fulmine nomen est datũ. Alterã sortem. fortunã bonã aut malã. Bene præ/paratũ. instructũ ingenio & forti doctrina fortunatũ. Præpatũ ad tẽperãdã fœlicitatẽ: & aduersitatẽ tenendã. Informes hyemes. turbidas assiduis im/bribus. Sũmouet. dat diuinitatis exemplũ per ímutationes temporum: pet quæ sperare in aduersis & semp fortes esse debeamus. Nõ si malũ nunc & oli sic erit. Generalis sententia nõ semp eandẽ manere fortunam: sic Virgilius. Nunc olim quocũq; dabũt se tẽpore uires. Et olim ꝑ futuro tẽpore posuit.

ut Hunc tu olim cælo ſpoliis orientis honuſtũ Accipies. Neq; ſemp arcum tendit Apollo. Aliud numinis poſuit exẽplũ: quo eũ dicat non ſemp bellorũ triſtibus occupari: ſed miſcere dulcia cantilenæ. Idẽ quiſq; es. Cõtrahes. ſup/primes. metaphora a nauigantibus. Nam ſicut de incerto pelagi nautis: ita ſapienti. nec in aduerſis deſperandũ: nec cõfidendũ ſuadet in ꝓſperis: fortis appare. obtempera. Hæc acron.

Ectius uiues. ordinabis ut Acron. uel ſic. O licini tu uiues rectius ſa/
r tis recte & beate neq; urgẽdo ſemp altũ. hoc eſt ſi neq; ſemp altum
i. profundum urges. neq; premendo iniquũ littus. i. ſi nõ premis ni/
miũ littus iniquũ dũ tu cautus horreſcis nimiũ procellas. hoc eſt tu
uiues recte ſi neq; alta nimis. neq; nimium humilia petens auream medio/
critatem ſeruas. Vtitur autẽ metaphora a nauigatione. Metaphora aũt lati/ Metaphora
ne dicit̃ tranſlatio. qua honeſte tribus de cauſis utimur: aut deficiente ꝓprio
uocabulo. aut ad tegendã rem impudicã. aut ad alliciẽdos quadã raritate ſermonis audiẽtiũ aĩos. Primi ut quia uocabulũ nõ habemus quo illos nodos qui e iũcturis palmitũ exeunt quos etiã groſſos uocant. ſignificemus. honeſte Virgilius gemmas appellauit ad ſimilitudinẽ gẽmarũ in digitis hominũ pendẽtiũ. Secũdi ut quia turpe eẽt rem uenereã & uenerea mẽbra apte eloqui. Virgilius de equarũ coitu ſic loquit̃. Atq; ubi cõcubitus primos iam nota uoluptas Sollicitat: frondeſq; negãt & fontibus arcẽt Sæpe etiã curſu quatiunt ut ſole fatigant. & paulo poſt. Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior uſus Sit genitali aruo & ſulcos oblimet inertes. Genitali aruo dixit ꝓ folliculo illo muliebri in quod ſemen cõcipiũt & inertes ſulcos dixit ꝓ matriculæ cellis
In tertio aũt Horatiꝰ noſter omniũ fœliciſſime auſus eſt uariis uti figuris & trãſlationibus. Hoc eteni pacto in de arte poetica. Præceptiones collegit: ut legẽti plus amœnitatis q̃ laboris afferre uideatur. ut ſtatim in principio a pictoribus ſumpſit metaphorã dicẽs. humano capiti &c. Sic hoc loco dũ mediocritatẽ dicere uult trãſlatiõe utit̃ a nauigãtibus quibꝰ media uia tutiſſima eſt. Nec abre. qm̃ uita nr̃a maris ſimillima eſt. Nũc placida: nunc turbulẽta: nũc aduerſis agitata: nũc lætis amœna: nunc mediocribus ſedata. Hoc enĩ conſiderandũ eſt uolentibus ꝓ metaphorã loqui. ut trãſlatio non ſit obſcura nec a natura eius rei ad quã trãſferimus adhorrens. Faciendũq; eſt ut in ipſa tranſlatione perſtent. ne mixtis ꝓpriis uerbis cũ tranſlatitiis monſtrũ edant. quale eſſet ſi dixeris Amici nõ fidi ut irũdines prima hyeme abeunt. Diceres enĩ auolant quod irũdinũ eſt. Altũ accipimus ꝓ medio mari. ubi phiſica ratio/ Altum
ne ꝓfundiſſimũ qm̃ ſphæricũ. utĩ pricipio Aenei. Multũ ille & terris iactat̃ & alto. Vnũ aũt important altũ & profundũ. Nã cælum altũ dicimus & itidẽ ꝓfundũ: ſimiliter mare altũ & ꝓfundum. dicit̃ enĩ altum quaſi elatũ & ſublime. profundũ uero quod ꝓcul a fũdo. ſed quod a fũdo ꝓcul: id altum eſt. ubi ergo ſupficies aquæ ꝓfunda. i. ꝓcul a fũdo ẽ. ibi & alta dicit̃. Procella dicit̃ Procella
a ꝓcellẽdo hoc eſt a ꝓpellẽdo ꝓpellit̃ enĩ a uentis: & idẽtidẽ nauẽ ꝓpellit. Eſt aũt globꝰ aquæ uẽtis cõmixtꝰ. Plynii aũt uerba ſũt eẽ uẽtos repẽtinos exhalãte terra editos quagi ruẽtes torrẽtiũ more tonitrua & fulgura edant: maioriq; illati põdere & curſu ſiccã rapiũt nubẽ ꝓcellã gignũt. Quod uero ꝓcellã nauẽ ꝓcellat & feriat indicat hoc primo Aenei. Talia iactãti ſtudẽs aglone

Cautus

ꝓcella. Velũ aduerſa ferit: fluctuſq; ad ſydera tollit. Cautus ut inquit Valla actiuã habet ſignificationẽ. Eſt enĩ qui ſcit cauere. Neq; oĩno durũ tñ eſſet ſi cautũ dixeris quẽ ꝓpter calliditatẽ & aſtutiã hoĩes cauẽt atq; ita ab aliis cauetur: dũ illos ſibi cauet.

Horreſco

Horreſcis ꝓprie hic ponit. Eſt enĩ horreſco horridus fio. Horridus aũt dicit' quel attonitus uel frigidulus mẽbra cõcutit tremebũdus. ſed nauigãtes dũ ĩn periculo ſunt frigore & timore horreſcũt. Vt primo

Iniquum

Aenei. Ex tẽplo Aeneæ. ſoluunt' frigore mẽbra. Iniquũ quoq; pulchre ponit'. Eſt enĩ iniquũ quod nõ eſt æquũ: qñ ergo nauis alta eſt: & aqua depreſſa

Littus

littus ipſum iniquũ eſt. i. inæquale. atq; ita illidit' ad ſcopulos. Simile eſt illud in de arte poetica. Serpit humi tutus nimiũ timiduſq; ꝓcellæ. Littus quãuis ponat' ꝓ terra mari uicina. ut Cui littus arãdũ Cuiq; loci leges dedimus. Tñ ꝓprie dicitur' ad quod aqua allidĩtur & alluit. Eſt enĩ ſecundum Ciceronem in topicis terra quæ ab aqua tangit'. Et ꝓprie littus mariũ dicit' ſicut ripa fluminũ. Vñ illud Ouidĩ anũ Cãpoq; recepti liberioris aquæ ꝓ ripis littora pulſant. Inuidẽda aula. i. cui qs inuidere poſſet. Feriuntq; ſũmos &c. Ouidius in de remedio amoris. Sũma petit liuor pflant altiſſima uẽti. Sũma petunt dextra fulmina miſſa Iouis. Phiſici tñ negãt in altiſſimis mõtibo uẽtos eẽ. qd quidẽ de eís uerũ qui ultra mediã aeris regionẽ extẽdunt': cæteri uix ſineuẽtis unq; ſunt. Dicit aũt mediocritate cõtẽtos inuidia uacare & tutiores uiuere. Cõtra diuites nuſq; ſatis tute degunt. Vñ illud Iuuenalis. Vos ego pupilli moueo quibo amplior ẽ res Cuſtodite aĩas & nulli credite mẽſæ. Liuida materno feruẽt adipata ueneno &c. Sperat infeſtis. Ordo eſt. pectus bñ præparatũ. i. bñ tẽperatũ ſperat infeſtís. i. ĩn rebus aduerſis & moleſtis alterã ſortẽ id eſt meliorẽ fortunã. & metuit ſecundis. i. in ꝓſperis rebus alterã ſortẽ. i. cõtrariã fortunã.

Secundum

Secundũ dicit' a ſequẽdo. & quia in nauigãdo bonus eſt ſucceſſus ſi uẽtus & fluctus ſecũdi. i. nõ aduerſi fuerĩt. tractũ eſt ut ſecũdũ proſperũ dicamus. Inde etiã ſecũdare proſperum facere. Informes hyemes &c. Probat exẽplo deoꝝ in aduerſis rebus bene ſperandũ. quia nõ ſemp hyems eſt: ſed poſt tenebras ſæpe lucẽ uidemus. Similĩter monet in ſecũdis rebꝰ nõ nimiũ exultandũ eſt. quia idẽ Iuppiter nũc. i. aliqñ reducit hyemes. i. tempeſtatem. & nunc aliqñ ſubmouet hoc eſt depellit & ſerenitatẽ inducit. Vt primo Aenei. Vultu quo cælũ tẽpeſtatẽq; ſerenat. Bene aũt dat Iouĩ has partes ipſe enĩ eſt æther ſuperiorq; aer. per quẽ & fulgura & tonitrua cauſant'. unde fulmina Iouis tela ſunt. Dicit. Idẽ iuppiter uel ut ſignificet deoꝝ uoluntate immutata: fortunã mutari: perpetua ſiquidẽ & ſtabilis diuina uoluntas eſt. Fortunæ autẽ euẽtus uarii. Vñ Virgilius in opuſculo de fortuna. Inconſtans fragilís perfida lubrica Nec quos clarificat perpetuo fouet. Nec quos deſerit: hos perpetuo premit. Vel ꝓprium ẽ Iouis epithetũ ut dicat' æquus & idẽ ut ſexto Aenei. Aut æquus amauit Iuppit'. Et. x. rex iuppiter oĩbus idẽ. Nec ſi male &c. Ordo eſt. Nec ſi nunc eſt male. erit ſic. i. etiã male tibi olim. i. tempore futuro. quod alio exẽplo probat. quia Apollo ſuſcitat quondã. i. aliqñ cithara ſua tacentẽ muſam hoc eſt lætus aliquãdo ad carmina prouocat nos neq; ꝓ & non. & nõ ſemp tendit arcum. Apollo ut dixi ſol eſt. is cantum exercet/ quando grata temperie concẽtum auĩũ excitat. Arcum autẽ tendit. quãdo ardore radiorum mortalia corpora conficit. ea enim ſunt eius tela unde

ab Homero longe iaciens dicitur. Rebus angustis. Ordo est. Appare. i. uide aris in angustis rebus animosus atq; fortis. hoc est quod in sermonibus dicit quocirca uiuite fortes Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus. Et tu idem cõtrahes uento nimiũ secundo. uel a turbida. i. nimium inflata. hoc est dum res lætæ sunt fac modũ serues. Quoniã in aduersis si patientiam habes: nihil mali pateris. Ouidius de reme. Posse pati facile est si nõ patientia dẽsit. In ꝓ/speris aũt nisi modum serues facile cades. Idem Ouidius in de arte. Luxuriat animi rebus plerũq; secundis. Nec facile est æqua commoda mente pati. De hac re est illud egregiũ uerbum Marci Catonis in oratione pro rodiensibus apud Aulum Gelliũ. Scio solere pleriq; hominibus rebus secundis atq; ꝓ/lixis atq; prosperis animã excellẽtẽ atq; superbiam atq; ferocitatẽ augescere atq; crescere. quod nunc mihi magnæ curæ est: ꝙ hæc res tam secunde ꝓcef/serit: ne quid in consulendo. aduersi eueniat quod nostras secundas res con/fricet. Neue hæc lætitia nimis luxuriose eueniat. Aduersæ res se domant. & docent quid opus sit facto. Secundæ res lætitia transuorsum trudere solent a recte cõsulendo atq; intelligẽdo: quo maiore opere dico suadeoq;: uti hæc res aliquot dies ꝓferat dum ex toto gaudio in ptãtem nostrã redemeamus &c. Idem Gellius attestatur libro tertio capite. xv. multos nimio gaudio oc/cidisse & confectos esse. Est ergo seruanda omnibus in rebus mediocritas. Vnde primo sermõe. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Res lætæ qd faciant

Ad grosphũ ociũ cõmẽdatur secũdo carminũ.

Cium diuos rogat in patenti
Prænsus ægeo: simul atra nubes
Condidit lunam: neq; certa fulgent
Sydera nautis
Ocium bello furiosa Thrace
Ocium medi pharetra decori
Grosphe non gemmis: neq; purpura ue/nale neq; auro
Non enim gazæ: neq; consularis
Summouet lictor miseros tumultus
Mentis: & curas laqueata circum
Tecta uolantes
Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

o Cium diuos &c. Carmẽ ẽ quale illud quod modo posuim⁹. Sentẽtia uero satis cõformis illi. Non ebur &c. Laudat enĩ ocium: significatque illud ab oĩbus desiderarĩ quotiẽs se in tristi negocio offẽdũt: quocirca arguit inepta hominũ uota qui ĩ necessitudinibus cõstituti id a deis flagitãt: quod sibi parere pñt. Et ne dicaſ negotiationẽ necessariá eẽ: qñquidẽ

multis egemus quæ ſine illa habere nō poſſumus: reſpōdet ſi nīis bonis quæ in aī o ſita ſunt cōtenti eēmus nulli⁹ fere indigeremus qa. Viuit paruo bene. Itaq; ociū & mētis trāquillitatē cōmēdat in hac ode. Ocium

Si nūc dicas: nihil tur/pius eſſe ocio. nā ut ſupra meminimus: ex ocio oīa mala ꝓficiſcunt: Rūdebo ociū multifariā ſumi. aliqñ enī eſt ceſſatio oīum rerū: & illud dānabile eſt ut fomētū libidinis. Vñ Ouidius Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus. Aliqñ ē euacuatio curarū negocioꝝ & rerū extra nos poſitarū quo aī partes geram⁹. Et hoc poetæ q cū animi trāquillitate ſcribūt uocāt ſtudia ſua ocia. Vñ i fine Georgi. Illo Virgiliū me tēpore dulcis alebat Perthenope ſtudiis floretem ignobilis oci. Dicit aūt ignobile ociū iuxta opinionē romanoꝝ q oēm glo/riā in rei pub. adminiſtratiōe reponebāt. A qua quicūq; uacabant ocioſos ſe putabāt. Vñ illud quod Cicero in prīcipio tertii offi. refert. Publiū Scipionē marce fili. eū qui primus africanus appellatus ē dicere ſolitū ſcripſit Cato q fuit fere eius æqualis: nunq; ſe minus ocioſū eē q cū ocioſus: nec minus ſolū q cū ſolus &c. erat ergo ocioſus quātū a repub. & tñ in negocio aī: ſicut poe/tæ. Aliqñ etiā ociū capit ꝓ animi trāquillitate: q a negociis mūdanis abſtra/cti dulci rerū diuinarū cōtemplatione fruimur: oīq; periculoꝝ & laboꝝ cura leuamur. quod quidē ociū poeta adeprāhenſis & circūuentis ſero & inſcie deſiderari dicit: qñ ſi paucis cōtenti eſſe ſciremus poſſemus ſemp eo ocio ꝓ frui. Prēſus a prendo deducit quod ꝓ ſyncopā dictū putāt. integrum enī eſt prāhendo. prāhēdi aūt uel potius deprāhēdi ꝓprie dicunt nautæ qñ in ma ri a tēpeſtatibo īprouiſis circūueniūtur. Vñ illud in georgi. Deprænſis olim ſtatio tutiſſima nautis. Ordo ergo ē. Deprænſus in patēti amplo ægeo ſpeci/es ꝓ genere. i. ī quouis alto mari. rogat diuos ociū. i. ut poſſet ī ocio domi ui/uere. ſimul. i. illico poſtq; atra nubes condidit. i. abſcōdit lunā: neq; ſyderacer ta fulgēt nautis. Mare ægeū aſcopulo qui nō ꝓcul a tenedo inſula ē denoīat Ille enī ſpeciē capræ habet. Capram aūt αἴγα græci nomināt. Alii uolūt ab ægeo Atheniēſiū rege qui ex alta ſpecula in id ſe præcipitē dedit eē ægeū di ctū: nā cū filius eius Theſeus ita iubētibus ſortibo in cretā enauigaſſet: uelaq; nigra ueluti a minotauro deuorādus detuliſſet: iuſſuſq; eēt ſi forte ī columis reuerteret: ut uela mutaret in alba oblitus eſt id facere Theſeus. Quapropter nigra cōſpicatus Aegeus ꝓpter eaq; filiū periiſſe ratus ſe ut dixi p̄cipitauit. Eſt aūt mare latū & incipit ab helleſpōti finibo. Nullūq; olim inſulis & uiris illu/ſtribo maiori fama fuit. Noſtro aūt ſæculo turpi ſeruitio premit: & pleraq; i ſulæ deſerte iacent: Hæc Chriſtophorus Landinus. Dicit ſignate poeta Si/mul atra nubes &c. Quia ut in primo carmine dicit multis ita innata ē libido nauigādi. ut neq; periculo neq; laboribo diuelli poſſint. Vñ ait. Luctantēica riis fluctibo africū Mercator metuēs ociū & oppidi Laudat rura ſui: mox refi cit rates Quaſſas: indocilis pauperiē pati. & paulo añ. attalicis conditionibo Nunq; dimoueas ut trabe cypria. Myrtoū pauid⁹ nauta ſecet mare &c. Quā/do itaq; quibo hoc ſtudiū innatū eſt in mari deprāhēdunt incipit eos incepti pœnitere: qui tñ paulo poſt ſi forte euaſerint ad ingeniū redeunt. hoc etiam dicit primo ſermone. omniū conditionē diſplicere in rebus aduerſis quod non eſſet ſiquis ſciret ſorte ſua cōtentus uiuere/& pauperiē pati. Vnde ait. O fortunati mercatores grauis annis Miles ait multo iam fractus membra

Prāhendi

Aegeum Mare

Cõtra mercator: nauẽ iactantibus austris Militia est potior &c. Quia uero tam auidi rerũ sumus: ut uix ullo priculo ad ociũ uocari possimus. uide q̃ an xie poetatẽpestatem describat in qua ociũ desideramus. dicit primũ. præn/ sus hoc ẽ depræhẽsus depræhendimur aũt ꝓprie in re aliena. ut i furto. in ad ulterio. & nauigãtes in alieno elemẽto. terra enĩ nostrũ solum est. Addit ægeo ut uastitas & ãplitudo magis terreat. subiũgit simul atra nubes. ut atrã tẽpestatẽ significet. Seqtur cõdidit: cõdũtur aũt cadauera & ea quæ amplius uidere nolumus. Adiũcĩ lunã. quoniã noctu magis horremus q̃ interdiu. Ap ponĩ deinde ne solã lunã occultaram putes. Neq; sydera fulgẽt. Addĩ no/ uissimo nautis. qui syderũ ortus callide obseruare solent. Vñ de palinuro di citur. Sydera cũcta notãs tacito labẽtia cælo. Et ipse palinurus. Si modo rite memor seruata remetior astra. Oĩa ergo pondus habent. Ociũ bello furí. Ordo ẽ Trache. i. ipsa trachia furiosa. i. furore parcita rogat diuos ociũ præn sa. s. bello. Medí decori. i. honesti pharetra. deprænsi bello rogãt diuos ociũ non uenale. i. quod nõ uenditur gemmis neq; purpura: neq; auro. Quin pro quia gazæ. i. diuitiæ nõ sũmouent miseros tumultus mẽtis. i. animi pturbati ones & curas uolantes circa tecta laqueata. i. laquearibus ornata. Nec lictor i. minister consularis summouet miseros tumultus mentis &c. sed uiuĩ bene i. beate. paruo in parua re uel paruo precio. uel potius ab hoĩe paruo. i. paruæ conditionis: cui paruo paternũ salinũ uasculũ salis quod pr̃imonio obtigit. splẽdet. i. mũde ponĩ in tenui mẽsa: nec & non. & cui timor non aufert sordi bus. i. sordida uita. leues. i. quietos & placidos sõnos. aut cui cupido. i. ambi/ tio aut auaritia. aut appetitus uenereus aut alius quiuis carnifex nõ aufert le/ ues somnos &c. Trache secũdum græcã declinationẽ ἡ θρᾳκὴ τῆ͂ς θρᾳκὸς. nam nos hæc thracia dicimus. Furiosa. i. martio uel bacchico furore parcita solẽt er í thraces usq; ad ebrietatẽ poti pugnare. Vnde est primo carminum ad sodales. Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare thracũ est: tollite barbarũ Morẽ: uerecũdumq; bacchum Sãguineis prohibete rixis &c. Venerabile er/ go est ociũ si uel thraces furiosi & in bella promissimi ipsum optent. Venera/ bilius aũt q̃ medi & parthí decori atq; ornati pharetra etiã ociũ rogent. Ma xime aũt uenerabile q̃ nullis diuitiis nulliſq; honoribus sed prouido dumta xat uiuẽdi instituto cõparabile est. Medi q̃ parthorum nomẽ romanis in/ uisum pro parthis positũ uolunt. sicut ibi. Neu sinas medos equitare inultos Te duce Cæsar. Erant aũt medi olim parthis subiecti. habẽt autẽ parthi opti/ mos arcus. Vñ in bucolicis. libet partho torquere cydonia cornu Spicula. Solẽt aũt parthi hostẽ iaculis obruere. Nã in equis plerũq; bella gerũt. neq; ea conferta manu sed fuga hostẽ illudũt. qui dũ insequí putat in tela ipsa ir/ ruit Vñ Virgilius. Fidentẽq; fuga parthum uersisq; sagittis. Abstulerunt par thi crasso intercepto signa militaria romanorũ. quæ augusti nomini relata sunt. Medi ergo decori. i. pulchri sunt pharetra utpote qua plurimũ & sci ũt & ualent. decori pluratiui numeri a nominat iuo decorus a um. Est autẽ ho nestus sermo. pulcher frenís. decorus pharetra. ut inquit Seruius ad illud bu coli. Formosum paribus nodis atq; ære: menalca. Pharetra est techa sagitta tia. hoc ẽ repositorium sagittarum. Grosphus eques romanus siciliensis ori gine. Gemmarum appellatione omnes lapilli preciosiores sunt. tametsi Gemmæ

sint qui discrimen ponant. Purpura est qua purpureæ uestes tinguntur. Venale est quicquid uenit: hoc est uenditur. Diuisit aũt dictionẽ ita ut prima syllaba præcedẽtis: sequentes duæ sequẽtis uersus sint idem fecit ibi Labitur ripa Ioue nõ probãte uxorius amnis. sed ibi sinaliphe est. Sunt qui cõsilio poetæ id factũ affirment: dicantq; ipsum naturam rerum uoluisse depingere. ut quia prima syllaba de uxorius adhæret precedenti uersui. uolunt ipsum innuere uirũ uxorium nimis uxori inhærere. & quia prima syllaba hic ad precedentem uersum pertinet & adhæret uolũt significasse preciũ ocii: quod tam carum illis est quibus cõtigit ut si etiam uẽdere possent. non gemmis nõ pura non deniq; auro quo omnia cõparantur uenale habeant. Gaza persicus sermo est & significat diuitias q̃s in sarcinulas colligere possumus. ut primo Aenei. arma uirũ tabulæq; & troia gaza perundas. Erant aũt molles diutiæ plurimæ apud persas unde in ultimo primi libri carmine Persicos odi puer apparatus. Lictor inquit ualla est minister consulis: pcõsulis. præsidis. pretoris. qui fascem uirgarũ alligatum cum securi portat: suntq; lictores cõsulis duodeni: aliorũ seni. dicitur ergo hic notãter consularis lictor. i. ad cõsulem pertinẽs. Vir aũt consularis. prætorius. cẽsorius &c. est qui aliqñ consul prætor aut cẽnsor fuit. Fasces aũt uirgarum in quibus includebant securis erant ex betula gallica arbore cãdidissima. De insignibus aũt magistratuum romanorum sic sentit Dionysius halycarnaseus. Victis a tarquinio etruscis eo bello quod nouẽ annis cũ illis gessit quãuis eos liberos relinqueret: ipsi tamen tanq̃ uicti insignia sui principatus regi attulerũt: quibus suos reges soliti erãt adornare. Coronã auream: Sellam eburneam: Sceptrũ habens supra caput aquilam: Tunicã purpuream cum signis aureis: amictum purpureum uariũ: quales lydorũ persarumq; reges ferebant præterq̃ q̃ non sunt figura quadrãgulari ut sunt illi: sed semicirculari. Talia aũt uestimenta romani togas: græci tebenũ uocant Tulerunt etiam ut quibusdam historicis placet. xii. secures quas ex urbibus singulis singulas sumebant. Mos enim erat etruscis unicuiq; regi lictorẽ unum anteire fascem uirgarũ in quo inclusa esset securi ferente. Si uero fieret cõmunis omniũ ciuitatum exercitus. xii. illas secures uni tradebant qui dux factus esset omniũ copiarum. Alii dicunt alios quoq; reges romanos antea. xii. lictoribus fasces ferẽtibus ornatos incessisse: morẽq; hunc romulum instituisse. tamen nihil prohibet insignia fuisse ethruscorũ: & easi mul cũ reliquis tunc fuisse ad Tarquinium lata. Sed nũc quoq; sceptro & diademate Romani donant reges dũ illos uolũt cõfirmare. Hæc igitur accipiens Tarquinus cognitionẽ ejus rei reiecit ad senatum & ad populum. At illi decreuerunt illa esse accipiẽda Sicq; & ipse & reliqui post eum reges coronã tulerũt auream: & uestem purpureã pictam & sceptrũ eburneũ. astantib⁹. xii. lictoribus qui etiam illos euntes antecedebant: & in Sella sedebant eburnea ius dicturi. Idem mos & consulibus mansit præter coronam auream. & uestẽ purpuream pictam. Hæc enim ut res inuidiosæ ablatæ sunt illis: nisi cum uictores triumphabant. Hæc fere Dionysius. At Macrobius refert Tullum hostilium tertium Romanorum regem debellatis ethruscis: sellam curulem: lictores: togam pictam & prætextam insignia magistratuum ethruscorum ad

Gaza

Lictor

Consularis

Fasces

Insignia Romana

Romanos transtuliſſe. ſed prætextam illo tempore puerilem ætatem non uſurpaſſe. Sed Tarquinium priſcum cum ſabinos ſuperaſſet: filium quattuordecim annos natum quoniam hoſtē percuſſiſſet: & pro contione laudaſſe: & bulla aurea quod geſtamen prius triumphantiū erat. & prætexta qua ſoli magiſtratus utebātur inſigniuiſſe. In bulla enī triumphantes geſtabant inclusa remedia contra inuidiam ualidiſſima. Hinc mos fuit ut prætexta & bulla pueri uterentur. Alii dicunt Tarquiniū inſtituiſſe ad ornatum ingenuoꝝ puerorū. ut pueri prætexta & bulla uterentur: ſed hi dumtaxat quorū patres curulem magiſtratum geſſerant Cæteris autē uſq; ad eos quoꝝ patres equo iuſta ſtipendia meruiſſent ſola prætexta conceſſa eſt. Libertinus & peregrinis uti prætexta non licebat. Deinde cum in ſecūdo bello punico inſtitutū eſſet ut in eo ſacrificio quod ex collatis pecuniis faciundum eſſet libertinæ quoq; ſed ille ſolæ quæ longa ueſte uterentur pecuniā conferrent: conceſſum eſt: ut libertinorum filii: qui ex iuſta matre concepti eſſent prætexta uterētur. & lorum pro bulla in collo ferrent. Hæc illi. Cura ſecundum Seruium dicitur Cura
q̄ cor urat. Laqueata tecta id eſt laquearibus ornata. quæ & lacunaria dicuntur. Laquearia autem inquit Acron: dicuntur opaca cameræ in lacu colle/ Laquearia
ctæ. Apparent autem inquit Landinus in tabulatis magnarum domorum loca quædam ex tranſuerſis tignis in quadratam formam redacta: quæ auro uariiſq; coloribus atque ſigillis illuſtrantur. hos lacus nominant & per diminutionem lacunaria. Per antiſticon autem laquearia. ut ſupra ex Seruio uidimus. Tecta autem ſunt omnia quibus res teguntur nedum illa extrema. Tecta
Nam & tabulata etiam tecta ſunt. Viuitur paruo bene. Viuitur impſonale eſt. Impſonale autem uerbum: quia a certa perſona abſtrahitur: ad generalitatem quandam refertur. ut atteſtatur Seruius ad illud in Bucolicis. Vſqueadeo turbatur agris. Simile eſt illud. Velle ſuum cuiq; eſt non uoto uiuitur uno. Et illud. Qui fit mecœnas ut nemo quam ſibi ſortem ſeu ratio dederit ſeu ſors obiecerit illa contentus uiuat? Et nulla alia quæ ad omnes referuntur. Viuitur ergo bene ab omni paruo. Vel uiuitur in omnibus bene a paruo. Acro accipit ſic paruo quaſi re parua & in paupertate & eſt optima ſententia. Vnde Luca. Quitæ tuta facultas Pauperis anguſtique laris. Et Cicero in illo paradoxo quo oſtenditur. Quod ſolus ſapiens diues ſit. ſic inquit. Quis igitur (ſi quidem ut quiſq; quod plurimi ſit poſſideat: ita ditiſſimus habendus ſit) dubitet quin in uirtute diuitiæ ſint quando nulla poſſeſſio nulla uis auri & argenti pluris q̄ uirtus æſtimanda eſt. O dei immortales non intelligunt homines q̄ magnum uectigal ſit parſimonia &c. Oſtendūt etiam poetæ copiam neminem diuitem facere: ſed animum dūtaxat. & ipſe poeta noſter in epiſtolis. Quod ſatis eſt cui contingit nihil amplius optet. Non domus & fundus nō æris aceruus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. Non animo curas &c. Viuitur ergo bene paruo: id eſt parua re illi ſubaudi cui paternum &c. Vel leges. Viuitur bene paruo: hoc eſt ab homine paruæ conditionis. ſed prior concinnior eſt locutio. Paternum ſalinum. Salinum inquit Acron pro quocumque uaſe poſuit fictili Salinum
menſæ pauperis. Proprie tamen Salinum eſt patella qua deis primitiæ

Paternum cum sale offerebantur. Hæc ille. Dicit Paternum salinum. ut frugalitatem quasi hæreditariã ostẽderet. sæpe etenĩ parẽtes liberos suos suis moribus instituũt. Præterea ut turpissimũ est & satyrica acerbitate apprime castigandũ: rem patriã (quod patrimoniũ uocant) gulose abligurire: ita sũmo honori dat eam custodiuisse. Vñ antiquis nihil patria hæreditate antiqui? aut can? fuit unde ilioneus sic dona in septimo cõmendat. Hoc pater anchises auroli bãbat ad aras. Et ipse æneas in quinto ad acestem. Sume pater &c. Ipsius anchisæ longeui hoc munus habebis &c. Sic & Homerus Agamẽnona patriũ sceptrũ tenuisse dicit. Affectate aũt uidet dicere salinũ: ut significet neminẽ beatũ nisi in deos religiosus fuerit: quocirca uult pauperẽ ante oĩa seruare salinũ paternũ quo deo sacrificet: sicut & illud quod mõ dixi. hoc pater anchises a.l.a.a. Et in carmine præcedẽti ostẽdit pauperẽ ꝓfugũ primũ deos patrios deinde misellos natos in sinũ colligere. Neq; sua grauitate caret: q; splendet dicit. eo enĩ uerbo si salinũ ꝓprie sumpseris significatur cultus in deos: si uero cõiter mundicies præcipitur de qua in ultimo sermone licet forte ironice sic dicit. Magna monent stomacho fastidia seu puer unctis Tractauit calicem manibus dum furta ligurrit Siue grauis ueteri crateræ limus adhæsit Vilibus in scopis: in mappis in scobe: quãtus cõsistit sumptus? Neglecti flagrã ingens. Ten lapidos uarios lutulenta radere palma? Et tyria dare circũ illotoralia uestes? Oblitũ quãto curã sũptũ q; minorẽ Hæc habeãt: tãto repræhendi iustius illis Quæ nisi diuitibus nequeũt cõtingere mẽsis &c. Leues sõnos Virg. Sæpe leui sõnos suadebit inire susuro. Mors aut ferre? sapor dicit Cupido. i. auaricia aufert sordibo sõnos: qa nos sordidos efficit. Porphi. aũt sordidus legit dicẽs. Cupidinẽ hic puto non ꝓ amore posuisse: sed ꝓ cupiditate. q̃re miror masculino eũ genere cupidinẽ dixisse cũ in hac significatiõe hac cupido dicat. Hæc ille. Est ergo antiq̃ lectio sordid? secũdũ quã sic intelligo Nec timor sordid? q est de re amittẽda q facit auarũ excubias multas seruare ut apud Plautũ in aulularia satis patet. & Iuue. Misera ẽ magni custodia cẽsus Aufert leues sõnos. i. placidã quietẽ. Nec cupido sordid?. i. turpis: amor & uenere? appetit? aufert leues sõnos. Sobrietas enĩ mater castitatis est. Vñ illud comicũ. Sine cerere & bacchо friget uen?. Et hoc mõ cupido recte ĩ suo significatu & genere ponatur. neq; ut alii uolunt pro cupiditate accipietur. quia alla p sordidũ timorẽ satis exprimit. qui uetat auarũ dormire. Vñ in sermonibus. Siqs ad ingentẽ frumẽti semp aceruũ Porrectus uigilet &c.

Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa: quid terras alio calentes
Sole mutamus: patriæ quis exul
Se quoq; fugit:
Scandit æratas uitiosa naues
Cura: nec turmas equitum relinquit
Ocior ceruis: & agente nymbos

Quid breui fortes &c. Quam dequidẽ natura nostra paucis cõtenta est: & paruo bñ uiuit: iterrogat poeta cũ amaritudine q̃dã. Quid breui fortes &c. Ordo est. Quid ad q̃d qua

Ocior euro
Lætus in præsens animus quod ultra est
Oderit curare: & amara lento
Temperet risu. nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors achillem
Longa tithonum minuit senectus
Et mihi forsan tibi quod negarit
Porriget hora
Te greges centum: siculæq; circum
Mugiunt uaccæ: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa: te bis aphro
Murice tinctæ
Vestiunt lanæ: mihi parua rura &
Spiritum graiæ tenuem camœnæ
Parca non mendax dedit: & malignum
Spernere uulgus.

dere nos fortes. id ẽ robusti & ualido corpore: iaculamur. i. (inquit Acrõ appetimus) uel reuerai aculo confici mus multa ĩ breui æuo? quid mutamus terras calentes alio sole. ideſt quare nĩm clima cũ alienis terris commutamus auaricia cæci. Quis exul patriæ a patria exulans fugit quoq; ideſt etiã ſe hoc eſt conſcientiam ſuã? Scandit æratas &c. Ordo eſt clarior q̃ ut exponat. Iaculamur iaculari ẽ i morẽ

Iaculari

iaculi quid iacere. ut primo Aeneid. Ipſa iouis rapidum iaculata e nubibus ignẽ. Iaculum autẽ eſt telum quod iacitur. Poteſt autẽ multipharíam hic accipi. primũ ſic. Quid iacumulamur ideſt iaculis perſequimur multa obſonia in breui æuo? Et ita ſicut timor ſordidus auariciã damnat. & cupido ſordidus luxuriam: ita hic gula repræhenditur. Et ſimili modo in primo ſermone. ubi auariciam præcipue execratur: gulam tangit dicens. Ille grauem duro terrã qui uertit aratro perfidus hic caupo: miles nautæq; per omne Audaces mare qui currunt: hac mente laborem. Seſe ferre ſenes ut in otia tuta recædant Aiunt: cum ſibi ſint congeſta cibaria ſicut paruula (nam exemplo eſt magni) formica (laboris) Ore trahit quodcunq; poteſt atq; addit a ceruo. Quẽ ſtruit haud ignara ac nõ incauta futuri. Quæ ſimul inuerſum cõtriſtat aquarius annũ. Non uſq; prorepit & illis utitur ante Quæſitis patiẽs: cum teneq; feruidus æſtus Dimoueat lucro: neq; hyems: ignis: mare: ferrũ: Nil obſtet tibi dum ne ſit te ditior alter &c. Quorũ uerborum ſumma eſt. Omnes qui auide laborant dicunt ſeſe ob eam rem laborare/ut ſenes habeant quo fruantur: dicuntq; ſe allici exemplo formicæ quæ ardentiſſime in horrea ſua quicquid poteſt congerit. Sed perperam inquit poeta formicam ſe imitari aiunt. illa enim ſæuitia cæli prohibita intra cauernulam ſe cõtinet: & congeſtis frugaliter fruitur. Auari uero neq; copia neq; inopia ſatiãtur: neq; periculis aut labore arceri poſſunt a quæſtu. Si itaq; breue eſt nobis

æuum quid iaculamur multa ideſt iaculando nobis multa obſonia conquirimus. Solent enim cerui & ceteræ feræ telis & iaculis confici. Vel accipiamus generaliter quid iaculamur ideſt in morē iaculātiū petimus. qui enim iaculantur id quo iaculū dirigunt petunt. Quid terras &c. Superbiam & elegantiā ueſtiū uidetur dānare quas ſub alio ſole quærimus. Virgi. iu Georg. Atq; alio patriam quærunt ſub ſole iacentē &c. Patriæ quis exul ſe quoq; fugit: ſic in epiſtolis Cælum non animū mutant qui trans mare currunt. Cælum inquā. i. faciē cæli. ſic antea alio ſole ideſt alia qualitate ſolis. Patriæ aūt hic nomē eſt. Nam pro aduerbio in hac ſignificatione poneretur ablatiuus Dicimus enī ſub exul ſiue exulo romæ & a roma Romæ quidē quando illic ſum & locum exilii. Jepetutatū mihi habeo. A Roma autē dum illinc alio mihi eundū eſt. Exul ergo patriæ ideſt quē patria exulem fecit. Quoq; ideſt etiā. Neq; enim ponitur (ut ineptuli in carminibus putant) pro & quomodo eſſet. Diſcipulus chriſti charus fugit quoq; petrus. Sane fugit hic præteriti tēporis eſt: & eſt ſentētia qui patriam fugerunt: ſe tamen nō fugerunt hoc eſt conſcientiā ſuam: quia nocte dieq; ſuum portant in pectore teſtem. Scandit æratas &c. Aeratas ideſt fortes. ſicut ſæpe apud Virgiliū. uel reuera æratas ideſt ære tectas ſaltem in roſtris. Vitioſa cura dicit. quia eſt etiam honeſta cura: quā pro patriæ pro noſtra liberorūq; ſalute gerimus. ſcandit æratas naues. Hoc eſt quāuis æratas ideſt fortes. tamen ſecuri eſſe nequeunt: quia omnia malæ cōſcientiæ ſuſpecta & formidoloſa ſunt. Poteſt etiā ad celeritatem referri. quia æratæ naues æquora facillime ſulcant. Vnde eſt in primo Aeneid. Et ſpumas ſalis ære ruebant. Ex celeri enim motu ſpumæ generant. Et huic ſententiæ quadrat ſequens. Nec turmas equitū relinquit. quia ocior ceruus &c. Turma ut quidā uolūt ex triginta equitibus fiebat. & per onomatopiam a ſtrepitu ungularū equinarū terram pulſantiū & proinde turbā faciētiū dicitur uel a terrenda terra.

Eurus Nymbi ſunt nubes in nymbum collectæ Eurus oriens aliū uentorum unus eſt: Ab oriente enim æquinoctiali eſt ſolanus: ſic dictus q; quaſi ſub ſole naſcatur huic collateraleſ dāt hīc eurus ad ſeptētrionē quaſi ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥεῶν. ideſt ab aurora fluens. inde uulturnus q; alte uolitet. hii autē tres calidi ſunt & ſicci. Et eurus ut hic dicitur admodū

Cerui uelox. Ocior ut dixi nō agnoſcit apud latinos poſitiuum. Cerui nimirū uelociſſimi ſunt & ſola fugā præti. unde in bucco. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui. Et ſexto Aeneid. Fixerit aeripidem ceruam licet &c. Plinius in naturali hyſtoria perpulchra & miranda de ceruo diſſerit. Volunt autem ἐτυμολογικοῖ. ideſt rationē originis uerbi interprætando indagātes: ceruum dici quaſi gerū a gerendis cornibus. ſicut aceruum quaſi ageruū ab aggerendis rebus minutis. Lætus in preſens. uidetur poeta hoc loco & compluribus aliis epicurice loqui: & adhortari ad præſentis uitæ uoluptatem perinde atq; alia nulla futura ſit. Acron autē de temperantia gaudii præceptum putat: hoc modo. Animus lætus in præſens. i. ꝓpter rem pñtē oderit curare quod ultra eſt ideſt ne nimiū geſtiat ſpe futurarum rerū: hoc eſt moderate lætus præſentibus rebus nō nimiū exultat accedente ſpe rerū futurarum. Et amara &c. Hoc eſt in triſtibus ne plus æquo doleat. unde Iuuena. Ponamus nimios gemitus flagrātior æquo. Nō debet dolor eſſe uiri nec uulnere ma/

ior. Verba Acronis sunt hæc. Lætus in præsens. Plus præsenti lætitia/ q̃ spe futura animũ iuuari dicit. id est ut non plus lætetur q̃ expedit. Et amara l.t.r. philosophicũ præceptũ patientiam exhortans ut aduersa lætitia temperen/tur. & non satis prosperis credatur. Maxime cũ uarietate uitæ: nec pro uolũ/tate ad omnia fœlicitas cõstet. nec sint aduersa cõtinua. Hæc ille. Dicit præ terea (meo quidẽ iudicio) Quãdoquidẽ nihil est ex omni parte beatum: ua riusq; est fortunæ uultus: nos contra fortunæ sæuitiã lætiorem animũ habe/re oportere. Nam si meliuscula impræsentiarũ nobis cõtingũt eis hilari ani mo fruemur: nõ curantes futura quæ certo scimus non itidẽ bona fore. Sin duriori sit præsens conditio: patiẽter eam feremus scientes letusculam fu/turam. unde ipse alibi. Durũ est. sed leuius fit patientia: Quicquid corrigere est nephas. Et Terentius. ut quimus aiunt quãdo ut uolumus nõ licet. Et rur sus. Quæso ædepol Carine quoniã nõ potest fieri: id quod uis. id uelis quod possis: Et Virgilius in quinto. Superãda omnis fortuna ferendo est. Et Ouidius de re. Posse pati facile est si non patiẽtia desit. Sis ergo lætus in præsens idest Tametsi futura fortassis aduersa sunt præsenti forte temperatius ute/re. Vide in epistolis. Tu quãcũq; deus tibi fortunauerit horam. Grata sume manu: nec dulcia differ in annũ. Vt quocunq; loco fueris uixisse libẽter. Te dicas &c. Qui etenim in præsenti lætitia futurã sortem nimiũ curaret: semper mœstitia conficeret: quia post læta huius sæculi plærũq; tristitia sequuntur quã rem animaduertens philippus ille macedonũ rex cum tres lætos nũcios simul accepisset primũ quod quadrigarũ cursu olimpia uicisset. secũdũ q̃ ini micos strauissent quos emiserat exercitus. tertiũ q̃ olimpias uxor masculũ peperisset sublatis in cælũ manibus. O deus inquit mediocrẽ his calamitatẽ repone. prudens enim rex cognouit magnis successibus fortunã inuidere so litã. & post lætissima quæq; grauissima subseq: uñ infœlicissimũ gen⁹ diffor/tunii ẽ fuisse fœlicẽ. de q̃ re ẽ illud in epi. Quẽ res plus nimio delectauere se/cũdæ. Mutatæ quatiẽt: Quocirca nõ intelligem⁹ poetã hic ꝓhibere ne ꝓspi/ciamus ad futura (id enim insipiẽtiũ ẽ) sed ne curem⁹. si etenim cura corurit. cu/rare est nimis anxia mẽte cõplecti. Neq; uerisimile ẽ atqui tẽperamẽtũ in ad uersis positũ uelit & nõ in lætis? In aduersis aũt adhibendũ docet dicens. Et amara lẽto tẽperet risu. Lento risu dicit nõ nimiũ profuso sed maturo & re/missiore. Est aũt cõtra decorũ si ĩ aduersis letissimos nos cohortaret. quia ut inquit Tibullus. Hey mihi difficile est imitari gaudia falsa. Difficile est tristi fingere. mente iocum. Nec bene mẽdaci risis comp oniť ore: Nec bene sol/licitis ebria uerba sonãt. lẽto ergo risu signate dicit. Nihil est ab omni parte beatũ. Prouerbia (ut supra diximus) pulchre ad cõsolationem adhibent. ut apud Virgiliũ de ludo. Nullus ubiq; põt fœlici ludere dextra Et nomẽtanus amicũ. Nasidienũ sic solat in ultimo sermone. Heu fortuna quis ẽ crudelior in nos. Te deus ut semp gaudes illudere rebus. Humanis. & paulo post. Hæc est cõditio uiuẽdi aiebat eoq; Responsura tuo. nũq̃ est par fama labori. Ab stulit clarũ &c. Prosequit exemplis illud deuerbiũ. Nihil est ab oi pte beatũ Quia si cui clara uita dat: breuis admodũ esse solet. Et si alii lõgiuscula: mul/tis miseriis cõficit. Achilles qdẽ clarã uitã habuit sed p breuẽ. Tithonus præ lõgã: sed i cycadã cõuersus ẽ De achille apud homerũ primo Iliados habet Achillex

cõq̃stio eius ad matrẽ thetidẽ. & Thetidis ad iouẽ. Verba homerica hoc so/
nãt. Sed tu si uales cõplectere & suscipe causas meas & uade in cælum & ioui
supplica: si unq̃ aliquid uel uerbo iuuisti mentẽ & cor iouis aut opere. Sæpe
enim in patris atriisq; audiui iactãtem: quãdo dixisti q̃ nigratori nubiũ ioui
saturnio sola inter deos ĩmortales indecorã cladem repulisti: quando ipsũ
colligare cælestes uolebant alii. Et iuno & neptunus & pallas minerua: sed
tu illum uadens dea liberasti e uinculis celeriter uocans briarea centũgemi/
nũ quẽ homines egeona uocant omnes. Si igit̃ demeruisti iouẽ fac memor
beneficii mihi hoc repẽdat pro honore mihi restituẽdo ut troiani superiores
sint. Quarũ rerum tu monens Iouẽ si aliquo modo uelit troianos excurrere
Græcos aũt ad puppes & circa mare habitare & impellere occidẽtes & mo/
rientes græcos: ut cognoscat Agamẽnonq̃ in suum damnũ imperauit. Re/
spondet mater primũ dolens q̃ eum breuis uitæ genuerit & contemptibilẽ.
electionẽ enim ab ioue acceperat. Postea respondet Thetis lachrymas ef/
fundens. Si igitur intellexissem te in hos futurũ labores non debebam nu/
trire. quãdo citum fatũ habes & uitam inglorĩam: es enim breuis uitæ & mi
ser supra omnis. Et ideo te peperi mala sorte in domo mea. Sed mane hic
ad naues: ego ibo ad olimpũ niualem: ut si forte possim ioui persuadere. Tu
autẽ iratus græcis sedebis apud naues & penitus quiescens a bello. Quia Iup/
piter ad oceanũ ad irrepræhensos æthiopas est ad conuiuiũ. Omnes aũt dei
secuti sunt. duodecimo autẽ iterũ ueniet in cælum: & tũc postea ibo ad iouis
æreum tectũ: supplicatũ & ipsi persuadebo ut uelit tutari honorem tuũ. Sic
locuta thetis discessit. Illum autẽ liquit ibi iratum in aĩo gratia benecinctæ
mulieris: quã ui ipso inuito abstulerat. Et paulo post. Sed ille irascebat iuxta
naues sedẽs ueloces generosus pelei filius pedibus uelox achilles. Neq; unq̃
in contionem uersabatur glorificantẽ hominẽ. Neq; unquã in bellũ. sed cõ
sumebat carum cor ĩbi manens: cupiebat autẽ clamorem & bellum. Quan/
do ex illo. duodecima fuit aurora. Et tunc iam cælũ iuerũt dei semper existẽ
tes omnes simul: Inppiter autẽ dux erat. Thetis autem non obliuiscebatur
mandatorum filii sui: sed ipsa emersit ex fluctu maris aeria. conscendit ma/
gnum cælum & olympũ: Inuenit alti tonantem saturniũ seorsum sedentem
ab aliis in summo uertice multicollis olympi. Nunc utiq; ante eum conse
dit & accepit genua: sinistra. Dextra uero mentum capiens Supplicans allo/
quebatur iouem saturniũ regem: Iuppiter pater si unq̃ te inter deos iuui uel
uerbis uel re: hoc mihi perfice desiderium: honora mihi filium qui celer/
rimæ mortis alĩorum natus est ipse rex hominũ agamẽnon ignominiã fa/
cit auferens ei premiũ & ipsum priuans. sed tu ipsum honora o cælestis con
cilarie Iuppiter. Tantisper adde troianis robur. dum græci filiũ meum ho/
norent & augeãt ipsum honore. Sic ait. Illam autẽ nihil allocutus nubiũ ag/
gregator Iupiter. Sed tacitus diu sederat. Thetis autẽ sicut tetigerat genua:
sic tenebat ĩhærẽs & ĩterrogabat secũdo. Rursus uerũ qddã iã mihi poste a
pmitte & ãnue uel nega. Postq̃ nullus ĩest deis metus. ut bñ sciã quãtũ ego
inter oẽs ignobilissima dea sum. Ille aũt ualde suspirans affatus est nubium
aggregator iuppiter: Certe iam pernitiosa facta es quoniã me ĩimicari man/
des iunoni: quãdo me lacerat cõuiciatoriis uerbis. hæc autẽ & gratis semper

inter ĩmortales deos conuitiis afficit & me ait pugna troiani auxiliari. Reliqua uide primo Iliados. hoc ergo apud Homerũ est. Thetis quoniã Ioui auxiliũ tulerat acceperat pro filio cõditionem breuis quidẽ uitæ: sed gloriosæ qm̃ utramq; habere nõ potuit. Cum uero Agamẽnon ablata Creseide achilli Breseide puellam abstuliſſet. Achilles indignabũdus abstinuit a bello: in qua re maximã gloriã cõsecutus est. eo enĩ cessante græci sæpe in turpem fugam uersi sunt/sæpe oppetierũt. eo aũt iterũ pugnãte iterum uictores effecti unde clarũ fuit oẽm exercitus salutẽ in uno achille cõsistere. Quia uero uerba homerica posui. ut etiã figmẽta ptim ex me intelligas. accipe hæc. Neptunus. i. aqua. iuno. i. aer. & minerua. i. æther uoluerũt colligari iouẽ. ipse enim est aĩa mũdi & magnus ille spiritus qui oĩa intus alit. uel intelligũt q̃ chaos in quo elemẽtorũ erat cõfusio iouẽ. i. uirtutem uitalẽ cõtinuerat: sed Thetis quæ uirtus generatiua est ipsũ liberauit. Quod apud æthiopas iouẽ dicit manere & duodecimo rediturũ. Macrobius per iouẽ solẽ intelligit: qui. xii. horis apud æthiopas tanq̃ antipodes est. Alii dicũt ipsos primos fuisse religionis autores. Plato etiã dicit iouẽ cũ ceteris deis in. xii. exercit⁹ (propter. xii. zodiaci signa) diuisos ad æthiopas solitũ ire. homer⁹ ergo scite subticuit substantiuũ dicẽs duodecimo. non addens die. neq; aliud quicq̃. Quod autẽ in niualẽ olimpũ dicit ad olimpũ increta. unde Iuppiter ortus alludit. cõfundit enĩ res hoĩum & deorũ. Nã dũ deos introducit Humanã uitã describit: quo circa Iunonẽ timet iuppiter: eamq; cõsilia celat: Dicitq; obiurgari solitã etiã sine causa: & multa alia quæ mulierũ cõditionem notãt. Quia igitur achilles breuis uitæ fuit quãuis clarus patet q̃ nihil est ab omni parte beatũ. Graphice aũt hæc omnia quæ modo diximus Horatius duobus adiectiuis tetigit dicens. Clarũ achillẽ. Abstulit cita mors. Mortẽ aũt ei⁹ homerus nõ describit: sed ut dicit Statius in hectore tracto sistit: Neq; uero decore eius mortẽ executus fuisset cuius uitã semper laudauit. glorioſissimũ autẽ eius facinus fuit hectoris occisio: quãuis nõ desint: qui e diuerso ipsum ab hectore cæsum dicant. Ad imitationẽ autẽ Homeri. Virgi. morte turni opus suum de Aenea clausit. Quapropter suffragandũ nõ est Donato & aliis qui Virgiliũ nisi præuentus morte fuisset. xxiiii. libros cõpositurũ fuisse dicũt & usq; ad Augustũ res gestas inclusisse. Nam quod dicit Genus unde latinũ Albaniq; patres atq; altæ mœnia romæ. Nõ indicat ipsum de Albanis patribus uoluisse scribere/aut de ipa roma: sed opæpciũ eẽ ut scribat de eo uiro a quo genus latinũ quod mutari potuit sub suo noĩe permãsit: a quo albini patres. atq; altæ mœnia romæ orta fuerũt. Multa aũt sunt quæ ipsum uõ ultra progressurũ fuisse indicãt. primũ q̃ Homeri utraq; uolumina senis libellis æquiparare uoluit. quia igit̃ ad imitationẽ odysseæ uirũ sex libris perscripsit ueriſimile est ipsũ arma nõ pluribus fuisse perscripturũ. Deinde ut mõ dixi. si Homerũ imitari uoluit in glorioſissimo Aeneæ facto persistendũ fuit. Tũ q̃ de morte eius uiri dicere nephas fuit aliter q̃ in primo dixerat. Sublimemq; feres ad sydera cæli magnanimũ æneã. Tertia dũ latio regnãtẽ uiderit æstas &c. Nouissimo q̃ si albanos romanosq; reges scripturus fuisset/nõ eos in sexto tã anxie recẽ fuisset. Nec in descriptõe clypei æneæ romana gesta tetigisset. Sed nimiũ de uagamur forte inepti magis q̃ iutiles. De morte aũt achillis alii hoc tradũt.

Mors achlis

Postq̄ polyxenā priami filiā induciarū tēpore incautius ꝓspectā depibat fœdus omittēdi belli cū troianis se ꝓcussurū recipiebat: si eius mō potiret̄ connubio. Spōdet priamus. ille quoq; fidē dat sibi uxorem fore. Interea abeo cessatur. arguit̄ partim perfidiæ partim effœminati animi. ꝓuocatus igitur a suis bellū instaurat: fœdus uiolat. Troiani aūt quos ignaros rerū putauit: die nuptiarū insidias pararūt. Nā paris: dum in tēplo apollinis uirginē duceret: post simulachrū dei latitās calcē eius. telo percussit. in qua sola corpis parte letali uulnere confici potuit. Nam Thetis mater eius duxerat ipsū ad stygeā paludē: īmortalēq; ad quācūq; partē aqua pertingeret reddidit: sed dum nimio studio ipsum stygiis aquis obrueret. posteriores pedū partes quib⁹ ipsū tenebat nō mutatis manibus. ab ipsa stygе arcuit. itaq; in ea sola parte mortalis māsit. Quā rem ubi animaduertit queritᵉ. Thetis apud Spatiū in achilleide dicens: si te stygis amne seuero Armaui totūq; utinā. Quia uero paris eas partes ferire potuit dicit Virgilius ipsum phœbo duce hoc effeciſſe. unde in sexto Phœbe graues troiæ semp miserate labores dardana qui paridis direxti tela manuſq; Corpus in æacidæ. Et hæc de achille.

Tithonus

Tithonus laumedontis frater & priami patruus relicto fratri imperio in oriētales partes concessit: ubi rerū ampliter potitus ab aurora adamatᵉ: eamq; cōiugem ducit: ex qua mēnona genuit quem Homerus Troianis auxilio ueniſſe dicit in nigris armis quæ mater abuulcano impetrauerat. unde Virgilius Nūc quibus auroræ ueniſſet filius armis. & alibi. Et nigri mēnonis arma. Tithon⁹ aūt senio cōfectus in cycadā uertitᵉ. ut est apud Ouidiū. Quod igitᵉ fingitᵉ quia senilem garrulitatē īmunito iam corpore retinuit. unde ad rem respexit Horatius dicens. Longa tithonū minuit senectus. Quod uero aurorā duxit testatᵉ Virgilius in quarto Aenei. Et iā prima nouo spargebat lumīe terras Tithoni croceum linquēs aurora cubile. Quæ res efficta est propterea q; orientales plagas. unde aurora nasciᵉ obtinuit. Clarescit ergo nihil exꝺomi ꝑte beatū: qa aut breuis aut laboriosa ætas omnibus datᵉ unde in de arte poe. multa senem circūueniūt īcōmoda. Et apud Iuuenalē satyra decīa qd aliud canit q̄ infœlicē senectā tot morbis. tot aduersis. malisq; opprimi? Et mihi forsan tibi qd negarit Porrigit hora. Dictiones quæ tēporis partē certam importāt ut hora: dies: annus. ætas. si pro tempore accipiantᵉ. adhuc ꝓportionē seruant. ut hora pro breui tēpore semper capitᵉ. ut illo. Et quācūq; deus tibi fortunauerit horam. ideſt quodcūq; breuiusculū tēpus. Dies aūt plusculū tēpus notificat: quocirca epitheto iuuatᵉ: ut quā nec longa dies pietas neq; mitigat ulla annus uero lōgū satis cōnotat. ut apud Terētiū dū comūtur dū conatᵉ ānus est. i. lōgū tēpus ætas uero adhuc lōgius ut iamdudū ætatē. i. ualde diu. quātū durat ætas Itaq; hora/me iudice/hic paruū tēpus significat ut sit sententia Nihil est ab oī parte beatū. quia neq; achilles in bello neq; Tithonus i ocio iam plene beatus fuit. at ne tu quidē q̄ oīes diuitias possides. Immo nō longius a beatitudine sum paup: q̄ tu opulentissimus: quādo quidē fortassis hora mihi porriget ultro offeret quod negarit tibi. hoc est fortassis tu cras languebis ego ualebo. tu spoliaberis ego ditabor: tu morieris infœliciter/ ego beatius uiuam. Nō ergo res hoiem beatū facit: quā tam cito amittere possumus. Te greges centū &c. specificat & declarat illa ꝓnoia tibi & mihi. tibi

Dictiones tēporales

inquã quẽ centũ greges ſiculæq; circũ mugiũt uaccæ. mihi aũt cui Spiritum graiæ tenuẽ camœnæ Parca nõ mẽdax dedit Ordo eſt centũ greges ſupplebalant circũ te & cẽtum ſiculæ uaccæ mugiũt circum te: & equa apta quadrigis tollit tibi hinitũ & lanæ bis tinctæ aphro. ideſt tyrio murice hoc ẽ dipha/ba tyria ueſtiũt te. at parca nõ mendax dedit mihi parua rura & tenuẽ ſpirĩ/tũ graiæ camœnæ ideſt lirici carminis cuius graii inuẽtores: & ſpernere ma/ligniũ uulgus. Grex dicit a cõgregando quæcũq; ergo aĩ alia gregatim pa/ſcunt gregem cõſtituunt. Quinetiã de omni aĩ alium cõgregatione grex di/citur Cicero Cædit gregẽ armẽtorũ: Armenta autẽ tamẽ maiorũ animaliũ ſunt: ab armis ut uolũt dicta. Solet aũt grex maxime ad oues referri. q; ſi hic ita ponat nõ dices centũ greges mugiunt circum te. Mugitus enĩ propriæ thaurorũ eſt. unde Virgi. ſecũdo Aenei. Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram. Thaurus & incertã excuſſit ceruice ſecurim. Vaccæ boant. Vtrũq; ta/men utriq; cõuenit. unde hic mugiunt uaccæ. Seruius aũt oſtendit apud Vir gilium nõ raro duo cõſtructibilia cũ uno tertio poni: quoꝝ alterũ dumtaxat illi conuenit. Alterius uero appoſitiuũ foris acciendũ eſt. Vnde illud in. xii. Diſce puer uirtutẽ ex me uerũq; laborem fortunã ex aliis: ſupple elige. Non enĩ poteſt quis fortunã diſcere: ſic hoc loco. uaccæ mugiũt & greges ſupple balãt. uel accipe gregẽ generaliter. & tñ p ſolis thauris epithetõ admittet: Siculæ uaccæ laus a loco. ſunt enim illic optima paſcua. unde in buco. Mille meæ ſiculis errant in montibus agni. In italia autẽ magnorũ uitulorũ copia dicit. unde ſecũdũ Gelliũ italiæ nomẽ quidã deducunt. Tibi tollit hinnitũ uerſus hypermeter quia abundat ſyllaba/quæ legitime per ſequẽtẽ uocalẽ abiicit. Sicut i ſexto Aenei. quæ gratia curruũ. Armorũq; fuit uiuis &c. Sũt tamẽ qui malint utrobiq; dictionẽ cõcidere q̃ hypermetrũ facere. legentes in Virgilio currum pro curruum: & hic hintum pro hinnitũ. Cum tamen ſæpiſſime cogãtur ipſum admittere. leges ergo rectius hinnitum. & eſt hinnitus equorum: nomen ab re ipſa & ſono uocis uerſum. Quando autem equa hinnitum tollit ſignum ẽ generoſi animi: facit autẽ aut pulli aut maris deſiderio. Apta quadrigis. altera laus. nam quadrigiſ quæ ex quattuor equis ſũt optima queq; addicũtur inuenta. Aphro murice. ideſt purpura tyria quæ ga bis tingitur dibapha a græcis uocatur. Purpura autem conchilis ſpecies eſt quæ minor maiorq; inuenitur: ſed minor buccinum appellatur. Viuunt purpuræ ſeptem annos liquor ille quo ueſtes inficiebant in mediis faucibus eſt in candida uena: neq; extrahitur niſi a uiuentibus. Nam illum ſimul cum uita euomunt. Purpura ait Plinius in de naturali hiſtoria. Diſtinguebat Senatores ab ordine equeſtri. Lingua ipſius purpuræ eſt digitalis: ſed tantilli ineſt duricies: ut reliqua conchilia perforet: et ſic paſcatur. A qua dulcine catur: alioquin capta uiuit ſua ſaliua quinquagenis diebus. Variis in locis cupiebatur. maxime circa tyrum & circa tenarum promontorium laconicæ regionis. Varii colores ex uarietate coquendi: atque ex uariarum rerum admixtione fiunt. Laudatur Tyrius qui in colorem ſanguinis concreti nigrans aſpectu: idemq; ſuſpectu refulgens. Vnde ab Homero ſanguis ipſe purpureus uocatur. Et apud Virgilium. Purpuream uomit ille animam. Cornelius nepos qui ſub Auguſto uixit uiolaceam purpuram:

Grex

Mugitus

Purpura

tunc in precio fuisse cõmẽorat: fuit & bibapha.i. bistincta: fuit & amethystus al pilli precio seu colore noiatus. Hic color rursus tyrio admiscebat. unde erat Tyri amethystus. Purpura itidẽ cocco admixta colorẽ suscipiebat quẽ bissinũ appellãt. Longior (inquit landinus cuius hæc uerba) sim si quæ de purpura a Plinio scribunt in medio proferã. Verũ Seruius addit & nigriorẽ colorẽ quæsitũ quẽ a ferrugine nominat Virgilius in Georg. Cum caput obscura nitidũ ferrugine texit. Et alibi. Et ferrugine clarus hibera. Hæc landinus hoc loco. Idẽ secũdo Geor. ad illud. Illum nõ populi fasces nõ purpura flexit. Semp Romæ fuit usus purpuræ. ut ait Plini. Sed Romulo in trabea. Tu. hostilio in toga prætexta & latiore clauo Tẽpore cornelii nepotis uiolacea purpura uiguit. deinde rubra tarẽtina. inde cõsule Cicerone bibaphatyria. Hæc ibi. Hoc loco idẽ sic pergit. Sed ut ad poetã redeã. Bis tinctæ. i. bibaphæ. Murice ꝑ purpura posuit. Virgili. Tyrioq; ardebat murice lena. Nõnũq̃ murex asperitatẽ significat saxi: Idẽ in quinto Cõcussæ cautes & acuto in murice remi. Obnixi crepuere. Muricẽ mutian⁹ ait eé latiorẽ purpura: neq; aspero neq; rotũdo ore: neq; in ãgulos ꝓdeũte rostro: sed simplice cõchautroq; latere sese colligẽte. Latẽt aũt ut inqt Plini⁹ circa canis ortũ & uerno tẽpore cõgregãt. Aphro ut oẽs cõmẽtarii dicunt posuit ꝓ Tyrio: qa inde Carthaginẽses qn & aliæ inqt Lan. plures in aphrica erãt phœnicũ coloniæ

Murex

Spñ tenuẽ. i. subtilẽ: purũ limpidũ & æthereũ. nõ enĩ hoc loco accipio tenuẽ. i. pauperẽ: qa ut supra disputauim⁹: minerua quæ dea ingenii dr ẽ purior ille & supior igniſ quẽ & æthera uocamus. uñ poeta nr̃ oĩa piguia præter ingeniũ sibi optat ĩ sermõibus cũ dicit/ Pingue pecus dño facias & cætera præter Ingeniũ. Graiæ camænæ. i. liricæ a græcis inuẽtæ uel reuera totius poeticæ cui⁹ græci primi studiosi fuerũt. Idẽ exoptat ĩ primo oĩm carmĩe. Me doctarũ hederæ præmia frõtiũ. diis miscẽt supis me gelidũ nem⁹ Nympharũq; leues cũ satyris chori Secernunt populo: si neq; tibias Euterpe cohibet: neue polymnia Lesboũ refugit tẽdere barbaton. Quod si me liricis uatib⁹ inseris Sublimi feriã uertice sydera. Idẽ ad apollinẽ. Frui paratis & ualído mihi Latoe dões: at ꝑcor ĩtegra Cũ mẽte. nec turpẽ senectã degere nec cythara carẽtẽ. Parca nõ mẽdax dedit. uult sibi a natura fatoq; datã esse poeticen: aliter enĩ frustra conaret: qa ut aiunt poetæ nascũt: magisq; benignitas naturæ: q̃ doctoris diligẽtia ad uerũ poetã facit. Parca ergo nõ mẽdax: qa fato⁊ quoq; ꝑcæ sũt administratrices certe⁹ ẽ cardo. Dari quoq; ad fata ptinet. ut ẽ mihi hoc datũ &c. Malignũ uulgus spernit/ ꝙ a ciuili administrarioe ĩmunis ẽ. sicut ipe poeta nr̃: q ut attestat in prima epistola potuit cũ eẽt ĩ dignitate. iudiciali officio fũgi: sed quia cognouit paucos ĩ foro ciuili senescere: oẽsq; reipublicæ administratores ꝓpter malignũ & infidũ uulgus in piculo pereũdi eẽ: sese ad ocia auocauit. unde ait. Quod si me populus roman⁹ forte roget: cur Nõ ut porticib⁹: sic iudiciis fruar iisdẽ. Nec sequar: & fugiã quæ diligit ipe uel odit. Olim qd uulpes ægrota cauta leoni. Rñdit referã: qa me uestigia terrẽt. oĩa te aduersũ spectãtia: nulla retrorsũ Belua multo⁊ capitũ es: nã qd sequar aut quẽ? &c. qb uerbis tãgit apologũ esopi. Cui⁹ qm̃ ad rẽ nr̃am cõducit hæc sũma. Leo rex aĩ aliũ ægrotus oĩbus feris ut se uisitẽt & in curiã cõueniãt edixit per ꝑconẽ. Venerat ceruus. uenerat caper. uenerat aper. uenerat ursus. &

reliqua id genus aīalia/quæ ſingula ꝓ neceſſitudine ſua leo deuorauit. Tan/dē uenit uulpecula ſcrutabūda ueſtigia ad regiā tendētia & cū oīa intro nulla intus ferri uideret ad oſtiū curiæ ſtabat ꝓſpectās: quē cū leo famelicus ꝓſpi/ceret: nec tñ ſe ꝙ ſauci? eſſet leuare poſſet: huc ades inquit amica quid ꝓſpe/ctas. Nēpe inquit ueſtigia rex metuendiſſime terrēt me. uideo multa aīalia iſtuc uētaſſe: ſed egreſſum nullū. bñ ſit inquit regiæ maieſtati: ego priuata' de gam in ſecuritate. Simili modo & Horatius populū uitauit. quia belua multa rū capitū eſt. quod uni enī placet alteri diſplicet. Vñ eſt Tot capita tot ſenſus Verum qui priuatus degere poteſt: poteſt malignū ſpernere uulguſ. Ad quæ ſatis ſequens ode conformis eſt.

Ad criſpum Saluſtiū de liberalitate/

VIlus argento color eſt auaris
n Abdito terris: inimice lamæ
Criſpe ſaluſti: niſi temperato
Splendeat uſu
Viuet extento proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes
Latius regnes auidum domando
Spiritum: q̄ ſi lybiam remotis
Gadibus iungas: & uterq; poenus
Seruiat uni
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit: niſi cauſa morbi
Fugerit uenis: & aquoſus albo
Corpore languor
Redditum cyri ſolio phrahatem
Diſſidens plebis numero beatum
Eximit uirtus populumq; falſis
Dedocet uti
Vocibus: regnum & diadema tutum
Deferens uni: propriamq; laurum
Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

n VIlus argēto. Carmē eſt en decaſyllabum ſaphicū in trib? primis uerſibus: q̄/lia ſuperiora argumentū quoq; non diſſonum a præpoſitiſ. Ordo quoq; uerborū minime implicit?: proinde Acrone paucis additis nūc cōtēti erim? cui? hæc uerba. ACRON Nullus argēto color eſt auaris abdito terriſ. Auaræ enī terræ dicunt: cū id inſe recipiunt quod nō amplia to reddūt fœnore. Saluſtium criſpū alloquit' hiſtoriographum: eqtē romanū augusti amicum libertatem & magnificētiā animi eius deſcribens. Argentū autem pro pecunia abdita in theſauris

dixit. Sensus autem hic est. diuitiarum splendorē nullū esse nisi honeste in usu fuerit. Auaris autem recondendo crescit sola cupiditas: ut Iuuenalis. Crescit amor nūmi quantum ipsa pecunia crescit. Vnde & hydropici morbo comparauit hoc uitiū quod nimietate sitis & potus desiderio crescente ægritudine uelut uterus augeat. Inimicæ lamæ. Lamam p infabricata & rudi materia argenti posuit: quæ obscuratā ab auaris celata & uult intelligi Saluſtium non occultare diuitias. Temperato usu: ne crederetur prohibendo auraticiā suadere luxuriam. Viuet extento proculeius æuo. in perpetuum ut Viuusq; p
Proculeius ora feretur. Proculeium equitem romanum laudat amicum Augusti: qui pius sic erga fratres suos Scipionem & Murenam fuit: ut spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret: quod cum eis iam ante diuiserat Animi paterni. qui paternū fratribus impenderet amorem. Illum aget penna: id est ducet per noticias omnium fama superstes: quæ boni facti perpetua manet. Nec penna eius: id est uolatus ad posteros solui potest. Volare enim famam & Virgilius ponit Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. Latius regnes auidum domādo spiritum. Latius inquit regnes cupiditatem uincendo q̄ si per uniuersum mundum possessiones extendas.

Gades Gadibus iungas. Gades autem oppidum est in hispania a poenis conditum aut quia in parte africæ ponitur quicquid freto aut gadibus separatur: ideoq; utrūq; poenum dixit locis diuisum. Vel certe quia carthago & in hispania est quam Spartaciam uocant. Vterq; poenus. i. orientis & occidentis africanus: Indulgens. impendens. ut Indulgent uino & uertūt crateras ahenos. Dirus
Hydrops hydrops. Hydrops subcutaneus est morbus de uitio uesicæ natus cum anhelitu fetido & inflatione turgente. Est autem hydropico proprium: ut quāto amplius bibit: tāto amplius sitiat. Dirus pernitiosus. Albo pallenti ut Persius Turgidus hic epulis atq; albo uentre lauatur. Diffusus enim humor omne inficit corpus. Sensus ergo est: ac si diceret. Sicut sitis nisi ægritudine uicta non tollitur: ita auaritia & cupiditas nō satiatur nisi ante animo in sanitatem
Phrahates continentiæ reuocato. Redditum cyri solio phrahatem. Cyrus qui primus regnauit in perside. Phrahates rex persarum cyri filius. hic a parentibus destitutus regno pulsus est: & a pragmenis philosophis indorum susceptus & eductus est. Postea regno redditus magno iustitiæ & continētiæ documēto gessit imperium. Alii dicūt ei ab Anthonio ademptū imperiū & per Augustum postea restitutū. Vult ergo ostendere non sicut uulgus putat beatam uitā regnum aut diuitias facere: sed sapientiam. Dissidens uirtus discrepans: nec habēs aliquid cū insipiētibꝰ & plebe cōe. Ordo est. Virtus beatoꝝ. i. sapiētia quæ nō est apud plebē dissidens nūero plebis eximit Phrahatē redditū solio cyri. & regnū & tutū diadema deferēs uni. & ppriā laurū. dedocet populum uti falsis uocibus: Quisq; scilicet spectat ingētes aceruos irretorto oculo. Nā q̄si supiora exponēdo hic dicit. Eximit effert. Dedocet: dedocere cupit: desuescit: aut dissuadet populū bñ dicere eū: q diuitiis utat. aut certe loq falsū ppt hoc q̄ factiōe eiect⁹ Phrahates regno sit. Propriāq; laurū. p laurea hocē spāli gloria: q̄ nō uirtuti exercitus sed prudētis cōtinētiæ debet ppetua. Irretorto. irreflexo a iustitia uel a cōtinētia oculo ad cupiditatē. A ceruos pecūiæ cumulos. Virg. Acuelut igētē formicæ farris aceruū Cū populāt. hæc Actō.

n Vllus argẽto &c. Crispus Saluſtius hiſtoriarũ nobiliſſimus ſcriptor prodigalitatis uitio notatus eſt, ut ex eius uita oĩbus cõſtare põt. eã rem Horatius amico uocabulo liberalitatẽ interpretari uidet: commẽdat ſiquidẽ ſplẽdidum rerum uſum. Qua in re admoniti ſcimus poetas & oratores dũ panagyrica cõſcribunt: non ſemper deſcribere quales uiri ſint: ſed quales eſſe deberẽt: Itaq; hoc loco Saluſtiũ ad temperatũ uſum adhortatur. ſiue ex ꝓdigalitate in qua iuuenis laborarat: ſiue reuera ab auaricia ad quã iam ſenior pronus erat: faciũt enĩ omnia quæ hic ponũtur potius cõtra auariciam q̃ prodigalitatem. Vtitur aũt ſtatim in principio metaphora auaſis argenteis quæ niſi in temperato uſu ſint nõ ſplendẽt ſic nec argentea pecunia mitorem habet niſi in uſu ſit. Auaris terris dixit: quia aut dicit Acron nihil ultra ſortẽ reddũt. Vel auaræ terræ ab effectu ſunt ut. iii. Aenei. Heu fuge crudeles terras fuge littuſ auarũ. Vel ideo auaræ terræ. quia poſtq̃ quis argentũ defodere cœperit indíes magis effodere cupit. Fama ſuperſtes dicitur quæ ſuperſtat. i. perſtat & manet uiuens ubi is de quo fama habet occiderit. ſicut homo ſupſtes dicit: qui reliquis defunctis ſuperuiuit. quia autẽ ex longo ſenio deliraramus: ſupſtionẽ dictã uolũt a ſupſtite. Latius regnes ex ſtoicorũ paradoxo ſolũ ſapientẽ eſſe diuitem. auidũ ſpiritum quia res nõ uituperatur ſed cupiditas. unde dictũ a ſaluatore noſtro. Beati pauperes ſpiritu: quã rem non miraberis ab aliis quoq; dictam. quia uerũ uero ſemper quadrat Vterq; pœnus: id eſt tam is qui in hiſpania q̃ is qui in punica regione ẽ. Remotis hic nomen eſt. & eſt ordo tu regnes latius domando ſpiritũ. i. animi cupiditatẽ: q̃ ſi iũgas lybiã gadibus remotis. i. longinqs a lybia. Et uterq; pœnus tã is q̃ gadibꝫ eſt q̃ is q̃ in lybia ſeruiat tibi uni. Gades hiſpaniæ urbs eſt nõ ꝓcul a calpe colonia tyriorũ ut Straboni placet. ponit ergo ꝓ hiſpania quæ anguſto freto ab africa diuidit. ſolet aũt poni ꝓ lõgiſſima occidẽtis plaga. Vñ Iuue. in prĩcipio decimæ. Oĩbꝫ in terris q̃ ſunt a gadibꝫ uſq; Aurorã & gangẽ pauci dignoſcere põt uera bona &c. Hydrops. hydropiſis græcũ uocabulũ latine ſubcutaneus morbꝫ dicit: qm̃ ſub cute aq̃ ſit q̃ uẽter tumeſcit. Vñ ab aq̃ quæ græce ὕδωρ dicit denoĩat. Et qa ignis & aq̃ cõtraria ſũt: ignís uero qa calidus nigredínẽ inducit cõſequẽs ẽ ut aq̃ frigida albedinẽ pariat Vñ dixit albo corpe. Redditũ cyri. Vidimus ordinẽ acronis. poterim⁹ etiã facilius ſic cõſtruere. Virt⁹ diſſidẽs numero plebis. i. ſapiẽtia q̃ paucis cõtingit & a numero. i. multitudine plebis diſſidet. eximit phrahatẽ beatũ. i. fœlicẽ reddit ſolio cyri. i. impio pſidis nũero plebis. i. facit iꝑm egreginm & dedocet populũ uti. i. docet ne populus utatur falſis uocibꝫ appellãdo reges beatos. Virt⁹ inq̃ deferẽs regnũ & tutũ diadema & ꝓpriã. i. meritã lauꝛ. uni. i. ſoli ſub audi illi qſqs. i. qcũq; ſpectat ingẽtes aceruos. i. cumulos auri & argẽti. oculo irretorto. i. nõ reflexo p cupiditatẽ. Cyrus rex perſarum primus fuit a cane ut inquit Iuſtinus mirifice nutritus. quem diuitias in amicis habuiſſe quos diuites & beneficos effecit litteræ atteſtãtur. huic filius inquit Acron Phrahates ſucceſſit. Sed meo iudicio de eo nunc non loquitur: immo de eo cuius in epiſtolis ſic meminit. Cantaber agrippæ claudi uirtute Neronis Armenius cecidit ius imperiumq; Phrahates Cæſaris accepit genibus minor. Phrahates
Vbi Acron Phrahates rex pſarum fuit quẽ pulſum a ciuibus regno reddidit

cæsar. hic autē uict⁹ Tyberio se ædidit. Et signa romana quæ capta cū Crasso fuerat reddidit. Dicit ergo poeta nō hic. Nō eū diuitem esse atq; beatū q ma gnis ditionib⁹ præsidet. sed cui uirtus cōtingit: q̄ diuti⁹ sine cōcupiscētia aspi cere pōt: atq; eas sine dolore amittere. Is etenī solus liber est: quem neq; res neq; aīmus seruitio premit. Postq̄ ergo Phrahates redditus ē imperio didicit falsam eē opinionē existimātiū solos reges beatos eē. īmo cognouit eū bea tiorē q nihil nimiū cōcupiscit: atq; ita nil ægre amittit: q̄ qui omnia possidet. Quod aūt hic redditus sit solio Cyri nō facit ut credam⁹ ip̄m fuisse filiū Cyri sed successorē dūtaxat. Nā ut de Latino docet Virgilius in septimo ubi dicit. & solio medius cōsedit auito. reges soliū regale cōseruabāt in quod coronā

Solium

di recipiebant. Itaq; solio cyri. i. regno cui⁹ coronā in solio susciebāt. So liū aūt regia sedes dicit eo q olim erat solida. i. ex solido ligno uel lapide: ne p̄imas aut iūcturas qs regē adoriri posset. Dissidēs. i. diuisim sedēs: cōponit a dis & sedeo quia media ē breuis. Numero. i. multitudine ut. ii. Aenei. Illicet

Dedocere

obruimur numero. Dedocere ut alio loco diximus est cōtrariū eius quod est docere. hoc ē docere falsum esse quod qs didicit. Dedocet ergo populū uti falsis uocib⁹. i. docet populū ne ampli⁹ reges beatos appellet ꝓpterea q

Diadema

late regnent ut solitus est. Diadema est fascia linea q̄ reges caput priusq̄ co rona ponerent circūligabāt. Nā διαδέω græce circūligo significat. Quapro pter cū Pōpeius ꝓpter ictū crus obligasset fascia audiuit a prætereūte plebeo mordax illud dictū. Nihil interest q̄ parte corporis diadema ferat Pōpei⁹ dū modo regnet. Ast Alexāder uehemēter suos offendit: cū post uictoriā habi tā de persis: depositō lineo simplicique diademate patrio: persicū auro purpu raq; ornatū sūpsit. Irretorto decōpositæ formæ ē. simplex enī est tortū. cō positū retortū. decōpositū irretortū: torq̄mus oculū ad rē aliquā q̄n affecta te aspicim⁹. Retorq̄tur oculus ab ipsa re q̄n species rei uisæ p oculū susceptæ attrahūt ip̄m & retorquēt. i. coguntur secūdo iā captus amore respiciat. uel reuera repellūt uiolēter ip̄m oculū ut etiā mentē tangāt sicut aqua retorque tur q̄n uiolēter repellit sicut de Tybri primo carminū dicit. Vidim⁹ flauū ty berim retortis littore ethrusco uiolēter undis &c. Irretorto ergo oculo aspi cit qui uidet dūtaxat neq; mouetur cupiditate.

Sequitur quartus Siluarum insitam continens de uoto faciundo.

Res ordines siluarū iā cōposuimus. Primū quo terrā colere: nociua
t euellere: frugifera cōserere docuim⁹. Secundū quo fragilē minoris mūdi. i. hoīs plātationē demōstrauim⁹. Et tertiū quo maioris mūdi fluxā uilēq; siluā largiter deduxim⁹: & neminē intā uasto mūdanarū rerū nemore: beatitudinis fructū colligere posse ꝓbauim⁹. Nūc uero nō sim plicē utī supioribus: sed unā uariis insitis multiplicē arborē interserem⁹. Qua qd optādū sit paucis explicabim⁹. Et ex tribus satyricis quo ordine scripserūt tris insitas cōgregabim⁹. Ex Horatio unā qua discem⁹ simul qd nō optādū & qd optādū. Ex Persio: quo sacrificio uota faciūda sūt. Et ex Iuuenale plenissi me qd in hac mortalitate optare debeam⁹. Itaq; ne lōgū faciā rē aggredior.

Q. Horatii Flacci primo carminum ode .xxxi. qua quid ab Apolline petendũ sit describitur.

Vid dedicatum poscit apollinem
Vates: quid orat de patera nouum
q Fundens liquorem: non opimæ
Sardiniæ segetes feraces.
Non æstuosæ grata calabriæ
Armenta: non aurum: non ebur indicum
Non rura quæ lyris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis.
Premant calena falce quibus dedit
Fortuna uitem: diues & aureis
Siccet mercator cululis
Vina syra reparata merce.
Diis carus ipse quippe ter & quater
Anno reuisens æquor athlanticum
Impune. me pascunt oliuæ
Me cycoreæ leuesq; maluæ.
Frui paratis & ualido mihi
Latoe dones: at precor integra
Cum mente: nec turpem senectam
Degere: nec cythara carentem.

VID dedi/ q catuꝫ poscit apol/ li. &c. Metrũ du obus uersibus al caicũ. tertius dí/ meter iábicꝰ no/ uenarius hyper/ catalecticꝰ. quar tus pidaricus. de quibus oibus di ctũ est in illo car mine secũdo hu ius. Heu heu fu/ gaces posthume &c. Argumẽtũ huiusꝯ odes Acrõ & imitator eius Porphiri. sic po/ nunt. Apollinis tẽplũ in palatio dedicauit Augu stus: sed Apolli/ nẽ pro tẽplo po/ suit methonomi ce. & significat modestiãuotoꝝ suorũ: negans se ab apolline quæ ad cupiditatem aut auariciã spe/ ctent petere: sed bonã mentẽ bonaq; corporis usq; ad senectutẽ præstari cum lyrico studio. Putaꝫ tamẽ diuerse Hora. Apollinẽ dedicasse ad quẽ hæc scri/ bit. Hæc Acron. De tẽplo ab Augusto dedicato sic Suetonius in uita Augu/ sti dicit. Tẽplũ Apollinis ea parte palatinæ domus excitauit: quã fulmine ictã desiderari a deo aurusꝑpices ꝓnunciarent addita porticus cũ bibliyotheca lati na græcaq;: quo loco iam senior sæpe etiam senatũ habuit decuriasq; iudicũ recognouit. Hæc ille. Ad hoc templũ omnia idoneoꝝ poetarũ opera affere bãtur. Vñ in epistolis Scripta palatinus quæcũq; recepit Apollo. Et Persius. Ad sacra uatũ carmen affero nr̃m. Malim aũt hoc loco suffragari posteriori opiniõi Acronis ut de Apolline priuate ab Horatio dedicato intelligaꝫ. Nã in carmine p̃cedẽti uenerẽ in ædẽ a glycera dedicatã uocitat dicẽs. Ouenus regina gnidi paphiq; Sperne dilectã cyprõ & uocãtis Ture te multo glyceræ

decoram Transſer in ædem. Sicut ergo puellæ uenerem obſeruant. ita poe/
tæ in cuius tutela ſunt Apollinem. Moris præterea erat: ut uota de ſimula/
chro conſtruendo & dicãdo deis facerent. Vñ illud bucolicũ Virgilianum
ad Dianam. Si proprium hoc fuerit leui de marmore tota Puniceo ſtabis ſu
ras euincta cothurno. Et paulo poſt. ad priapũ. Nos te marmoreũ pro tẽpo/
re fecim⁹: at tu Si fœtura gregẽ ſuppleuerit aureus eſto. Precaturi ergo a de/
is ipſis ſimulacra conſtituebant. Vnde Horatius dicit nunc dedicaſſe Apolli
nem non ut ab eo diuitias: ſed ſanitatem mentis & corporis petat. Ordo eſt.
Quid uates. i. poeta poſcit Apollinẽ dedicatũ a ſe uidelicet? quid uates fun/
dens de patera nouũ liquorẽ poſcit Apollinẽ? Nõ ſupple poſcit feraces ſege
Dedicare tes opimæ ſardiniæ. At precor integra cũ mente &c. Dedicare cõpoſitũ eſt
a de & dico. Dicamus aũt alicui aliquid: quãdo id ipſi ſoli & peculiariter addi
cimus. ut quotiẽs domũ aliquam deo⁹ ſacrificio addicimus: aut mulierẽ uni
uiro deſtinamus. Vñ eſt in primo Aenei. Cõnubio iungã ſtabili ꝓpriãq; dica
bo. Dedicare aũt augmẽtum habet. Nã tunc quid dedicat deo quando ipſi
ſanctũ efficit nephaſq; eſt ad alios uſus cõuerti. habet aũt peculiarẽ notionẽ
Dedo præpoſitio de i huiuſmodi uerbis dedo. dedico. deſtino. deuoueo &c. Nam
ut inquit Donatus. Dare eſt quod repetas. Dedere eſt ad perpetuũ. Damus
& amicis. Dedimus tm̃ hoſtibus. Hæc ille. Dicamus etiã aliis. dedicam⁹ aũt
Deſtino ſoli deo. Deſtinare quoq; non eſt ut imperiti putãt mittere. ſed aío addice/
Deuoueo re. Deuouere eſt ſe ꝓ utilitate alterius uitãq; ſuam alicui uouere. ut deuotus
deo eſt qui ne mortis quidẽ periculo deũ derelinquat. deuotus reipub. qui
pro repub. etiã mori paratus eſt. Vnde Iuuenalis ſignificans uirũ alterius ſer
uitio maxime obnoxiũ introducit dicentẽ. Quod ni tibi deditus eſſem deuo
Poſco tuſq; cliens uxor tibi uirgo maneret. Poſcit Apollinẽ. uel hoc uerbum ſatis
indicat Apollinẽ ab Horatio dedicatũ. Nã poſcimus ꝓprie rem debitã. & ut
inquit Donatus imperioſe. Petimus precario: poſtulamus iure quaſi rem iu/
ſtam. Idem Seruius. Idem Valla. Idẽ Sulpitius Verulanus. atteſtat: Si ergo
poſcimus rem debitã: uidet deus Horatio debere ob dedicatũ ſimulacrum.
Hinc eſt illud Perſianũ ad Macrinũ. Nõ tu prece poſcis emaci Quod niſi ſe/
ducti⁹ nequeas cõmittere diuis. Dicit emaci prece. quia etiam precibus uide
mur emere. Vnde Seneca dicit nihil carius emi q̃ quod precibus. Si ergo qđ
emimus nobis debetur. bene dixit prece poſcis emaci. Apollinẽ/ ſi ad Augu
ſti dedicationẽ reſpicis pro templo poſuit: ſi ad Horatii: pro ſimulacro uel ꝓ
ſacello intra cubiculũ Apollini dedicato. Vates poetæ dicũtur: qm̃ diuino
furore cõcitati uaticinãdi. i. predicẽdi partes habent. Orat. oramus ore: ſup
Oro plicamus genubus. tunc uero præcipue orare dicimur: qñ condita oſ one ut
Supplico oratores rẽ impetrare uolumus. Fundẽs de patera. Formã ſacrificãdi oñdit
ſicut Virgi. in quarto. Ipſa tenẽs dextra paterã pulcherrima Dido. Tenebat
Modus ſacri ſacrificãtes paterã in dextera & uinũ effũdebãt. & hoc qđẽ in ſacrificiis ſupe/
ficandi ro⁹. Nã qui inferis ſacra ferũt etiã uaſa ipſa utpote auaris cõcremant. Vñ in
ſexto i miſeni uſtione. Congeſta cremant Thurea dona dapes: fuſo crateres
oliuo. Crateres ergo etiã cremabant. qđ Stati⁹ etiã in Archemori ſepultura
factũ cõmemorat. Hic uero fũdit de patera nõ ipam paterã. qa Apollini non
inferis ſacrificat. Patera aũt inqt Acrõ. i. calice. Eſt aũt uas patulũ aptũ ſacrifi

ciis. Vñ illud Virgiliañ. Hic laticis qualẽ pateris libamus & auro. Nouũ li quorẽ fũdẽs inquit Acron. Aut nõ uetus uinũ: ut deos nõ exqsitis muneribꝰ placari mõstraret: aut certe nouũ. qꝑ noua inſtaurabaťꝑecatio: Hæc Acron quibꝰ innuit uetus uinũ in maiori precio eſſe q̃ nouũ. Quod etiã Virgilianũ illud primo Aenei. oñdit Implent ueteris b acchi pinguiſq; ferinæ. Idẽ Plautus. Idẽ poeta nr̃ multis in locis demõſtrat. Quod uero dii nõ magnis muneribus gaudẽt: ſed pura mẽte/oſtẽdemus in ſequẽti particula in illo Perſiano. Dicite põtifices ĩ ſacro quid facit aurũ. Ego uero potius ſecũdæ opinioni cõſentirẽ: ut ſæpe ſacrificaſſe Horatiũ putẽ. atq; nouũ liquorẽ fũdere. Vñ illud bucolicũ. Illi? arã Sæpe tener nr̃is ab ouilibꝰ imbuet agn?. ubi Serui? imbuet inquit. i. inchoabit. Neq; uero inchoare ſæpe põt aras niſi nouas facerent repoſitis alio loco ſeptis. At quia poetã oĩno ad ſacrificia intẽtũ uideo. ut qui Apollinẽ dedicatũ haberet precaturus ꝑ ea re quã ſibi rariſſimã cẽſeret. utpote ꝑ incolumitate aĩæ & corporis. poti? diceré. nouũ liquoré ſignificare primitias uini. Primitias aũt frugum deis penatibus & lari familiari ſacrificabãt Vñ eſt in ſermonibus. Et quoſcũq; feret cultus tibi fũdus honores: Añ larẽ guſtet uenerabilior lare diues. Quia ergo Apollinẽ domi tanq̃ larẽ familiarẽ habebat ſacrificabat ei nouũ liquorẽ. i. ut iterũ dicã primitias uini. Nõ opimæ ſardiniæ. Opim? dicit pinguis. Vñ Virgili? ubi lydius arua Inter opima uirũ leni fluit agmine tybris. Sardinia autẽ inſula eſt in mari thyrreno & in parte mõtuoſa atq; ſterilis magna tñ eius pars agrũ habet rebus oĩbus fœlicẽ præcipue tritico Vñ horreũ romani populi olim habebaťꝑ Et qa opima ẽ cõſequẽs eſt ut habeat ſegetes feraces. Seges enĩ ut docet Serui? aliqñ ſignificat terrã. ut ĩ primo uerſu georg. Virg. Quid faciat lætas ſegetes: quo ſyderе terrã uertere &c. Segetes inqt Serui?. i. terras. ut horreſcit ſtrictis ſeges enſibꝰ. Interdũ ſignificat culmũ. ut. ii. Aenei. In ſegetẽ ueluti cũ flãma furẽtibꝰ euris Incidit. Laurẽti? Vallẽſis ſic inqt. Seges ẽ eoꝝ ſeminũ ex qbꝰ cõficiť panis nõdũ demeſſa: nõnunq̃ cõtẽtũ ꝑ cõtinẽte uſurpãtes ipam humũ ad accipiẽda ipſa ſemĩa ſubactã ſegetẽ uocam?. ut Virg. Illa ſeges demũ uotis rñdet auari Agricolæ: bis q̃ ſolẽ bis frigora ſẽtit. Si igiť uſurpatiue ſeges hic ꝑ terra ponit. bñ dixit Feraces ſegetes. i. terras fertiles & aſſidue ferentes. Illa enĩ in ax aſſiduitatẽ cõnotãt. Vñ magna laus ẽ terræ qꝑ ſit ferax. nec ulla fruge effœtetur. Vñ ꝑprie dixit Virgi. Laudes feracis prædicemus hortuli. Sin proprie ponatur pro culmo ut dixi (nam pro ipſa fruge rarius ponitur) bene feraces dixit. Quia ſegetes ſpicas ualidas ferre ſignificat. Non æſtuoſæ grata Calabriæ armenta. ſubaudi ſemper Vates poſcit: hoc eſt ego qui ſum uates tuus non poſco grata armenta quia in Calabria magnus prouẽtus equorum dicitur. Equina autem armenta grata: id eſt utilia & accepta ſunt Romanis quippe uiris belligeris. Calabriæ æſtuoſæ. dicit qa magnis caloribus feruet. Non aurum ſupple poſcit. de quo Virgilius. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Et Tibullus. Admonui quotiens auro ne pollue formam Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala. Non ebur indicum ſupple poſcit. Indicum dicit quia in india elephãti ſunt quoꝝ dentes uocanť ut iam dictũ ẽ ebur. de hoc ĩ geor. India mittit ebur molles ſua thura ſabæi. Nõ etiã poſcit rura q̃ lyris taciturn? amnis mordet. i. mordicus arrodit quieta aqua.

Nouum

Sardinia

Seges

Ferax

Lyris

Lyris fluuius campaniæ est interfluens urbem minturnensiũ. Virgi. &um/brosæ lyris per regna maricæ. Cãpania aũt terra fertilissima est: nã in plano frugifera in mõticulis uini copia nobilitat': usq; adeo ut teste Ply. Veteres dicerent illic summũ fuisse liberi patris cũ Cerere certamen. Quia ergo ad lyrim locus nõ saxosus est & proinde mollis. Bene dicit amnis taciturnus quia tacite labitur. mordet. i. corrodit mollẽ & pinguẽ ripam. Et quia de monte

Amnis

nõ precipitat' dixit quieta aqua. Amnis autẽ ut dicunt/est sic dictus ab am qđ est circũ & no nas. quia enĩ non cito preterfluit circũ nare uidet'. Premant calena falce. Ordo est ii supple quibus fortuna dedit premant. i. putẽt uitem

Cales

calena falce. i. ferro quod caleni faciũt. Cales autem oppidũ est cãpaniæ in agro Sidicino. In illa autem regiõe uina falerna nascũtur olim laudatissima. Vnde primo carminũ. Cæcubũ & prelo domitem caleno. Tu bibe suuã: mea nec falernæ Tẽperant uites neq; formiani pocula colles. Sũt ergo caleni iuxta falernos & massicos. Laudata sunt omnia cãpaniæ uina & massica & cæcuba & falerna & setina: primãq; laudẽ a multis falerna optinuerũt. Sed Augustus setina prætulit. Itaq; Horatius se neq; plana & cãpestria campaniæ multa fruge exuberãtia: neq; collina uitibus nobilia sibi exoptat. ea enĩ fortunæ bona putat. Vñ inquit. Premãt calena falce quibus dedit fortuna uitẽ. Diues & aureis. Ordo est. Et mercator diues carus ipsis diis. quippe. i. utpote reuisens impune sine pœna & iactura ter & quater anno. i. singulis annis siue quotannis æquor athlãticũ siccet uina. i. ebibat huiusmodi uina reparata syra merce &c. Videt' inquit mercator bene diis carus qui athlãticũ mare terq; quaterq; hoc est sæpenumero reuisit. qua re notat pericula quæ temerarii subeũt pro diuitiis cumulandis. ut cumulatius dicit ode tertia primi libri. ubi inquit. Illi robur durũ & es triplex. Circa pectus erat qui fragilem truci Cõmisit pelago ratẽ primus: nec timuit præcipitẽ aphricũ decertantẽ aquilonibus &c. Vnde est illud Propertianum. Ventorum est quodcũq; paras haud ulla carina Cõsenuit: fallit portus & ipe fidem &c. Carus ergo diis. Vnde primo Aeneidos. Venus ad æneam post pericula. Quisquis es haud credo inuisus cælestibus auras Vitales carpis. Culullis inquit Acron: id est poculis. Proprie autem cululli calices dicuntur fictiles quibus pontifices uirgineq; uestales utebantur. Hic autem pro urceolis & conchis posuit. Hæc ille. Sane apud Horatium pro poculis ponuntur. Vnde in de arte poetica. Reges dicuntur multis

Cululli
Culeus

urgere cululli Et torquere mero quem perspexisse laborant An sit amicicia

Culilium

dignus. Est autem Cullullus diminutiuum ab eo quod est Culeus: uas late concauum ad modum Culilii factum. Est autem Culilium exterior tectura nucis. Habet enim duos cortices. Interiorem ligneum: & exteriorem mollem quasi frondaceum cui culilio nomen dant. Syra reparata merce. syram mercem inquit Acron pro preciosa posuit qua uendítoris uina a negociatoribus comparentur. Est ergo sententia secundum commentarios. Mercator diues: qui per æstuosa maria diis fretus merces suas in portum perduxit põt ampliter sumere uina reparata: id est commutata syra merce. Nõ enim recte construxeris sic. & hoc dico syra merce. i. postq̃ reparauit syrã mercem quia reparata est adiectiuũ referendũ ad accusatiuũ uina: nõ ad ablatiuũ merce. ut docet ratio metri qđ q̃rto trocheũ nõ spondeũ exigit. Ter & q̃ter apud

latinos ualet idem quod sæpe. sicut sexcenta. ideſt multa. Reuiſens iterũ ui ſens. uiſere proprie eſt uiſum ire. Ea enim in ſo inquit Valla potius actũ cor poris q̃ affectũ animi ſignificant: ſæpe tamen pro primitiuis ſuis ponuntur. Viſo

Aequor athlanticũ aut ſpecies eſt p genere. pro omni uidelicet mari poſi/ tum. aut (dicit Acron) Oceanũ intelligit ubi & mons athlas eſſe phibet Vir gi. in. iiii. Oceani finẽ iuxta ſolẽq; cadentẽ. Vltimus æthiopũ locus ẽ ubi ma ximus athlas Axem homero torquet ſtellis ardẽtibus aptũ. Hæc ille. Eſt et/ enĩ pars Africani maris. & hinc mediterraneũ. hinc oceanũ occupat ſuo no/ mine. Nã in mediterraneo a molucæ fluminis hoſtio incipiẽs in occiduũ tẽ dit. & ruſicadã oppidũ: & ſeptem fratres qui mõtes ſunt & abillã alluit. Inde oceanũ intrat: Tigẽ habet anthei oppidũ & mari æthiopico terminat. hæc Landiuus. Me paſcũt oliuæ &c. Volo inqt ille ſiccet aureis cululis uina. id eſt per hypallagẽ aureos culullos uino/ qui ea reparauit merce ſyra p athlã/ ticũ mare diis carus terq; quaterq; percurrẽs: quaſi dicat raros qdẽ eiuſmodi eſſe. proinde nolit ſe periculo cõmittere p ea fœlicitate obtinẽda. cõtentus enĩ eſt agreſti gaza. unde ait. Oliuæ paſcũt me & Cyroreæ. & leues maluæ. Athlãticum mare

Oliua & olea arboris eiuſdẽ noĩa ſunt. oleum & oliuũ fructus. oliuæ ergo paſcũt me baccis & oleo ſuo. Similiter Cycoreæ. Cycoreæ inqt Acrõ her/ bæ ſunt multis & tenuibus radicibus: quas Virgilius intyba nomĩ auit in. iiii Georgicorũ. Strymoniæq; grues & amaris intyba fibris. Hæc ille. Sunt qui intyba (autore landi.) græcum nomẽ putant. quia Endiuia latine dicatur. Arabice hundebe. Plinius autẽ ait. Intybã erraticam apud nos quidã ambu/ lam appellant: in ægypto Cicoriũ uocant quod ſilueſtre ſit. Satiuũ autem ſe rin. Et infra. Quidã propter ſingularẽ ſalubritatem chreſton appellant. Alii pancration qd ſilueſtre genus. alii hedrimoda. Stephanus aũt Cicorion en debam intubã appellat. Maluæ autẽ hærbæ notiſſimæ ſũt. Dicũtur hic le/ ues. quia leuigãt uentrẽ. Eſt ergo horatius cõtẽtus ſalubribus hærbis. Oliua oliuũ Cycorea Iutyba

Frui patis &c. Oſtẽſũ ẽ qd nõ optãdũ: nũc uero qd adeis poſcat exeqt. ordo ẽ. O latoe. i. o phœbe fili latonæ dones p̃cor mihi ualido frui patis: at p̃cor ſic ua/ lido cũ integra. i. ĩcorrupta & ſana mẽte. Dones itẽ degere mihi ſenectã nec turpem nec carentem cythara. Omnia uerba laudabiliter cõnexa ſunt. Dici primũ. Dones: nõ reddas. Donamus enim gratis ut plurimũ & ex miſeratio ne aut beniuolẽtia. reddimus autem quod accepimus: quia ergo deum ſibi obnoxium nõ cenſet dicit dones mihi ualido/ quia in languido corpore nul la dulcedine fruimur: frui paratis. contra auariciam inuidiã & iram dicit frui: contra deſidiam dicit paratis. contra ebrietatẽ & luxuriam dicit ualido mihi contra ſuperbiam & reliqua mala dicit cum integra mente. quam rem Vir/ gilius in primo ſiluarum abunde docuit. Frui enim proprie ad eas res per/ tinet quæ propter ſe non propter alium uſum expetũtur: unde fruimur deli/ tiis: fruimur dulcedine epularum (Veſcimur autẽ epulis) fruimur deo frui mur deniq; lætis & iucundis omnibus. At auarus Querit & inuentis miſer ab ſtinet. inuidus alterius rebus marceſcit opimis. Iratuſq; furore graui quati/ tur: quocirca nullus eorum recte fruitur: Deſes uero qui nihil parat pa/ ratis frui non poteſt. At qui ebrietati aut ueneri nimiũ indulget ualido cor/ pore eſſe nõ poteſt. dictum enim eſt. Vt uenus eneruat uires. ſic copia uini. Frui

Et tentat gressus debilitatq; pedes. Cæterũ si superbia est elatio mentis. integra mente nõ est quisquis superbit. Et quia integritas requrit perfectionẽ & plenitudinẽ rei: nõ solũ precaꝫ poeta ut mala ablint. sed ut uirtutes quoq; possideat quæ in mente integra cõsistunt. Deniq; quatinus integro nihil deest: præter cætera bona: ciuilem & hilarem uitam exoptat. Latous a græco uenit. Nam latona apud eos dicitur ἡ λητὼ: τῆ λητοῦσ inde fit litous a um.

Latous

Degere

Degere compositũ est a de & ago. habetq; in præterito degi. significater/go deducere. unde in quarto Aeneid. Non licuit thalami expertam sine cri/mine uitam. Degere more feræ &c.

CVR/ o næ ĩ ter ris ani/mæ. Persius ĩ ea satyra cuius ini/tiũ est. Hũc ma/crine &c. mira ĩ/genii sui callidi/tate stulta homi nũ uota irridet. ostẽditq; imitan do horatiũ fru/stra deos p̃cibus nostris sollicita/ri: si neq; p re ju/sta neq; iusto mo do ipsis sacrifica mus: Pro quo ãt sacrificãdũ ẽ nũc ex horatio uidi/mꝰ & paulo post ex iuuenale uide bimꝰ. Nũc uero tantũ id agemus ut oñdamꝰ quo sacrificii genere dei placãt. Sta/tim autẽ acerbitatem satyricam qua Persius plurimũ pollet)in principio of fendemꝰ: aduersus ignaras mortaliũ mẽtes qui credũt deos placari auro & lapillis qbus ipse maxime afficiũt: cũ tñ postq̃ luxuries huiusmõi illata est tẽ plis: dei quasi aufugisse uidẽt: qbus excedẽtibꝰ oẽ nefas exortũ ut apud Iuue nalẽ. Hãc rebus latio curã præstare solebat Fictilis & nullo uiolatus iuppiter auro &c. Tibullus diuitis hoc uitiũ est auri: nec bella fuerũt Faginꝰ astabat cũ scyphus añ dapes. Exclamat ergo. O curuæ in terris aíæ & cælestiũ ínanes qd iuuat &c. Iusta ꝓfecto in humanã stultitiã exclamatio: ꝙ qui ad uirtutẽ & cæ/lestia cõtẽplẽda admirãdaq; nati sumus: ad terrena usq; adeo reclinemur. ut

Ex secunda satyra Persii: quid deo offe/rendum est dum quid precamur:

Curuæ in terris animæ & cælestiũ inanes
o Quid iuuat hoc tẽplis nr̃os ímittere mores
Et bona diis ex hac scelerata ducere pulpa
Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo
Hæc calabrum coxit uitiato murice uellus
Hæc baccam conchæ rasisse: & stringere uenas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit
Peccat & hæc peccat: uitio tamen utitur: at uos
Dicite pontifices in sacro quid facit aurum.
Nempe hoc quod ueneri donatæ a uirgine pupæ
Quin damus id superis de magna quod dare lance
Non possit magni messalæ lippa propago
Compositũ ius fasq; animi sanctosq; recessus
Mentis & incoctum generoso pectus honesto
Hoc cedo ut admoueã templis & farre litabo

cæleſtiũ inanes iudicemur: nõ aduertentes illud Ouidianũ in primo in trãſformatis. Pronaq; cũ ſpectent animalia cætera terras. Os homi ſublime dedit: cælũq; uidere Iuſſit. & erectos ad ſydera tollere uultus &c. Curuæ ergo animæ nõ erectæ ad cæleſtia. & pinde cæleſtiũ inanes. i. nihil cæleſtiũ rerũ habẽtes. Quid hoc iuuat ideſt pdeſt imittere tẽplis noſtros mores ideſt exornare deos humana luxuria. Et ducere diis bona ideſt ſacrificia ex hac ideſt noſtra hoc eſt humana pulpa ideſt p metaphorã molli luxurie? Cæleſtiũ inanes. uenuſte ſatis dictũ: ſi enĩ ut grãmatici præcipiũt plenus uſq; adeo geniꝰ tiuo gaudet ut apud eloquẽtiæ ſpecimẽ Marcũ Tulliũ Ciceronẽ nõ aliter reperiat. ratio conſtat ut eius contrariũ inanis in ei dũ caſui mariteꝰ: lege qua oppoſitorũ eandem diſciplinã cenſent. Pulpa eſt ſine oſſibus carnoſa maſſa Eſt autẽ ſignum in aĩ alibus bonæ & ſolidæ educationis q; magnas pulpas habeant. Verũ hic ea pulpa ex mollicie & luxuria animi concreta eſt ſcelerata dicit. Hæc etenĩ pulpa diſſoluit ſibi ad indulgentiã ſui caſiam oliuo corruꝰpto. ideſt uitiato. Caſia. ut libro. xii. tradit Pli. frutex eſt amplitudinis cubitorũ trium: in æthiopia iuxta cinnami campos naſcens: ſed in montibus craſſiore ſarmẽto tenui cute uerius q; cortice. Color triplex. cum primũ emicat candidus pedali menſura: deinde rubeſcit addito ſemipede: ultra ingricans. hæc pars maxime laudat: ac deinde proxima: damnat uero candidi. Virgilius autẽ indicat eſſe ſuauẽ hærbam dicens in buc. Tu caſea atq; aliis intexẽs ſuauibus hærbis. Aliter enĩ inepte diceret aliis ſuauibus hærbis ut teſtat Seruius niſi caſia quoq; ſuauis hærba eẽt. Idem oſtendit oliuũ caſia ad unguẽta cõficienda corrũpi cũ dicit, ad finẽ ſecũdi Georg. Vnde hic locus totus ſumptus uideꝰ: Alba nec aſſyrio fucatur lana ueneno. Nec caſia liquidi corrumpitꝰ uſus oliui. oleũ enĩ (Seruio autore) generalẽ uſũ habet/ qd cũ i unguẽtũ fuerit corruptũ unitãtũ rei aptũ eẽ incipit. Hæc calabrũ coxit uitiato murice uellꝰ. de murice quõ p purpura accipiꝰ dictũ ẽ in ſuperiori carmĩe. Virg. p purpura dixit aſſyrio ueneno Et p calabro uellere dixit alba lana. qa ut dixit pli. lanaꝝ nigræ nõ ibibũt colorẽ. Hæc baccã &c. ordo ẽ. hæc pulpa luxuriæ nr̃æ inſſit raſiſſe. i. abſtraxiſſe baccã cõchæ. i. uniões ſeu margaritas quæ ſimilitudinẽ baccarũ hñt. Bacca ſine aſpiratõe oẽm fructũ miorẽ ſignificare põt. p prie tñ oliuaꝝ lauri. mirti. lẽtiſci. fabæ ſyriacæ. & aliaꝝ arboꝝ q̃rũ fructꝰ rariores ueniũt & diſpſiꝰ ut inqt Val. Nã q dẽlius naſcũtꝰ acini potiꝰ uocãdi ſũt. ut grana uue hederæ. ſãbuci. ebuli. mali pũici: &c. ſed nõ nũq̃ cõfũdũtꝰ qa bacca gñaliter accipiꝰ. ut autor ẽ Seruꝰ ibi. Victũ ifœlicẽ baccas lapidoſaq; cornã dãt rami. uñ alibi p acinis ebuli. dic Sãguineis ebuli baccis minioq; rubẽtẽ. Et qa uniões baccaꝝ rotũditatẽ & figurã hñt ẽt baccæ dicũtꝰ: uñ ẽ i. i. Aene. Colloq; mõile baccatũ. i. iqt Ser. ornatũ margaritis. dr̃ ãt hoc margaritũ. & hæc margarita & hæc margaris ut hæc nais Sũt q ſepãt gẽmaſ & margitaſ. Cicero. Nullã gẽmã aut margaritã. Et gẽmas dicũt diuerſi coloris: margaritas uero albas. uel gẽmas itegras margaritas ptuſas. hæc ille. Quare ãt uniões uocãtꝰ. docet plinius qñ ſingulæ repiũtꝰ. unde etiã Solinus de mẽorabilibꝰ. Lapis iſte in aqs mollis eſt: humo duratꝰ exemptus: nũq̃ duo ſimul repiũtꝰ. inde uniõibus nomẽ datꝰ &c. Quia uero molles ſũt uideꝰ poeta dixiſſe. hæc baccã cõchæ raſiſſe. Radere enĩ ẽ leniter tãgere. Quõ uero in conchis naſcũtur &

Pulpa

Caſia

Bacca

Margarita

Gemmas

Vnio

quibus locis: multa disputat: quorũ hæc sententia. Nascunt baccæ in mari indico. Fertilissima est insula Taproabane: & perimula promõtorium indiæ. Præcipue laudant circa Arabiã Persico sinu maris rubri. Sũt enĩ cõchæ quæ ubi genitalis anni stimulauit hora: pandẽtes sese quadã oscitatione, impleri rosido cõceptu dicunt. Grauidasq; enitĩ aiunt: partũq; esse margaritas ꝓ qualitate roris accepti. Si purus influxerit candorẽ cõspici: si turbidus cõtra. pallet si cælo minãte cõcipit. Nã cæli maior est ipsi societas q̃ maris. Inde ergo trahũt colorẽ aut nubilũ aut serenũ ut fuerit aer. Quapropter oriẽtales margaritæ ꝓpter assiduã aeris serenitatẽ lucidæ sũt: sed minores ꝓpter paucitatẽ roris. Sed septẽtrionales cõtra: quoniã magis abũdat ros: sed cælũ turbulentũ est: maiores sũt: sed colore turbido. hæc de illis. Bacchæ uero per aspirationem sacerdotes bacchi sunt: sicut phœbades phœbi. Et stringere uenas feruẽtis massæ. ordo est. Hæc pulpa iussit stringere abstrahere de crudo puluere: idẽ impurgata arena uenas feruẽtis massæ. i. auri & argẽti reliq; metalli feruẽtis dũ in fornace purgat & fundit. De hac luxuria gẽmarũ quase uiscera terræ extrahimus. sic inqt Plinius. Viscera terræ extrahimus ut digito gestet gẽma quã petimus. Quot manus atterũt ut unus niteat articul⁹? Si ulli essent inferi iã ꝓfecto illos auariciæ atq; luxuriæ cuniculi refodissent: Et miramur si eadẽ ad noxam genuit aliqua: Feræ enĩ credo custodiũt illam arcentq; sacrilegas manus. Hæc ille. lib. ii. de terra loquit. Stringere ꝓprie est denudare: & corticem seu aliud quod uis tegumẽtũ detrahere: inde trãsumit ab horatio ꝓ diminuere: quia res quæ stringit iminuit. Et quia dum aurũ effodiũt terrã abrodũt bene dicit stringere uenas. Peccat & hæc peccat uitio tamẽ utitur. Simile est me quidẽ iudice huic loco illud Iuuenalis. Exul ab octaua marius bibit & fruitur diis iratis. Irati inquit sũt dii in mariũ quãdoquidẽ exulat: sed fruitur ideſt uoluptuose utitur deis iratis. qa nũc in delitiis & libidine degit. Sic hæc pulpa qua luxuriose deorũ templa accumulamus peccat quidem: sed utitur uitio: quia ex uitio utilitatem habet. unde penã iure penderet. utilitatem quidẽ habet quãdoquidẽ luxuries ab auaris sacerdotibus in homine cõmendat. ut deorũ simulachra & templa similiter eniteant ipsiq; participes fiant. Quocirca exclamat in eius autores. Ad uos Dicite pontifices: in sacro quid facit aurum? Vos inquam: quia stolidũ uulgus nescit quo pacto dei placandi sunt. Vos qui tantopere aurũ cõmendatis uos qui cælestia diuntaxat amaretis. Dicite. amara iussio. quia ut attestatur. Seruius cõtemptũ habet: ut dic mihi dameta &c. quid facit aurum in sacro. ideſt in sacrificiis: Respõdet ipse poeta. Nempe hoc quod ueneri &c. Nempe. nimirũ. utiq; ꝓfecto: certe. affirmatiue ponũt. sed usitatũ oĩum maxime est nẽpe præcipue qñ idẽ interrogat & rñdet: uc hic poeta: rñdet Nẽpe hoc. &c. Certe inqt hoc facit aurũ in sacro qđ pupæ donatæ ueneri a uirgine. Virgines iã uiri potẽtes ubi puellarẽ ætatẽ deserũt ueneri pupas qb⁹ olĩ ludebãt sacrificãt q̃re nõ ueneri p̃bẽt obseqũ sed sibi. credũt. n. iã se nubiles: iõq; hoc aĩo sacrificãt: ut libidini idulgere possint. Sic q aurũ tẽplis inferũt: aut luxuriem aut delitias a deis orare solent. auroq; aurum aucupari moliuntur. Pupus est puer paruulus. Vnde apud Marcellum uarro Mãmam lactis sugentẽ poscere pupũ. Similiter pupa ẽ uirgũcula ãnicula aut bimula. Vnde ausoni⁹

Baccha phœbas

Stringo

Nempe

Pupæ

Pupus

Barbara quæ latias unicis alũna pupas Sed & pupas puellarũ ímagines quas uirgũculæ in delitiis habẽt uocamus. Varro in originibus. Itaq; breui tẽpore magna pars in desideriũ puparũ & sigillorũ ueniebat. Quin damus id superis. Quare íquit nõ potius damus superis sanctitatẽ uitæ & morũ honestatẽ: qua sola re ipsos exorare possumus. Enĩuero si deos sacrificio demereri uolumus. necesse ẽ ut de nostro rẽ sacrã faciamus: sed aurũ & argentũ fortunæ sũt bona per deos fortuito nobis cõcessa Nobilitas generis parẽtibus qui eã peperũt debet' sanitas: pulchritudo lepidus sermo: naturæ sunt bñficia: sola aũt uirtus nostra est. eã enĩ nostris opibus cõquirimus hoc est bona uolũtate: solũ etenĩ arbitriũ liberũ habemus. unde sanctissimus poeta egregie dixit Sacrificiũ deo spũs cõtribulatus cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Nihil ergo ꝓdest íferre aurũ. uñ idẽ. Quoniã si uoluisse sacrificiũ dedissem utiq; hõlocaustis nõ delectaberis: Quin ergo damus id superis &c. Quin ut docet ualla tripharia accipit': primũ ꝓ Quínetiã siue Atqetiã. ut apud Virgiliũ primo Aenei. Quin aspera Iuno. Quæ mare nũc terrasq; metu cælũq; fatigat. Cõsilia ín melius referet. Quin itẽ est q; nõ: uel ut nõ: uel quo minus. & hoc mõ desiderat' utiq; subiũctiuũ uerbũ: idẽq; nõ principale. Idem in tertio hic tibi ne qua moræ fuerint dispẽdia tãti &c. Quin uatẽ insanã aspicias. Tertio accipit' Quin ꝓ Cur nõ ut sit quasi. Quine: hoc est atqui nõ. Et hoc mõ sp interrogatiue & perindicatiuũ cõstrui uult. ut in bucolicis. Quin tu aliqd salem potius quorũ ídiget usus Viminibus molliq; paras detexere iunco. Et Cicero Quin cõpescitis istã uocẽ indicẽ stultitiæ & testẽ prauitatis? Et hoc loco Quin damus id superis &c. Quín. i. atqui nõ damus id qd ditissimus qsq; dare nõ posset fretus diuitiis: & pauperrimus quisq; habere posset si mõ ãnimum haberet'. Cõmendat ergo dona diis debita ex eo q; neq; diuitiis neq; hæreditatis adítiõe: neq; populi suffragio neq; naturæ bñficio: sed nostra solorũ opa ea cõparare possumus. Messalarũ familia ditissima fuit: notissimus autem ís messala ad quẽ Tibullus heroica carmina direxit: Notus etiã quẽ horati? in de arte poetica disertissimũ iurisq; peritissimũ prædicat. Núc uero loquit' de Messala cocta uiro prediuite & auaro. Dicit aũt de eo q; est lippa ꝓpago. neoẽs de genere ipsius massalæ dãnet auariciæ. laborabat enĩ lippis. i. fluitantibus oculis. uel reuera dicit eũ lippũ qñ retortis oculis aceruos suos aspectabat. Sane ꝓpago qñ de uitibus dicit' primã syllabã ꝓducit. ut. ii. Georg. Sil Propago uarũq; aliæ pressos ꝓpaginis arcus. Quãdo uero ꝓ humana pgenie accipitur primã ꝓducit ut sexto Aeneid. Esse sinent: nimiũ uobis romana ꝓpago Visa potẽs superi. Et hoc loco. Ordo aũt ne quis titubet est. Quin atqui non damus id superis quod lippa ꝓpago magni messalæ: non possit dare de magna lance? hoc est Cur nõ damus Cõpositũ ius fasq; animi. &c. Lanx uas est patu- Lanx lum: quales sunt utræq; ipsius trutinæ partes: quæ lances ut plurimũ uocant' Vtebant' aũt olim & in sacrificiis & in cõuiuiis pateris & lancibus. Latine aũt & docte dixit de lãce. quia de præpositio sæpe signific at quasi deorsũ. In cõpositiõe ut demitto despicio. descendo. Extra cõpositionẽ ut sola mẽq; mali de collo fistula pẽdet. Sic dicit' mulier suspẽsa de ficu. Et hoc sacrificiũ dari de lance. tenebãt enĩ ut diximus sacrificãtes superis uas ipsũ dextera & deorsum fundebãt. Vult ergo ut demus Cõpositũ ius: hoc est seruem? ius scriptũ.

fasq; animi. seruemus legē naturæ quam sub latino rege olim Italici si Virgilio credimus tenebāt. Dicit enī in septimo. Ne fugite hospitiū ne ue ignorate latinos Saturni gentē: haud uinclo nec legibus æquā. Spōte sua: ueteris q; dei se more tenentem. Fas ergo animi q; cōsciētia ipsa fas esse dictitat Sanctosq; recessus mētis. sanctā diuinarū rerū contēplationē: qua mens humana ab hac mortalitate recedens ad ultramundana proficiscit': De qua re qñ sanctissime poeta noster loquitur: sanctissimum uatem iterum testem cicbo dicit enim. Dauid: Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? respondet. Innocens manibus & mundo corde qui non accepit in uanum animam suam. nec iurauit in dolo proximo suo & cetera. Innocens manibus dicit & poeta noster. Cōpositū ius. & mundo corde. poeta. fasq; animi. qui nō accepit in uano animā suā: poeta. sanctosq; recessus mentis. Nec iurauit in dolo proximo suo. poeta. & incoctū generoso pectus honesto. Nihil aūt tam abest a generoso pectore q̄ dolus & periuriū: Quādo ergo dicit poeta. Et incoctū generoso pectus honesto. Vult poeta ut offeram' deo uitam actiuā multis bonis operibus decoratā. Hoc enī pectus incoctum dicitur. honesto quod ita honestate imbutū est ut ab eo diuelli non posset. Tracta enim est a medicamētis: in quibus postq̄ species concoctæ sunt altera ab altera separari nō potest. uel fictilibus coctibilibusq; rebus: quæ rem incoctam integre nō deserūt. Sic homo generosi animi honestatē dum uiuet deseret nunq̄. Vnde Iuuenalis. Summū crede nephas animā præferre pudori. Et propter uitam uiuendi perdere causas. Dicit autē pulchre poeta honesto generoso. idest honestate quæ geueroſos facit. unde Iuuuenalis. Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ Atria. nobilitas est sola atq; unica uirtus &c. Qui igitur uult generosus haberi incoquat pectus suū honesto. idest honestate uitæ. Vnde idem paulo post. Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi iustitiæq; tenax factis dictisq; mereris. Agnosco procerē. Si inquit uirtutem habes: nobilem te merito prædices: Nam ut modo diximus frustra generis antiquitatē iactamus: cum eam parentū uirtuti gloriā debeamus: unde Iuuenalis in eadē. Ergo ut miremur te non tua: primū aliquid da Quod possim titulis incidere: præter honores. Quos illis damus & dedimus quib' omnia debes. Et paulo post. Sed te censeri laude tuorum Pontice noluerim sic ut nihil ipse futuræ Laudis agas: miserū est alienæ incūbere famæ Ne collapsa ruāt subductis tecta colūnis &c. Vult ergo poeta ut uirtutē aī deo offeramus. unde inqt. hoc cedo ut admoneā tēplis & farre litabo Expone sic. Cedo. i. da uel dic ut admoneā applicē inferā tēplis: hoc qđ mō dictū est Cōpositū ius &c. Litabo &. i. etiā farre. i. placabo deos sola mola: quæ ex farre & sale cōficit'. uel cedo ut admoneā hoc & litabo farre. Potest enī & accipi p etiā præsertī tēpore persiano. & etiā copulatiue. sed argutior est sentētia si dixeris &. i. etiā ut sit. etiā farre litabo nedū auro & argēto: quasi dicat si pium animū & insontem uitam habuero facile deos placauero & quicquid uolam ab ipsis exorauero. Litare autem non est sacrificare ut quidam uolunt: sed sacrificando deos propitios & placatos efficere. quod plautinū illud in penulo late declarat. Si hercule istud unq̄ factū est: tum me Iuppiter faciat ut semper sacrificem neq; unq̄ litem. Et hæc hactenus.

Litare

Ex finæ decimæ satyræ Iuuenalis
Quid a deis sūmopere orandū est

Il ergo optabūt homines. si consiliū uis
n Permittes ipsis expēdere numinibus quid
Cōueniat nobis: rebusq; sit utile nostris
Nam pro iocundis aptissima quæq; dabunt dii
Carior est illis homo-q̄ sibi: nos animorū
Impulsu & cæca magnaq; cupidine ducti
Coniugium petimus: partumq; uxoris: at illis
Notum qui pueri: qualisq; futura sit uxor.
Vt tamen & poscas aliquid uoueasq; sacellis
Exta: & candiduli diuina tomacula porci
Orandum est ut sit mens sana in corpore sano
Fortem posce animum mortis terrore carentem
Qui spacium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ: qui ferre queat quoscūq; labores
Nesciat irasci cupiat nihil: & potiores
Herculis erumnas credat sæuosq; labores
Et uenere & cœnis & plumis sardanapali
Monstro quod ipse tibi possis dare: semita certe
Tranquillæ per uirtutem patet unica uitæ.
Nullum numen habes: si sit prudentia: sed te
Nos facimus fortuna deam cæloq; locamus.

IL ER/
n go opta/
bunt ho
mines: per satyri
cā ypophorā in/
troducit Iuuena
lis quēuis p cun/
ctātē: quādoqdē
oīa uota hoīum
irrita sūt & ī pni/
ciem spectant: an
ne aliquid in hac
mortalitate optā
dū sit. Ad quā rē
respōdet poeta:
optādū quidē a
deis: ut qđ salu/
berrimum nobis
sciuerit præstēt:
qm̄ ea quæ no/
bis iucūda sūt &
pspera uidēt sæ/
pissime magnū
malū afferūt. uñ
Cut argumētum
toti? satyre quæ
decima ē percur
rā)Iuuenalis in
pricipio dic̄ per/
q̄ paucos eē qui
uera bōa digno/
scant. ideoq; stul
ta eē plurima ho
minū uota. Nā
bona mortalium pars diuitias exoptat tanq̄ in illis fœlicitas habeatur: cum
tamen qui diuitias possident perpetuis curis cruciantur. Vnde inquit mise/
ra est magni custodia cēsus semperq; in periculo sint ut aut ueno aut gladio
interimant: unde poeta. Pauca licet portes argenti uascula puri: Nocte iter
ingressus gladiū contūq; timebis. Et motæ ad lunā trepidabis arūdinis um/
bram. Contra: ipsa sancta paupertas curis libera ab insidiis tuta: a uenenis i/
munis est. unde poeta. Cantabit uacuus coram latrone uiator. & iterū. Nul/
la aconita bibunt Fictilibus: tunc illa time cū pocula sumes Gemmata: & la/
to setinū ardebit in auro. Nulla ergo in diuitiis salus. Alii ambitiōe flagrā/
tes honores exquirunt. sed nusq̄ plura mala: nec præsentius periculum inue
nias q̄ in sūmo magistratu. uñ poeta. Quosdam præcipitat subiecta potētia

magnæ inuidie &c. Vnde paulo post Ad generũ cereris sine cæde & sanguie pauci descẽdũt reges: & sicca morte tyrãni. Pauci inquit reges descẽdũt ad generũ cereris hoc est ad plutona regẽ inferoꝝ (q̃ gener Cereris est: qa p̃/ serpiná cereris filiã sibi cõiugẽ rapuit) sine effusiõe sanguinis. Alii eloquiũ Ciceronis & demosthenis desiderãt. Eloquio sed uterq; perit orator utrũq; Largus & exundãs læto dedit ingenii fons. Ingenio manus est & ceruix cæsa nec unq̃. Sanguine causidici maduerũt rostra pusilli. Alii imensam gloriã atq; laudũ titulos deamant: sed neq; per gloriã neq; per titulos beati sũt. Hã/nibal enĩ totius africæ dominus. atq; romanorũ terror: misero ĩ exilio depe riit. Vnde exclamat poeta. Exitus ergo quis est o gloria? uincit idẽ nẽpe & in exiliũ præceps abit: atq; ibi magnus Mirãdisq; cliens sedet ad prætoria re/gis. Donec bithinio libeat iugulare tyrãno finẽ aiæ. Præterea alexãder il/le magnus postq̃ rerũ oĩum largiter potitus est: misera morte perẽptus sar/cophago cõtentus occulit. unde poeta. Vnus pelleo iuueni nõ sufficit orbis Æstuat infœlix angusto limite mũdi Vt gyaræ clausus scopulis paruaq; seri pho. Cũ tñ a figulis munitã ĩtrauerit urbẽ Sarcophago cõtẽt erit: mors sola fatetur. Quãtula sũt hoĩum corpuscula. Similiter xerxes rex persarũ qui ex/ercitũ numerare nõ potuit: sed in unũ locũ cõclusit: atq; ita dimẽsus est: qui maria & montes domuit: naufragiũ passus rediit una naue cruẽtis fluctibus & tarda p̃ densa cadauera prora. has totiens optata exegit gloria pœnas. Itẽ ut inquit poeta. Da spatiũ uitæ da multos iuppiter ãnos. Hoc recto uultu: solũ hoc & pallidus optas. Sed q̃ cõtinuis: & quantis longa senectus plena malis? deformẽ & tetrum ante oĩa uultũ Dissimilẽq; sui &c. Multi inqt longã sene/ctam implorãt: sed ea oĩbus naturæ beneficiis exuta quibus malis nõ expo/nitur? Senes sunt anxii morosi. frigidi: surdastri: lippi: caluastri: tremuli: sin/gultosi: imbecilles: turpes: inamabiles. Neq; uenerẽ optant. neq; ludos desi derant. Multis ad hoc ægritudinibus cõficiũt. Multis animi calamitatibus premũt. Nã (inquit poeta) demus. Vt uigeant sensus animi: dncẽda tamen sunt Funera natorũ: rogus aspiciendus amatæ Cõiugis: & fratris: plenæq; so/roribus urnæ: Hæc data pœna diu uiuẽtibus: ut renouata. Semper clade do/mus multis ín luctibus inq;. Perpetuo mœrore: & nigra ueste senescãt. Sũt præterea qui liberis suis pulchritudinẽ a uenere exorasse uelint: nescientes quãta mala elegantiã formæ cõsequant. Multæ etenĩ uirgines strupratæ: multæ matrõæ uiolatæ: multæ uiduæ corruptæ, ppt egregiã formã: ut patet de lucretia atq; aliis innũeris. uñ poeta. Formã optat modico pueris maiore puellis Murmure: ubi Veneris fanũ uidet anxia mater Vsq; ad delitias uoto rũ: cur tamẽ inquit Corripias? pulchra gaudet latona diana Sed uetat opta/ri faciem lucretia qualẽ Ipsa habuit: cuperet rutilæ uirginea gybbũ Accipe/re atq; suã rutilæ dare: Filius aũt corpis egregii miseros trepidosq; parentes Semper habet: rara est adeo cõcordia formæ atq; pudicitiæ: Si igit neq; for/tunæ neq; naturæ bona optanda sunt: recte dubites anne aliq̃d optes: quan/doquidẽ oĩa quæ optauerĩs ad detrimẽtũ spectare possent. dicit ergo autor.

n Il ergo optabũt hoĩes? respõdet si cõsiliũ uis si inquis me consulis & meo cõsilio optare uis. permittes ipsis numinibus expendere quid cõueniat id est utile sit nobis. & rebus nostris. Nã p̃ iucũdis &c. faci/

liora sunt omnia q̃ ut in ipis exponẽdis morer. Ipsis numinibus datiui sunt a uerbo pmittes quod est cõcedes recti. Quid aũt numẽ paulo post dicã. Cõ/ Conuenio
ueniat nobis. i. utile sit: quasi nobiscũ ueniat & cõducat. Sed utrũq; uerbũ bi/ Conduco
fariã construit̃. Nũc absolutius cũ datiuo & significãt usui & utilitati eẽ. Nũc
actiue cũ accusatiuo: & significat cõuenire. aliquẽ aggredi ut loq̃ris: aut agas
cũ illo. Cõducere uero notũ est. ut cõduxi te in patriã. Iocũdũ ut docet Val Iocundum
la est quod nos iuuat & delectat: & quasi ioco afficit: Nã a ioco fit Iocundũ &
a iuuo Iucũdum, pducta utriusq; prima syllaba cõtra naturã primitiui. Multa
aũt sunt iucunda quæ nobis nõ sunt grata nec utilia. Quid aũt gratũ nobis sit
dii sciũt: & quia oĩa possũt: & homo illis est carior q̃ sibi: certũ est q; ipsi nobis
bene uolũt: Sed qui bona põt: scit & uult alicui. illi nimirũ bona cõferet pro/
inde pmittendũ est ipsis deis. Nõ tñ ignauiter cessabímus: quia cessantẽ dei
non adiuuãt. ut in Virgiliano ultimo carmine plene deduximus. Neq; etiam
de deis impudẽter sperandũ putes. Rogari siquidẽ uolunt: at ne rogari qui/
dẽ malos exaudiẽt nisi resipiscãt. unde est illa cẽsoria Metelli sententia apud
Aulũ Gelliũ libro primo cõsignata. Dii ĩmortales plurimũ possunt: sed non
plus uelle debent nobis q̃ parentes: at parentes si pergunt liberi errare: bo/
nis exhæredant. quid ergo nos a deis immortalibus diutius expectemus: ni/
si malis rõnibus finẽ facimus: iisdẽ deos ꝓpitios esse æquũ est: qui sibi aduer
sarii non sunt. dii ĩmortales uirtutẽ approbare: nõ adhibere debẽt &c. ad hoc
ultimum uerbum est illud Horatii in epistolis. Sed satis est orare iouem qui
donat & aufert Det uitã det opes æquũ mi animũ ipse parabo: Quibus uer/
bis & Metellus & Horatius liberũ sibi arbitrium esse significant: quo sese au/
toribus & boni & mali esse possent: uerũ Iuuenalis sanctius & ad relligionem
nostrã propius sentit. ut etiã pro uirtute animi habenda deũ oremus: qa Orã
dum est ut sit mens sana in corpore sano. Et ne ignauiã probasse uideatur. di
cit Vt tamẽ & poscas aliquid &c. quibꝰ uerbis late indicat se epicureis nõ sub
scribere qui quũ deos mortalia curare inficias irent: frustra eos orari predi/
cabãt. Sed ut Boetius noster deducit preces ne quicq̃ non fiunt. Vt ergo alí/
quid poscas deos & uoueas facellis. i. pauperibus templis exta & tomacula cã
diduli porci Orandum est ut &c. Exta dicũtur ea intestina quæ extant. i. emi Exta
nent præter cætera: ut cor & pulmo quia ĩ parte supiore locant̃. Sed & iecur
& lien exta dicũtur quia super inferiora intestina locantur. unde antiqua re/
ligione caput extortũ iecur dixerũt. Aruspices aũt duas fibras quæ sunt duo
capita in iecore: ita diuidebant ut alterã sacrificãti: alterã aduersario assigna/
rent. Hinc uiscera prosecabãt quæ prosecta dicebãtur. Lucanus. Lauit calido Prosecta
ꝓsecta cerebro. Si quid ergo in extis apparebat futurorũ indiciũ putabatur.
Tomacula inquit Calderín⁹ figurate protulit: meminit aũt huius uictimæ Tomacula
Iuuenalis potius q̃ aliarum: quoniã in nuptiis & re uxoria. cuius paulo ante
fecit mentionem (ibi Qualisq; futura sit uxor) porcus mactabatur ut Varro
de re rustica scribit. Dicitur autem porcus quia porrecto rictu pascitur. & ter
ram dum hærbarum radices rimatur porrigit. Dicit autem candiduli por/
ci: quasi eximium dicat. Nam ut inquit Donatus Eximia pecora dicunt̃ quæ Porcus
a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum ut uberius pascantur: Sed Candidulus
proprie eximii sunt porci maiores qui ad sacrificandum electi sunt. Etenim Eximius

Egregius lectus

boues qui ad hoc electi sunt Egregii dicuntur: & oues lectæ. Virgi. mactat lectas de more bidentes. Candidulus ergo porcus est eximius: qui lautius curatus est: ut deo mundū fiat sacrificiū. Est aūt & alia ratio quare candiduli dicat: quia nubētes superis sacrificant & ut dicit quarto Aenei. Iunoui ante oēs cui uincla iugalia curæ: sed superos candida decet uictima sicut inferos nigra

Sus

unde est. Nigrā hyemi pecudem zephiris fœlicibus albam. De sue & porco multa p Landinū collecta comperio quæ quia digna scitu sunt & nō parū ad hunc locū faciūt: lubenter meminero. Sus græce dicit ὗς olim θυτὴς ab eo quod est θύειν. i. īmolare. A suillo enim pecore īmolandi initium sumptum uidet Vestigia sunt q̄ initiis Cereris porci īmolant Initiis pacis cū fœdus ferit: porcus occiditur. Nuptiarū initio antiqui reges & sublimes uiri in Etruria in coniūctione nuptiarū noua nupta & maritus porcū īmolabant. Idē prisci latini & græci ī italia factitarūt. Nostræ mulieres & maxime nutrices naturā q̄ fœminæ sunt ī uirginib⁹ appellāt porcū & græci χοιρον significātes esse dignū insigne nuptiarū. Suillū pecus donatū a natura dicūt ad epulandū: & aminā datam pro sale ut carnes conseruētur. Ex iis succidias magnas ac opimas galli facere cōsueuerunt. Signū est q̄ etiā nunc quotānis e gallia apportant Romā: pernæ Tomacinæ: tamacæ & petasones. Et paulo post. Porcia lacte depulsi a quibusdā Delicæ uocant: neq; iam lactētes dicūtur qui a partu decimo die habētur puri. & ab eo appellātur ab antiquis sacres: q̄ tum ad sacrificiū primū idonei dicutur. Plautus in menæchmis. eū insanū qui putat ut pietur in oppido Epidamno interrogat quāti hic porci sunt sacres Si fundus ministrat dandi sunt uinacei ac scapi ex uuis A misso noīe lactētis dicuus ne-

Tomaculū

frendes q̄ nondū fabā frendere. i. frāgere possint. Hæc & plura alia habet Lādinus. Ex quibus oībus patet q̄ consuetū sit facere sacrā rem de porco. Bū ergo dixit diuina tomacula porci. Videt aūt diminutiue dictū tomaculū: ab eo q̄ est tomaca: sicut cādiduli diminutiuū ab eo quod est candidus. Diminu-

Diminutiuorum uius

tiuis aūt interdū ad contēptum utimur: ut homūciones & homunculos: pusillos uocamus: interdū pro modestia: ut ingenioli uires: reculæ nostræ opes: Aliquando per blandimētum: ut apud comicos & precipue apud Plautum: corculū meum: suauiolum meū: animula &c. Interdū pro necessitudine ut discriminis causa: ut reguli: qui reges nō sunt. Hic aūt uel pro modestia sacrificantis diminutione utitur: uel blande loquitur: debemus enim blandiri superis dum tam cara beneficia qualia integritas mētis & sanitas corporis sunt exorare uolumus: Igitur ut ad rem redeam Orandum est ut sit mens sana in corpore sano. orādum est inq̄ nobis. i. orare debemus: quia gerundia illa in dum cum uerbo est necessum esse significant. Fortē posce animū &c. modestius q̄ illud Horatianū æquum animum mi ipse parabo. Mira autē sanctitas & integritas sententiæ qua carere exoptatur terrore mortis. qui eteni mori non formidat: poterit oībus aduersis resistere: neq; ullis minis a iusto & honesto flecti. Nā ut ingt Horatius Mors ultima linea rerum est. Hanc sentētiā alibi sic ponit poeta. Magnum crede nephas animam præferre pudori Magnum crimen est inquit potius perdere uelle pudorem q̄ animam. i. uitam. Qui spacium uitæ &c. qui inquam animus ponat spacium uitæ extremum: id est minimū inter munera naturæ. Nihil enim refert q̄diu sed q̄ bene uixe-

ris. Vnde & illud Plynianum contra eos qui more thracum dies lapillis co/
lore distinctis enumerant. Heu uana & imprudens diligentia: numerus die/
rum computatur: ubi quæritur pondus. Si quis ergo non formidaret mortẽ
fortiter pro patria caderet. fortiter contra tyrãnos rempub. defenderet. &
(ut ad nos respiciam) fortissime fidem qua nihil sanctius tutaret. Extremũ Extremum
id est uilissimum sicut primũ. i. optimũ. Vñ apud Salustiũ quæ prima morta Primum
les habent. i. carissima. sicut græci τὰ πρωτὰ dicunt. Seruius ad illud de fama
Extremã ut perhibent. dicit physica ratione deprehendi extremo natos pessi
mos esse. contra primogenitos optimos haberi. Qui ferre queat quosq; q̃
labores: Possumus in his uotis cognoscere quatuor uirtutes illas quas cardi
nales uocant. Nam preter generale illud Vt sit mens sana in corpore sano
(tunc enim mens est sana dum uitiis uacat & uirtutibus perficitur tunc cor/
pus incolume quando sine egritudine) dum dicit Fortem posce animũ. for/
titudinem optat & simul iustitiam quæ in perturbato animo exercetur. dum
subditur Nesciat irasci temperantiã precatur. dum sequit. Cupiat nihil: mo/
destiam poscit. Omnem denicq; mollicie, pscribit. dices & potiores &c. Ordo
est Posce animum qui credat: erũnas & sæuos labores Herculis eẽ potiores
id est magis eligendos & Venere: id est libidinis usu Sardanapali regis in/
continentissimi. & cœnis: id est comessationibus & epulationibus Sardana/
pali epulonis uoracissimi. & plumis: id est delicata mollitiæ regis perditissi/
mi &c. Sardinapalus rex assyriorum gulæ & molliciei impẽdio indulgebat:
qui sepulcro suo inscribi iussit. Quicquid absumere potui mecum fero. Quã
rem multi epulones hodie quoq; dicunt: arbitrantes nil suũ esse q̃ quod de/
uorant & liguriunt. Eandem rem Cicero etiam bouis sepulchro inscribi pos
se docet. Quicquid enim absumere potest: bos secum fert reliqua relinquit.
Hic usq; ad extremam diẽ fœlix habitus est. Quocirca (ut dicit Valerius ma
ximus libro quarto in prefatione de amicitia) nemo de eius familiaribus
loquitur. quoniam amicis caruisse putatur. Sinceræ etenim fidei amici præ
cipue in aduersis rebus cognoscuntur. De Sardanapalo Diodorus & Strabo
plura scribũt. De herculis aũt laboribus nullus fere poetarũ nõ loquit. Plu
rima apud Ouidiũ in heroidũ epistolis habẽt. duodecim monosticha. apud
Virgi. i minoribꝰ opusculis cõperies Nõ pauca in. vi. Aenei. Plura i. viii. q̃lia
sũt. Vt prima nouercæ Mõstra manu geminosq; p̃mẽs eliserit angues Vt bel
lo egregias idem disiecerit urbes &c. Quia uero tot eorum laborũ memine
rũt q̃rit i prima satyra. Hec ego nõ agitẽ: sed qd magis herculeias? Mõstro
qd ipe tibi possis dare. Mõstro inqt poeta illud qd tu ipe possis tibi dare hoc
ẽ ego mõstro orãdũ eẽ a deis qd tu ipse possis tibi dare. iuxta sẽtẽtiã Horatii
q dixit æquũ aĩmũ mi ipse parabo. Sed hoc i nuit poeta: deos nõ dare salutẽ
nisi fortiter agẽtibꝰ. qa certe semita tranqllæ uitæ patet unica: id est sola per
uirtutem: id est nullo pacto ad ueram mentis tranquillitatem peruenies sine
uirtute sine qua nequicq̃ deos oraueris. Cõtra uero si fortiter & studiose uir/
tutem amplexeris: nihil efficere poteris quo minus beatus sis. Vnde dicit.
Monstro quod ipse tibi possis dare. Videt aũt fortunæ hæc res derogare q̃
sæpe humanos conatꝰ irritos facit. Iõq; uidet Iuuenali tacite obiicere. q̃ sine
Ilia mater Romuli filia numitoris. Ouidi. Ilia cū lauso de numitore sati. Mauors id est mars pater Romuli dicit Vt primo Aeneī. donec Regina sacedos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus Romulus excipiet gentem & mauortia condet Mœnia. Roma noscq; suo de nomine dicet &c. Inuida taciturnitas: ut qua magnis scilicet pīn uidiam gloria eripitur. ob quam post mortem habēdam Romanos plurima gessisse Autor est quem Cicero loqui sic facit Cato maior. An censes (ut de me ipe aliquid more senum glorier) me tātos labores diurnos/nocturnosq; domi militiæq; suscepturum fuisse: si iisdem finibus gloriam meā quibus uitam essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset ociosam ætatē & quietem sine ullo labore aut contentione traducere? Sed nescio quomodo animus exigens se posteritatem semper ita prospiciebat: quasi cum excessisset uita: tum denicq; uicturus esset. Quādoquidem ni ita se haberet: ut animi īmortales essent haud optimi cuiusq; animus maxime ad īmortalē gloriā niteret. Hæc Cicero in Catone maiore siue de senectute. Ereptū stygiis fluctibus æacum &c. Ordo est. Virtus & fauor & lingua potentium uatum Con/

Fortunatæ Insulæ

secrat æacum ereptũ stygiis fluctibus diuitibus insulis. Virtus .s. ingenii & scientiæ. fauor. sine quo frustra scirent & possent. De stygе & Aeaco alibi dictũ est. Sẽsus aũt est Aeacũ quem apud inferos cum Minoe & Rhadamãtho iudicẽ ponũt: poetæ immortalẽ efficiunt & in fortunatis insulis locant. De fortunatis aũt insulis ubi sint (ut recitat Landinus) diuersi scriptores diuersa tradidere. Saluſtius enĩ illas in Oceano esse refert: ad quas Qu. Sertoriũ iam uictũ ire uoluisse scribit. Diodorus aũt uult esse in meridiano Oceano. Ibiq; dicit esse hoies: qui statura quattuor cubitos excedãt: & ossa ad formã neruorum flexibilia habeant. A deoq; robusti sint: ut quod digitis appræhenderint: extorqueri nõ possit. Pilos nõ nisi in capite habere: cũ in supciliis: palpebris & barba nusq; sint pulchritudine ait oẽs excellere. Linguã uero duplicatam habere & usq; ad radices diuisam: & eodẽ tempore ĩterrogare alium: & alii respõdere posse. Versari semp in æquinoctio. Et in meridie solẽ nulli rei umbrã facere: cũ supra capita constitutus sit. Viuunt annos quadringẽtos terra oĩa sua sponte ferente. Disciplinis & maxime astrologiæ incũbunt. Literas habent uirtute quidẽ. xxviii. sed charecteres nõ nisi septẽ sunt. Scribunt nõ extransuerso ut nos sed superne deorsum ad rectã lineã. Hærba apud eos nascit: in qua si tædio uitæ afficiãtur in faciẽ cubãt. & post paruũ somnũ uita migrant. Vxores habẽt cõmunes: & ĩ commune filios nutriunt: illosq; a matribus separant: ne illam cognoscere: aut ab illa cognosci possint. Quin & nuper natos auibus alligant: & eos qui ab iis gestati uolatũ pati possunt enutriunt. Qui aũt nauseant: eos ueluti & breuiori uita: & inualidiori mente futuros abiiciũt. Plynius uero ultra aquilonẽ ponit hanc gentẽ (quã tamen fabulosis celebratã miraculis dicit) ubi credũtur eẽ cardines mundi. & extremi syderũ ambitus. Regio iis aprica & fœlici tẽperie: omniq; afflatu noxio carens. Domus iis nemora luciq;: & deorũ cultus. Discordia atq; omnis ægritudo illis ignota est. Mortem ex satietate uitæ ineunt: ex quadam rupe ĩ mare salientes. Alii in prima parte asiæ posuere: nõ in europa. Alii medios fecere: inter utrũq; solẽ antipodũ occasum exorientẽq; nostrũ: Quod fieri nullo modo põt cõstare: tã uasto mari interueniẽte. Qui alibi q̃ in semestri luce cõstituere eos: serere matutinis: meridie metere: occidente sole fœtus arborũ decerpere: nocte in specu condi: tradiderũt. Nec dubitandũ de hac gẽte cũ tot autores tradant frugũ primitias solitos delum mittere Apollini: quẽ præcipue colũt. Virgines ferebãt hospitiis gentium per annos aliquot uenerabiles: donec uiolata fide: in ꝓximis accolarũ finibus deponere sacra ea instituere. Hiq; ad cõterminos deferre: atq; ita delũ usq;. Mox & hoc ipm exoleuit. De iis insulis fortunatis poeta in epodo sic. Vos quibus ẽ uirtus muliebrem tollite luctũ: Etrusca præter & uolate littora. Nos manet oceanus circũuagus arua beata. Petamus arua & diuites insulas Reddit udi cererem tellus inarata quotannis Et imputata floret usq; uinea. Germinat & nusq̃ fallentis terres oliuæ Suamq; pulla ficus ornat arborem. Mella caua manant ex ilice: montibus altis Leuis crepãte limpha desilit pede. Illic iniussæ ueniũt ad mulctra capellæ. Refertq; tenta grex amicus ubera: Nec uespertinus circumgẽmit ursus ouile Nec intumescit alta uiperis hum⁹. Pluraq; fœlices mirabimur &c. In beatas oras Baptista mantuanus carmœlita patrem suum Hæliã trãs-

uectum uelle uidetur dicẽs. Sed fœlix nũc arua colit ridentia: supra Frigoris aerii: & lapidosæ grandinis oram. Ille licet gemina uertex æstate quotannis Sudet: & a nobis cũ sol declinat ĩ austros Et cũ littorei petit humida brachia cancri: Scilicet æquali libræ phrixiq; sub astro Depresso quoniã multũ tellu ris ab orbe Tollit: infestis nunq; tñ ignibus ardet. Purpureos semp flores spi rãtibus auris: Ora tepens: semp uiolas & candida: semp Lilia fert: breuibusq; dies abscondit umbris Quattuor ex istis labẽtia flumina campis Lata rigant asiæ ripis ingentibus arua Sunt rigui fontes: uitreosq; nitẽtia riuos Prata bi bunt tersus semp sine nubibus aer Nec quatitur uẽtis: nec rauca tonitrua frã gitBrachia pomiferæ curuãt rodolẽtia syluæ Pendulaq; electri gratũ induit uua colorẽ Collibus in paruis ubi paulũ iugera surgũt Perpetuas ramis fæcũ da feracibus arbor Semp habet fruges: quibus & cõtemnere fatũ Possit & ex pertẽ morbi seruare iuuẽtã Nulla patet curis illuc uia: nulla dolori: Nulla nec: colit ista senex loca sancta beatus. Atq; sub occasum mũdi rediturus ĩ orbẽ Non timet interea parcæ ne stamina rũpant. Hoc sene nũc opus est &c. Hæc Christianus Homerus. Ex quibus uidere licet: quãtum illi qui de insulis bea tis scribũt ad hortos delitiarũ quos paradisos uocamus accædant. Donatus est ergo Aeacus eliseis cãpis de quibus Maro noster in sexto loquẽs ad has quoq; insulas alludit dicens. His demũ exactis pfecto munere diuæ Deuene re locos lætos: & amœna uireta Fortunatorũ nemorũ sedesq; beatas Largior hic campos æther & lumine uestit Purpureo: solẽq; suũ sua sydera norũt &c.

Dignũ laude uirũ musa uetat mori. dicit dignũ laude. quia indigni carmi nibus celebrari non debent. Cælo musa beat. cæli possessione beatũ facit: & pene ĩmortalẽ reddit. probat exemplis. Sic iouis interest opta tis epulis im piger Hercules. Hercules inquit sic. i. p musæ patrociniũ interest. i. præsens est & accũbit epulis iouis hoc est ĩ diuorũ numerũ assumptus est. in quẽ duo bus ascribuntur. & p cõuiuia deorũ: ut qui ambrosia & nectare fruũtur: & per cõnubia dearũ. Vñ Virgi. Cui non risere parentes Nec deus hunc mẽsa dea nec dignata cubili est. Contra Aeolus ad Iunonẽ. tu das epulis accũbere di uum. Impiger. i. strẽnuus qui multas terras obiuit ut mõstra domaret. Cla rum Tyndaridæ &c. Ordo est Tyndaridæ. i. castor & pollux existentes clarũ sydus Eripiũt sic. i. per musarum celebrationẽ rates quassas ab infimis æquo ribus. Fabula (ut omnia recitem) hæc est. Aiũt Iouem amore Lædæ quæ Tindari uxor fuit captum se in cygnum auem conuertisse & cum ea concu buisse. Indeq; duo enata oua: quorum ex altero Pollux & Helena. Ex alte ra Castor & Clytemnestra orti sunt. Alii uolunt solummodo primum ouum ex Ioue fuisse propterea q; Pollucem & Helenam fuisse immortales: Secun dum ex Tindaro: & ex illo Castorem & Clytemnestram genitos esse morta les. Addit Hyginus hos fratres maxima concordia coniunctos fuisse: & ma re piratis infestatum sua opera pacauisse. Verum cum Castor aduersus Athe nienses in pugna cecidisset communicauit illi suam immortalitatem Pollux: & a Ioue impetrauit ut alternatim uiuerent. Vnde Virgilius. Si fratrem Pol lux alterna morte redemit Itq; reditq; uiam totiens. Sunt igitur a Ioue in id zodiaci signum mutati quos geminos appellamus. Idcirco quia a periclitan

Tindarus
Læda

Pollux
Castor

tibus in tempestate nautis inuocabantur: quoniam dum in terris essent illos a piratis seruauerant. Est eiusmodi signum adeo amplum ut cũ alter iam oriatur: alter adhuc lateat: hinc alternatim uiuere dicũtur. Diodorus autem refert cum argonautæ ingentem paterentur tempestatem: orpheum ea sacra peregisse: quæ & ipse prius apud ægyptíos didicerat. & deinde Samothracas docuerat: & paulo post duos igniculos supra capita Pollucis & Castoris apparuisse: statimq; tempestatem cessasse: quæ sacra deinde a nauigantibus obseruata sunt: & igniculi illi dioscurorum præsentia putati. Hæc Diodorus. Sed placet quæ de his Plynius scribat ad uerbũ ponere. Inquit ergo. Vidi in nocturnis militum uigiliis ihærere pilis prouallo fulgurum effigies. Eæ & antennis nauigantium: aliisq; nauium partibus ceu uocali quodã sono insistũt: ut uolucres sedem ex sede mutantes: graues cum solitariæ uenere mergentesq; nauigia: & si in carinæ ima deciderint: exurentes. Geminæ autem saluteres: & prosperi cursus prænunciæ. quarum aduentu fugari diram illam acminacem appellatamq; Helenã ferũt: & ob id Polluci & Castori id numen assignant. eosq; in mari deos inuocant. Vides quid Plynius. Sed nostro quoq; tempore Christianis nauigantibus & diuinũ auxilium implorantibus. huiusmodi igniculi apparere dicunt. Hæc oĩa p Lãdinũ collecta sunt. Signate aũt dicit Tindaridæ q̃si dicat ipsi q reuera Tindaridæ. i. tindari filii sũt: musarũ bñficio Iouis esse putant: & p deis inuocantur. Solẽt tñ patronimica interdũ ab opinione duci. ut Hercules tametsi Iouis ex Alcmena proles dicatur: sæpenumero Amphritrioniades quasi Amphitrionis filius sit appellatur. cum tamen Virgilius in octauo dicat. Salue uera Iouis proles decus addite diuis. Similiter Helena indubitata Iouis filia dubitatur: cuius immortalitatẽ Seruius Ex longinquitate uitæ conuincere nitit̃: nam fratres eius Castor & Pollux cum argonautis profecti sunt quorum filii cum thebanís dimicauerunt: deinde nepotes cum troíanis: ergo nõ durasset Helena per tot sæcula nisi immortalis fuisset. Hæc Seruius. Attamen Tindaris uocatur a Virgilio quasi Tindari non Iouis filia. Vnde in secundo. Tindarida aspicio. & iterum. Non tibi Tindaridis facies iuisa lacenæ &c. Simili modo Castor & Pollux Tindaridæ dicuntur: cum Pollux ab omnibus Iouis filius censeatur. Verum poeta noster cum de moribꝰ dísputat a fabulis deficere solet. Vt patuit de Hyppolyto dum dixit. Neq; enim Diana pudicum liberat Hyppolytum. Potest ergo hoc loco intelligi hoc dicere. q̃ ambo reuera Tindaridæ sint. Nam & in sermonibus protestatur genitos eodem ouo. quod qui alterum mortalem: alterum immortalem dicunt inficias irent: dicit sic in sermonibus. Castor gaudet æquis ouo prognatus eodem Pugnis &c. Pollux inquit qui prognatus est ex eodem ouo ex quo Castor gaudet pugnis cum ille gaudeat equis. Vnde in carminibus. Dicam & alciden puerosq; ledæ Hunc æquis illum superare pugnis. Quod ergo Pollux filius Iouís dicatur. & Castor fraterna immortalitate gaudere hoc musis debent. Nam reuera Tindaridæ sunt. Vnus tamen est (si uerum exemplum querimus) iesus christus uerbigena altissimi Iouis filius: quem tamen fabri filium aliquando denominatum audiuimus. q̃ Ioseph illibatam uirginem Mariam coniugẽ habuerat. Quod ideo

Pronimica opinatitia

dixi: quia de iis nunc loquor qui a patre putatitio denominabantur. Tindaridæ clarum sydus appositio est. dicit autem Clarum sydus. uel prosperum putatur. uel potius quia claras stellas habent. Vnde primo carminum. Sic te diua potens cypri Sic fratres Helenæ lucida sydera &c. Conficitur autem signum geminorum. xviii. stellis. Nam is qui proximior cancro est tres claras stellas habet. Vnam in capite: & in singulis humeris singulas deinde in dextro cubito unam. In utroq; genu singulas. In singulis pedibo singulas. Alter in capite unam in singulis humeris singulas. In singulis manibus singulas. In singulis genibus singulas. In singulis pedibus singulas. Infra siniſtrum pedem unam. Domicilium est hoc signum mercurii. Disponit hominem ad litteraturam. & scripturã. In corpore dominatur: Humeris: Brachiis: & manibus. efficit mediocrem staturam & hominem pulchrum. Quassas participium est a uerbo cuius preteritum in usu non est. Nam quassi non reperies. Pro eo autem dicimus percussi. Dicit ergo quassas: id est concussas & laceras rates. Ornatus uiridi tempora pampino. Ordo est. Liber id est Bacchus ornatus tempora: id est habens tempora ornata uiridi pampino ducit sic hoc est per musam donatus cælo uota hominum ad bonos exitus. hoc est: nisi poeticis fictionibus Hercules. Bacchus & alii diui diuinitatem obtinerent: nunq; inuocarentur. Neq; bonos exitus rebus nostris dare crederentur. ita aut sanste loquitur. innuens unum deum omnia posse omnesq; ab eo potestates eẽ ut philosophi attestantur aut epicurice dicit deos non curare mortalia nisi id poetæ fingerent. Ornatus tempora græca figura quam uitandam oratori Valla docet. Sunt etenim non aspernandi autores qui cum accusatiuum uerbo absoluto aut passiuo aut eius participio hoc modo damus græcam figuram dicant. Cum uero nomini adiectiuo synecdochen. Tempora sunt partes capitis quibus temporum mutationem facillime præsentibus. Ridicula est eorum ignorantia qui timpora dicunt. Bacchus multis de causis liber dicitur: & quia uinum mentem curis liberat. & quia præest liberis ciuitatibus. & quia animas noxias purgando culpis liberat. Nam eius sacra ad eas purgandas instituta putantur. quocirca uannus qua frumẽtum purgatur in eius tutela est. Vt in Georgicis Virgilius. Et mystica uanno iacchi. Dicunt autem Bucchum fuisse Iouis filium ex Semele Cadmi Thebarum conditoris filia: quæ cum adhuc esset eius partu grauida a Iunone Aemula callide persuadet ut ab Ioue peteret cõcubitum in ea forma qua cum Iunone coire solitus esset. Accessit ergo Iouem & blande adorta petiit sibi rem unam datum iri: cum igitur Iuppiter amore captus puellæ fidem dedisset & iureiurando recepisset: quicquid peteret se facturum petiit ut ea forma secum coiret qua cum Iunone. Et quia Iuppiter qui superior pars aeris uel æther ipse est tunc cum Iunone quæ aer est concumbit quando fulmineus descendit. coactus est propter iusiurãdum cum Semele in specie fulminis rẽ habere. Itaq; mater extincta est: sed fœtum adhuc immaturum Iuppiter exemit femoriq; suo donec tempora partus compleret assuit Ideoq; quia bis natus sit Dithyrambus appellatur. Ferunt præterea ipsum a gygantibus discerptum & elixatum integrum surrexisse. Quæ omnia nisi ad uim naturam referas ridicula

Clarũ sydus

Quassus

Synecdoche
Tempora
Liber

sane sunt. Nam si de Ioue summo deoꝙ intelligis: falli non potuit: si de mortali qui id nominis sibi usurpauit: nil tale præstare potuit. Vinum autem immaturum semel ex uuis nascitur. deinde in lacũ recõditur unde purgatius renascitur. Fingitur Bacchus perpetuus puer: quoniã pueriles mores facileꝙ inducit Pingitur cornutus: quoniam uel imbecillem & inopem ad præliatrudit. Cæterum Plynius & alii ꝙplurimi: de Iouis femore figmentum ad mõtem in quo nutritus est & iuppiter colitur referunt. Nam Meron montis nomen apud græcos etiam femur significat. Quæ uero de ipsius bacchi hystoria habentur: græci ad Thebanum bacchum. Aegiptii ad suum osirim referunt. Tres dicuntur esse bacchi sed quid ad præsens: ubi id solum probãdum est: ꝙ per musarum beneficium insignia eius immortalitati consecrata sunt: ipseꝙ deinde deus habitus inuocari cœpit. Si nunc dices: tametsi carmina plurima possunt: & honestissima sint munera: nihil tamen in Cẽsorinum cõfert poeta: ut qui carmina non amicum laudet. Nempe hoc satis pro laude amici dictum puto ꝙ ipsum Carminibus gaudere dicat. Qualis enim quisꝙ est talia colit. At maximum laudis incrementum est ꝙ poeta qui se uirum bonum & uirtutis studiosum haud dubie profiteretur ipsum amicũ compellat: quo uno ipsum eiusdem studii dicit. Dispares enim (inquit Cicero) mores: disparia studia sequuntur. quoniam dissimilitudo dissociat amicitias. Nec ob aliam causam ullam. boni improbis: improbi bonis amici esse non possunt: nisi ꝙ tanta est inter eos quanta maxima potest esse morum studiorumꝙ distantia. Hæc ille.

Ad Lolliũ quarto carminũ ode. ix. qua & musarũ & amicitiæ officiũ Horatius describit.

E forte credas interitura: quæ
Longe sonantem natus ad aufidum
Non ante uulgatas per artes
Verba loquor socianda chordis
Non si priores meonius tenet
Sedes Homerus: pindaricæ latent
Ceæꝙ & alcei minaces
Stesicoriꝙ graues camœne
Nec siquid olim lusit Anacreon
Deleuit ætas: spirat adhuc amor
Viuuntꝙ commissi calores
Aeoliæ fidibus puellæ.

E forte credas. Carmẽ est q̃le illud Heu heu fugaces posthume posthume Argumentũ simile superiori. Tria enĩ facit. Primũ oñdit nõ solum homerica carmina esse immortalia sed & illa (quoniam nunc lyricus est) quæ alyricis conscripta sunt. Neꝙ est cõtra illud quod dicit in de arte poetica. Mediocribus esse poetis. Non dii nõ hoies nõ concessere colũnæ. Nam omnes quos

hic enumerat: sūmi poetæ fuerunt. Potest enim fieri: ut sicut in infimo statu multi sūt gradus quibus alius aliū uincit: sic & in mediocri. & in sūmo. Quo/ circa tametsi Homerus primus nimirū omniū est maxime in heroico carmi ne Pindarus tñ ad iustas poetæ laudes peruenit. similiter & alii quos enume rat. Deinde oñdit multa egregia facinora & æternitate digniſſima obliuio ne esse sepulta: propterea q̄ musarū expertia fuerunt. Postremū se amicum Lollio ostēdit. cuius egregias uirtutes diligēter extollit. Hæc sūma est. Ne forte credas. Ordo est. o Lolli ne credas forte uerba quæ ego natus ad. ideſt iuxta aufidū fluuiū longe sonantē. eo q̄ rapidus est sociāda chordis ideſt fidi bus per artes nō ante uulgatas apud Romanos esse interitura. Ne credas. latine: secūdū seruiū dicit. qui uult ne figurate cū imperatiuo poni. ut ne se/ ui magna sacerdos. & Sta. Ne pete dardaniā frustra theti mergere classem. Ne

Aufidus fluuius est appidiæ iuxta uenusiā fluens. dictus ut quidā uolunt ab/ ab & findo. quia cum sit rapidus aufindit ripas quas præterlabit. Vnde dicit longe sonantē quod celeritatis indiciū est: & in primo sermone. Cū ripa si/ mul auulsos ferat aufidus acer. Est autē Horatius Venusinus iuxta aufidū na/ tus. unde de ipso Iuuenalis in prima. Hæc ego non credam Venusina digna lucerna. Et ipse de se in sermonibus. sequor hūc Lucanus an appulus anceps. Nā Venusinus arat finē sub utrūq; colonus. Non ante uulgatas artes/ intelli ge apud latinos: apud quos Horatius teste Acrone primus lyricus fuit. Et au tore Quintiliano. solus dignus quī legatur. Apud græcos autē tot fuerūt ut Cicero a se eos perlegi posse neget. Quod si lyrica ante Horatiū scripserint: nō tamen uulgo: Quocirca dicit uulgatas artes quā rem ideo dicit ne nouo studio dignitas de fore putetur. Chordæ sunt fides quibus barbiton & re/ liqua plectra tendūtur. Non si priores. Ordo est. Si ideſt quāq̄ uel tametsi: Homerus mœonius tenet priores sedes q̄ supple pindarus. uel priores oībus aliis. capit enī cōpatiue cū ablō. nā ptitiue dicēdū ē primas. Multas. n. sedes nūeratur? ē. Nisi forte oēs bipertitas uolueris: & priores solū Homerū occu pare. Posteriores: oīs alios. Et si ergo Homerus tenet priores sedes. Pin/ daricæ tamē camœne nō latent. Et sic de aliis. Homerus mœonius dicitur: a meonia: Porphi. tamen putat mœoniū dictum a patre. ait enim ibi. Scribe/ ris uario fortis & hostium uictor mœonii carminis alite. Notū est inter opi/ niones quæ de natalibus Homeri ferūtur: & hanc esse quasi Mœonis filius fuerit. de patria aūt eius magna cōtentio est: unde apud Aulū Gelliū habet. Homerus

ἑπτὰ πόλεις περίξουσι περὶ ῥιζαν ὁμήρου σμύρνα ροδὸς κολοφὼν σαλαμὶς ἰος ἄργος ἀθῆναι. Septē urbes certant de stirpe insignis Homeri. Smir na Rhodos colophon salamin ius argos athenæ. Omnes uero uno ore si/ ue a patre siue a patria Homerū mœonium dicunt. Stati. in Achillei. Quāq̄ acta uiri sint inclyta cantu Mœonio. Pindarus lyrici carminis princeps est quem post Homerum inter grecos poetas primum facile ponūt: nec desunt qui ipsum Homero præferant. Sine autē controuersia inter lyricos princi/ patum obtinet spiritus magnificentia: sententiis figuris beatissima rerū uer/ borumq; copia. Quapropter Quintilianus eū nemini imitabilē putat appro bans illud poetæ nostri. Pindarū quisquis studet emulari. Iule: ceratis ope Pindarus

dedalea nitit pennis uitreo daturus. Nomina ponto. Fuit poeta Thebanus; Ceæ camœnæ. i. Simonidis. Simonides aũt lyricus poeta de cæa insula fuit. unde & pindarus inquit Acron. Idẽ tamẽ ad illud poetæ nostri ĩ carmĩe quo pindari laudes cõtinent. Multa dyrceũ leuat aura cygnum. Quía thebanus Pindarus fuit ideo dyrceum cygnũ dicit a suauitate uocis siue carminis. & id uerius est. Nam tanta fuit pindarici nominis autoritas ut iam Alexãder magnus expugnatis thebis diligenter cauerit. ut posteri pindari incolumes seruarẽtur.

Alcæus

Alcæus quoq; unde alcaĩci uersus poeta insignis fuit. cuius camœnæ hic minaces dicũtur. quoniã adeo amarus fuit ut austeritate carminis sui multos de ciuitate eiiceret.

Tessicorus

Tessicoriq; graues camœnæ sunt. quoniã bellorum scriptor profundas sentẽtias habet. Reddidit præterea personis in agendo sic suã dignitatẽ. ut si modũ tenuisset: secũdus ab Homero censeri posset. Sed redundat atq; effunditur: quod tamen uitium nõ inopiæ: sed copiæ est. Cuius autẽ modulandi uarietatẽ abundantẽ Luscinia auiũ cantu præstantissima portẽdere uidet: quæ (ut inquit Plinius) In ore festicori (quẽ alii tessicorum uocant) poetæ adhuc infantis cecinit.

Anacreon

Nec siquid olím lusit Anacreon. Ideo lusit inquit Acron: quia iocis & cõuiuiis digna cãtauit: in cariaq lusus pastorũ. Anacreon autẽ satyram scripsit amicus Lysandri. Alí dicũt q; scripsit circẽ & penolopen ĩ uno laborãtes. Vnde in primo libro ĩ oda. Velox amœnũ &c. Dices laborãtes ĩ uno penolopẽ uitreãq; circen. Laborãtes in uno idest in unius. ulixis amore: quem ambæ adamabãt. Erat hic poeta archas ex teia ciuitate. Periit acino unæ passæ: ut dicit Plinius libro septimo. & capite septío in naturali historia. de qua Valerius maximus. Postq; de pindaro sic differuit.

Pídari mors & anacreõis

At pindarus cũ tũ in gymnasio super gremiũ pueri quo uno delectabat capiti posito quieti se dedisset. Nõ prius decessisse cognitus est. q; gymnasiarcho claudere eum iam locũ uolente nequaq; excitaret. Cui qdẽ crediderim eadẽ benignitate deorũ: & tãtũ poeticæ facũdiæ: & tam placidũ uitæ finẽ attributũ. Sicut anacreonti quoq; quẽ bis tãtũ humanæ uitæ modũ supergressũ. dũ passæ uuæ succo, tenues & exiles uirium reliquias foueret unius grani pertinacior in aridis faucibus humor absũpsit: hæc ille. Idẽ paulo ante: de Homero. Nõ uulgaris etiã homeri mortis causa fert qui in insula: quia quæstionẽ a piscatoribus positã soluere nõ potuisset dolore absumptus credit. Spirat adhuc amor. i. spũs uitales mouet. hoc est adhuc uiuit in carmĩbus amor cõmissus fidibus. i. chordis & lyricis carminibus æoliæ puellæ. i. sapphus. Hoc enĩ neminem lateat: græca in o etiã nobis tris casus accõmodare. ntm̃ & actm̃ in o & gtm̃ in us. ut alecto alectus. sappho sapphus. unde ipsa apud Oui. Annisi legisses autoris nomina sapphus. mãtho: mãthus. erato eratus. Clio: clius. Calisto calistus &c.

Homeri mors

Græca in o

Sappho

Sappho, sapphici carmĩs inuẽtrix puella lesbia: ꝓpter uiriles in carmĩe aíos mascula dicta ẽ & decima musarũ: uel certe ꝓpter enormes amores qbus uirilibus ptibus abusa est. Impatientẽ eius amorẽ apud Oui. disces.

Fides

Fides fidis decipiat Priscianus uoluit ut fidis ntõ dicat: quã rẽ Laurẽtius de uallа improbat autoritate Seruii & festi pompei q sic ingt. Fides genus cytharæ dictæ q; tãtũ inter se chordæ eius. quãtum inter hoíes fides cõcordet.

Aeoliæ

Aeoliæ puellæ (ut legit Landinus) ꝓ eo quod est lesbiæ. Acron aũt & Porphi. legũt Aeolidæ. dicuntq; q; sappho Aeolidæ

dilecto usa est. Hactenus de prima porte qua ostensum est Sane multos poetas carminibus suis imortalitatem eis quos canunt parere.

Non sola comptos arsit adulteri
Crines: & aurum uestibus illitum
Mirata regalisq; cultus
Et comites helene lacæna
Primus ue teucer tela cydonio
Direxit arcu: non semel ilios
Vexata: nec pugnauit
Idomeneus: Steneluſue solus
Dicenda musis prælia non ferox
Hector: uel acer deiphobus: grauis.
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus puerisq; primus.
Vixere fortes ante agamennona
Multi: sed omnes illachrymabiles
Vrgentur ignotiq; longa
Nocte: carent quia uate sacro

Nõ sola comptos &c. Aggreditur poetã secũ dũ huius carmis partẽ: qua oñdit multos ignobiles esse: nõ quia nõ bene & fortiter egerũt: sed q; poetarũ præconiis carẽt. Nõ sola. Ordo ẽ. Non sola helene lacæna mirata comites & cultus regales. arsit. i. ardenter amauit comptos crines. i. exornatos capillos adulteri. i. alexãdri siue paridis. & aurum illitum uestibus qđ phrigionũ opus est. ut dicem⁹. Vult ergo dicere multas ante helenã amore uirorũ pulchrorum accensas: sed eæ qm̃ a musis tacentur ignotæ habent̃. helena uero homerico carmine notissima est hanc rem in sermonibus sic indicat. Nam fuit ante helenam cũnus terrima belli Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi Quos uenerẽ incertam rapiẽtes more ferarũ Viribus editior cædebat. Comptos. uenit a como Como
is compsi comptũ. significat aũt comere ornare præcipue comam. Nec tñ a coma deriuat̃. quia primã lõgã habet como quã coma & uerbũ inde natum corripiũt. Bñ ergo dicit cõptos crines adulteri. Nã dialectili argumẽtationẽ probabilẽ dicũt hic est cõptus. ergo adulter. Adulter autẽ est quasi ad alie/ Adulter
nũ thorũ tendens qui & mœchus dicit̃. Tangit autẽ paridẽ qui ut dicũt fa/ Helena
bulæ ꝓ ueneris pollicitatione quã pulcherrimã iudicauerat helenã menelai regis cõiugẽ & Iouis ex leda filiã rapuit: ꝓ qua re troia euersa est. Alii dicunt Troia pri/
Helenã a paride raptã ꝓpter Hesionã priami sororẽ quã thelamon bellico mum capta
iure sortitus concubinã habuit. Hercules enĩ in colchos ꝓficiscẽs ꝑdito hyla puero post peragratã misiam nauibus troiã uenit a cuius portu cũ ipsũ Laomedon ꝓhiberet: minitabũdus abiit rediẽsq; Laomedõta occidit & eius filiã hesionam Thelamoni qui primus murum ascenderat tradidit Inde natus ẽ
Teucer: nam aiax ex alia fuit. Priamum uero a uicinis hostibus redemptũ Teucer

Priamus

hercules in regno locauit. Vnde priamus dictus est. quia πρι ἀμᾶσθαι emo significat. Quæ autē de liberata hesione dicūtur Seruius fabulosa putat. Itaq; hanc fuisse causam rapiēdæ helenes dicūt. Sunt qui ultro secutā paridē putāt quā rem ut purgaret capta iam troia deiphobum prodidit unde & recipi meruit. unde in sexto ipse deiphobus ad Aeneā. Egregia interea coniunx arma omnia tectis Emouet: & fidū capiti subduxerat ensem. Intra tecta uocat Menelaū: & limina pandit. Scilicet id magnū sperans fore munus amāti Et famā extingui ueterū sic posse malorū. Nam & Ouidius inducit eam paridis amore captā. unde hic dicit. Arsit &c. Dion autē Chrisostomus uir multa doctrina excellēs: nō cōiecturis solum: sed testimonio eorū quæ scripta sūt in monumētis sacerdotū ægyptiorū probat helenā nō fuisse raptam a paride: sed illi a polluce & castore fratribus esse in uxorē traditam. Græcorū autē principum partim indignatione moti q; tam pulchra mulier Barbaro potiusq; græco nupsisset: partim cupiditate auri quo troiani abundabant incēsos troiam profectos. nec illam expugnasse: sed uictos fugatosq; fuisse. Nam ab Homero etiā Herod. hystoricus dissentit. qui refert helenā a protheo rege ægypti interceptā troiam nūq; uenisse. Sed poetæ nūc tutiore uia ambulāti ad herēdum puto. Fuit autē ipsa helena spartana: unde est Meduce dardanius spartam expugnauit adulter: Vbi rapta uidetur. Sed pro amore uel odio troianorum nūc rapta a paride nūc sequuta eum dicit. Vocatur aūt lacena hic & secūdo Aenei. Facies inuisa lacenæ. & sexto scelus exitiale lacenæ. a loconia Et a prouincia uicina in primo Aenei. Argiua dicit. Ornatus argiuæ helenæ.

Lacena Spartana

Notādū aūt est (dicit Seruius) q; deriuatiuū minus est principali. Nā cū laconia tetrasyllabū sic lacena nō nisi trissyllabū est. Sane sparta & lacedæmō hoc differūt: quod iliū & troia. nā iliū ciuitas in troia est: sed tñ ꝓ eodē accipiūt. sic sparta ciuitas est & lacedæmō ꝓuincia: sed ꝓ eodē quoq; ponūt. Viros ātex lacedæmōe nō lacedæmones: sed lacedæmonios uocam⁹: Fœmias uero spartanas aut lacenas: tñ Seruius a laconia deducit. nō a lacedæmone. Quia uero ꝓ eodē ut dixi habēt sparta & lacedæmon. Nūc apud Virgiliū dicitur. Meduce dardanius spartā expugnauit adulter? Nūc ut in septimo. At nō sic phrigius penetrat lacedæmona pastor Ledæāq; helenā troianas uexit ad urbes. Paris aūt Cui alexādro nomē est. phrigius pastor dicit. Vt & Statius in Achilleide. Soluerat æbalio classem de littore pastor Dardanus īcautas blande populatus amiclas: hac de causa. Nā ut ait Euphorion priamus ex Arisba filiū uatē susceptit q cū dixisset quadā die nasci puerū p quē troia everteret. Peperūt simul & hecuba uxor priami. & uxor Thymoetæ. Priamus aūt filiū uxorēq; thymoetæ occidi iussit. Et cū didicisset ab hecuba: q; uisa eēt facē peperisse q̄ tota troia cremabat. iussit puerū (qui alexāder est) natū etiā occidi: sed hecuba ipsū pastorib⁹ alēdū tradidit. ubi nymphæ ei⁹ amore exarsit: qcū multā & iucūdā societā habuit. & uenatiōe & pugnis uires cū aī: tū corporis exercuit. deinde secūdū trioica Neronis ad agonalia certami a troiā cōcessit: uir tāta fortitudīe: ut etiā hectorē uiceret. q irat⁹ i ipsū gladiū stringēs acrius īsiluisset: nisi alexāder allatis crepūdiis se ei⁹ germanū pbasset. deiecto deīde pastorali hītu sub quo tū adhuc latitabat a priamo agnit⁹ ad helenā rapiēdā mittit. Cōis aūt fama ē Troianos cum græcis pcussisse fœdus. quoties

Paris

omnes paridē perfidiæ dānāt. Alii uero nihil fœderis interueniſſe dicunt: ſed die Veneri ſacro blande hoſpitio ſuſceptū helenam abduxiſſe dicūt. hæc paſſim apud poetas & hyſtoriagraphos repies. Viſū illud hecubæ indicat in illud in. vii. Aenei. Nec face tātū Ciſſeis pregnās ignes enixa iugales. Paſtorē fuiſſe iā docuimus. idē patet ex illo poetæ noſtri primo carminum Paſtor cū traheret per freta nauibus Ideis helenā perfidus hoſpitā &c. Nymphæ dilectū indicat epiſtola Ouidiana. Pugilē præpotentē fuiſſe docet illud qnto Aenei. Solus qui paridē ſolitus cōtendere cōtra. Vt ergo ad poetā redeā. dicit. Nō ſola helene arſit. quia etiā Oenone nympha: ſed homericis carminibus ſola helene inſigni pulchritudine memorat: de qua Donatus dicit. Hāc adeo formoſam fuiſſe dicūt: ut eius forma redacto maximo peritiſſimorum pictorū in unū nūero propoſitis etiā formoſiſſimarū mulierū nudis corporibus pingi nequierit. Ergo quæcūq; erat formoſa ab ea appellabatur helena &c. Dicit aūt hæc helena næ latine. & helene nes græce. Arſit ardeo uariæ ſumit. Vnde litterarii Ardet menſ: ardet clypeus: domus ardet & ignis Mēs ardet uel amore: ut formoſam paſtor Coridon ardebat alexim ideſt ardēter amabat. uel ira. ut in ſeptimo Aneid. Talibus alecto dictis exarſit in iras. Et quāuis grāmatice dixeris ardeo illa re. tamē figuratius uſurpant ardeo illam rem & in illā rem/quæ eſt (inquit Seruius) peculiaris elocutio Cornelii. Ardet etiā mens deſiderio: auaricia: ambitione &c. Ardet clypeus ideſt reſplēdet. ut in ſecūdo Aeneí. Ardētes clypeos atq; æra micantia cerno. Ardet ſic terra in qua armati cōſiſtunt. ut in ſeptimo quibus Itala tantū floruerit terra alma uiris quibus arſerit armis. Deniq; quicquid radios in morē ardentis ignis emittit ardet. Domus ardet ideſt cōburitur. ut in ſecūdo & proximus ardet. Vcalegon & in eodē troia arſerit igni. Ignis etiā ardet ideſt cōburit. & ſol ardet. Vt ſole ſub ardēti reſonant arbuſta cicadis. Inde ardor dicit. Aurū ueſtibus illitū. Lino in præterito habet lini liui & leui. in ſupino litū prio/re breui. Inde illitū quaſi molliter inſertū & non quidē texendo quod attali cum opus eſt: ſed acu pingēdo/qui iliadū labor. Vnde in. vii. Aene. Iliadūq; labor ueſtes & paulo poſt quas ueſtes dixerit Nec purpura regē Picta mouet

Helenes pulchritudo

Ardeo

Præter cæteros enī mortales phrigii illinēdi in ueſtibus auri artē callebāt: Vnde & eiuſmodi artifices phrigiōes appellant. Regaliſq; cultus. Regalis actiuus eſt. Differūt aūt regalis & regius. Nā regale dicit quicqd magnificū & pōpoſum luxū regalē præ ſefert Vt regalis domus poteſt eē priuati uiri: ſi mō regali ſplēdida luxu fuerit. Regiū aūt dūtaxat eſt: quod in regis poſſeſſiōe. ut regius equus poſſet eē morboſus. & regius ager ſterilis. Cultus ē interdū ipſa cultio ſiue cultura interdū res qua qd excolit ut hic. Et comites regalis. Ex decētibus enī comitū moribus uirtus & decus prīcipis penſitat. Vñ in. iiii. Aeneid. Multa uiri uirtus aīo multuſq; recurſat gētis honos. Comites aūt dicūt quicūq; iter nī m ſub nī o ductu præſertī & auſpicio comitāter. Habent enī comites ducē. Sūtq; inferioris dignitatis quantū ad hoc qp comites ſūt: licet aliter excelluerint. Vt anchiſes q qa pater uenerabilior Aenea erat: comitē tū ſe dicebat/eo qp ab ipſo pduci uoluit. uñ in. ii. Aene. Nec nate tibi comes ire recuſo. Inepte ergo Valla autore dixeris faciā hoc Rege: uel deo comite: qa qui comes inferior eſt: ut qui noſtra cauſa comitat. uel nī o præ/

Phrigiones

Regalis

Regius

Cultus

Comites

sidio fulcitur. Vnde Cicero. Nō comitē se inquit: sed præbuit ducē. sed pergamus. Primus ue teucer. de teucro filio Thelamonis ex hesiona de quo hic loquit iā dictū est. hūc homerus introducit telis peritissīme usum. Cydonio arcu: est species ꝑ genere. Solēt enī poetæ epitheta rerū a locis in quibus uberrimæ sunt deducere. unde hibleæ apes: Cydonii arcus. gnosia tela. hymetiæ colūnæ. Aethneæ flāmæ. Pauus famius. attagena phrigia. grues mellicæ. hedus ambratius Murena tharsesia. aselli pessimūtii: ostrea tarentina: pectūculus chius. helops rhodi⁹. Scari cilices: nuces thasiæ. Palma ægiptia. glans hiberica: quæ apud Varronē cōmendāt. Item siculæ oues. sabea tura: cydonia mala. & multa id genus a locis laudant. Cydon autē urbs ē in creta in qua (ut inquit Acron) primū arcus de pecudū cornibus curuati sūt. Virgilius aūt in buc. Spicula cydonia sic laudat Ire libet partho torq̄re cydonia cornu Spicula &c. Nō semel ilios uexata ilios. i. ciuitas iliēsis nō ē semel dūtaxat uexata. īmo bis capta. unde Iuno in septimo. bis capti potuere capi. Et Anchises in. ii. Aene. satis una superq; Vidimus excidia & captæ supauim⁹ urbi. Quō ab hercule capta est iā diximus. Vt uero secundo ab Agamēnone capiebat Virgilius in secūdo late describit. Signate tñ dixit Vexata: qm̄ ut dixi sūt qui captā & euersam negēt. Ilios aūt ciuitas est troiæ. Vsitatius dicit hoc iliū uel ilion. Virgi. ceciditq; superbū Iliū & oīs humo fumat neptunea troia. de priore aūt troiæ captu sileт: quādoqdē homerus non cōmemorat.

Nec pugnauit Idomeneus Stelenusue solus. Quāq; apud troiā plurimi fortiter egerint: ignoti tñ: qm̄ non ita homericis uersibus illustrant. ut Idomeneus. Stelenus. aiax. diomedes Achilles pirrhus. Ponit autē duos. quibus & alios illustres intelligit: ignobilesq; excludit. Idomeneus cretēsibus imperauit a quibus post captā troiā propulsus est. Vnde in tertio Aenei. Famauo lat pulsum regnis cessisse paternis Idomerea ducem desertaq; littora cretæ. Causā assignat Seruius. qm̄ troia rediēs uouit in tēpestate sacrificaturū de re quæ prima occurrisset. Cū ergo filius illi occurrisset: & illū aut īmolasset aut īmolare parauisset. pulsus a ciuibus pelago salentinū calabriæ ꝑmōtoriū tenuit & ciuitatē cōdidit. ut Et salētinos obsedit milite campos Lyctius idomeneus. Erat nepos minois ex deucalione patre. Stelenus quoq; dux fuit. & unus eorū qui equo troiano includebant. unde in secūdo Aeneid. Thersandrus Stelenusq; duces & dirus ulixes Demissū lapsi per funē. Erat filius capanei & euadnes ut Acron & Seruius testāt. Dicēda musis &c. Ordo ē. hector ferox nō excepit. primus ꝑ cōiugibus & pudicis pueris prælia dicēda. i. digna quæ dicāt a musis. Nec acer deiphobus excepit primus grauis ictus ꝑ cōiugibus & pueris pudicis. q. d. multos añ hectorē & deiphobū fortit ꝑ patria cōiuge & liberis pignasse: sed nō ita celebratos. Hector filius priami maxim⁹ natu: & armis oīum potētissimus. ab homero sūmope laudatus: quo maior eēt gloria achilli uictori. Preciū enī uictoris ex uicti uirtute æstimat. quocirca & Virgilius turnū laudibus extollit. quia ut dicit poeta in sermonibus. Hectora priamidē animosū utq; inter achillē. Ira fuit capitalis: ut ultima diuideret mors. Nō aliā ob causam: nisi q; uirtus in utroq; Sūma fuit: duo si discordia uexet inertes. Aut si disparibus bellū incidat. ut diomedi Cū lycio Glauco. Discedat pigrior ultro Muneribus missis &c. Deiphobus quoq;

Rerū epitheta

Cydon

Ilios

Idomeneus

Stelenus

Hector

Victoriæ laudes

Deiphobus

priami filius præpotẽs in armis fuit. Huic poſt paridis mortẽ helena nupſit. ut uidere eſt in. vi. Aenei. Quã ob rẽ uidet dicere pudicis. quia Hector apud homerũ paridẽ dãnat q; molliter helenæ ꝓ qua bellũ ortũ erat inſeruiebat. Erat ergo & deiphobo alia cõiunx pudica. ſicut hectori andromache. Quod uero pluralitiuo numero cõiugibus dicit ſtare põt. uel quia ſingulis ſingulæ erãt cõiuges: uel quia ſingulis plures: unde de priamo dicit. Quinquaginta illi thalami ſpes tãta nepotũ. Vixere fortes ante agamẽnona. Multi. Agamẽnon

Agamẽnona. Agamẽnõ atrei filius habit⁹ & Menali germanus: ĩpator toti⁹ exercitus erat: cui⁹ laudes ab homero in immenſum extollũt. Sed omnes inquit qui ante agamẽnona pugnarunt urgentur illachrymales: quia non deflentur a poetis. ꝓpterea q; ante Homerum nullus heroum laudes deſcripſerat. cætera clariora ſunt q̃ ut diutius immorer.

Paulum ſepultæ diſtat inertiæ
Cælata uirtus: non ego te meis
Chartis inornatum ſilebo
Totue tuos patiar labores
Impune Lolli carpere liuidas
Obliuiones: eſt animus tibi
Rerumq; prudens: & ſecundis
Temporibus dubiiſq; rectus:
Vindex auaræ fraudis: & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ
Conſulq; non uniuſ anni
Sed quotiens fidus atq; bonus
Iudex honeſtum prætulit utili:
Reiecit alto dona nocentium
Vultu: per obſtantes cateruas
Explicuit ſua uictor arma.
Non poſſidentem multa uocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati: qui deorum
Muneribus ſapienter uti
Duramq; callet pauperiem pati
Peiuſq; flagitium timet
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.

Paulũ ſepultæ diſtat ĩertiæ Trã ſit ad tertiã partẽ q̃ amico morem gerit. Quia inquit uirtus occulta non multũ ab inertia diſtat: ego uirtutem tuam. Lolli amice tacitam nõ relinquã. Ordo ẽ facilis. Virtus cælata. ideſt occulta. parum diſtat inertiæ ſepultæ. i. ab inertia quæ ſepulta eſt. Hoc eſt quãtũ ad hui⁹ uitæ ſtatum parũ intereſt. nihil nean tacite bene egeris: quia tantũdẽ gloriæ poſt mortem iners & ignauus habiturus ẽ: atq; is cui⁹ uirtus cælata. id eſt occulta. tanti momẽti ſunt tua tum præconia. Neq; uero poetæ mẽs ẽ dicere

uirtutē ſine huius uitæ laude relinquēdā eſſe: ſed dolendū: q̄ ſtudioſi & boni uiri ſuis laudibus fraudēter. nā tametſi īnumeri fortiter & bñ egerint: pīde tñ occultant' atq; inertes fuiſſent: qm̄ carent ſacro uate. Verū tñ nō cōtinuo uirtutē deſeres. Nam ipſa ſua ſibi uirtus abūde merces eſt. Et ueluti fontes & male ſibi conſcii æterno cruciatu hic angū'. unde illud Iuuenalis. Exemplo quodcūq; malo cōmittit'. ipſi diſplicet autori: prima eſt hæc ultio q̄ ſe iudice nemo nocēs abſoluit': improba quāuis Gratia fallacis prætoris uicerit urnā. Et poſt hāc uitā niſi hīc pœnas dederint perpetuo torquebū'. Vnde illud in vi. Aene. Gnoſius hæc rhadamanthus habet duriſſima regna. Caſtigatq; auditq; dolos ſubigitq; fateri. Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani. Diſtulit īn ſærā cōmiſſa piacula mortē. Continuo fontes ultrix accincta flagello Tiſiphone quatit inſultās. Ita ecōuerſo innocētes & boni ineffabili gaudio ex cōſcientiæ integritate perfruū' dū hic uiuunt: & æterna poſt hac lætitia in cæleſti beatitudine etiā ſi nulli eiuſmodi uirtutis ſint arbitri. Nō enī uirtus humanæ indiga laudis eſt. Neq; uir bonus & ſapiēs ut hypocritæ hic ſuorū bñfactorū mercedē populares auras captabit. Cæterū ut quiſq; pro uirtute ſua minimas laudes deſiderat: ita maximis dignus eſt. Paulū ergo ſepultæ diſtat inertiæ. Virtus cælata. quo ad famā & opinionē uulgarē: qua creditū paruo uſui eſſe uirtutē niſi ſciat'. Vnde illa perſiana exclamatio. En pallor ſeniūq; o mores. uſq; adeo ne Scire tuū nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter. Poſſent qui inſris diuinis uerſant'. hinc facile aliā ſentētiam elicere. Cælata uirtus. i. ſciētia abſcōdita paulū diſtat ab inertia. hoc eſt tātūdē eſt neſcire: & ſcientiā occultare: quæ niſi aut in bonis opibus tuis aut ſanctis ptæceptiōib⁹ eluceat pernicioſa'nimirū erit. ſed cōmentum tale ad hoc ꝓpoſitū nihil facit ubi poeta muſas ex eo laudat q̄ ſine eis etiā uirtus mercedē ſuā nō cōſequat' iuxta ſentētiā ſupioris carminis: neq; ſi cartæ ſileāt quod bñfeceris mercedē tuleris. hoc eſt laudē quæ uirtuti debet': tametſi peti nō debeat. Paulū diminutiuū eſt a parū: īnde per aliā declinationē fit pauxillū. & ab illo pauxillulū

Paulum

Sepultæ inertiæ: quia quicūq; iners eſt is ignauus ſepelit' ſic ut ne mēoria quidē eius extet Inertia eſt deductū ab iners: iners autē eſt qui eſt ſine arte. Ars aūt in operatiōe cōſiſtit. Paulū ergo intereſt nihil feceris an occulte. q̄ urgeberis ignotus lōga nocte. Nō ego &c. quia ergo uirtuti laus debetur quæ per muſarū præconia īmortalis efficit'. Hora. amicū ſuū Lolliū debita laude ornatū facit. Liuidas obliuiōes. i. inuidioſam taciturnitatē ut ī ſupiori. Sī taciturnitas Obſtaret meritis inuida Romuli. Eſt animus tibi &c. Laudat eū a quattuor ſūmis uirtutibus. Eſt animus tibi rerūq; prudēs. ecce prudētiā & ſecūdis tēporib⁹ dubiiſq; rectus. ecce tēperantiā ſiue modeſtiā. qua neq; in ſecūdis tēporibus. i. in proſperis & fœlicibus. Neq; in dubiis. i. nebuloſis animus a recto flectitur. Vindex auaræ fraudis & abſtinēs pecuniæ ducētis ad ſe cūcta tāgit iuſtitiā qua ab auaricia nō flectit' ſed auarā fraudē uindicat. ibi aūt per obſtātes cateruas. & in fine. Non ille ꝓ charis amicis aut patria timidus perire. fortitudinē eius cōmemorat. Ita enī cōnexas dicūt eas principes uirtutes ut qui unā earū pfecte habeat oēs habeat. Cōtextus clarus ē. Neq; multæ īterprætatōis egēs. Abſtinēs pecuniæ. abſtinēs nomē eſt itaq; gtīn regit

Pecunia

Nā ptcipiū magis ablatiuo quadrat. Pecuniæ ducētis ad ſe cūcta. Mira laus

q̄ quæ omnia uincit animum Lollii uícere nequeat. Acerba quoq; dictio in pecuniam. In quam sic tertio Aeneidos Virgil. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames. Et Iuuena. in prima. Quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum Maiestas: etsi funesta pecunia nondum Templo habitas nondum nūmorum ereximus aras. De hac Horatius in episto. Hos solos aio sapere & bene uiuere quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia uillis. Et alibi. Scilicet uxorem cū dote fidemq; & amicos Et genus & formam regina pecunia donat. Ac bene nūmatum decorat suadela uenusq;. Et Iuuenalis. Quantū quisq; sua nummorū seruat in arca Tantum habet & fidei. Itē. Haud facile emergunt quorū uirtutibus obstat Res angusta domi. Et iterum alibi. Rara in tenui facundia panno. Et mille id genus reperies quibus pecuniam ad se omnia ducere uidebis. quæ res hodie quoq; heu nimiū probata est. & tamen Lollius abstinens pecuniæ. Dicitur autē ut supra memorauimus a pecude. uel q̄ pecudis forma in prima pecunia expressa sit. uel q̄ omnes diuitias in pecoribus habebant. Vindex dicitur qui uindicat & ulciscitur. a uindicādo dictus. Sunt graues autores qui uindictam a uindicio seruo filiorū Bruti qui conspirationē de reducendis tarquiniis indicauit primū appellatam uolunt eo q̄ Brutus etiā in filios animaduertendo uindictam sumpsit. Quod si est: bona depingitur seueræ iustitiæ cōmemoratio. Consulq; non unius anni. Stoicorū hoc innititur dogmati. Dicunt enim sapientem beatum esse solum. & quia beatitudini deesse potest nihil. omnia quæ desideraueris in uirtute abunde sita esse definiunt. Affirmantq; uirum bonū & sapiētem omnia esse & omnia scire. omniaq; quæ uelit possidere. Vnde in epistolis. Ad summā sapiens uno minor est Ioue: diues Liber: honoratus: pulcher: rex denique regum. Quia uero Romæ exacti erant reges: summaq; dignitas ad consules spectabat Noluit dicere Lollius regem: ne affectatæ dominationis eum argueret. sed consulem perpetuum appellauit. non q̄ consulari fungeretur honore: sed quia eo dignus esset; quandoquidem sapiens. Neq; aliter habere cupiat. Id enim quis satis habere uidetur: cuius neq; indignus neq; auarus est. Est ergo consul non unius anni. Bini etenim Romæ quotannis creabantur consules. Ordo est. Animus est tibi consul non unius anni: Atq; ita semel dūtaxat: sed totiens: quotiens ipse bonus atq; fidus iudex prætulit honestū utili & reiecit alto uultu dona nocentiū. & ipse uictor explicuit sua arma per caterua obstantes. Prætulit honestum utili. Cicero ī paradoxis: docet: quod honestum sit id solū bonū esse Nihil autem appetitur nisi quod bonum putatur. Verum multi uoluptatem: & largas diuitias ī bonís habent: quæ si honestæ non sunt utpote turpiter conquisitæ: utiles tamen multis uidētur: sed animus bonus & prudens reiicit huiusmodi utilia quia honestum præfert utili. Tametsi reuera nihil iuste utile dixeris quod non idem honestum. Reiicere est e medio iacere. & Repellere ut apud Virgilium. Tityre pascentes a flumine reiice capellas. Et alibi. Reiice ne maculis infuscet uellera pullis. Producit autem primam syllabam præter naturam simplicium. Nam licet in illo bucolico reiice capellas. Priscianus proceleumaticum dicat. sexcentis aliis locis producitur: ut. xi. Aeneid. Sic ait atq; oculos rutilorum reiicit aruis Et in eodem Reiiciunt parmas & equos ad mœnia uertunt. Et iterum. Reiem

Vindex

Reiicio

cti armis:& in illo georgico. Reiice ne ma. &c. Reiecit ergo alto uultu.i.magnifico qualem bene sibi conscii.& nullis sceleribus obnoxii gerũt. Dona.i. largitiones nocentium.i. quibus nocentes conãtur ipsum a iusto & honesto auertere. Et ipse uictor explicuit.i. aperte extulit & dispãdit sua arma.i. signa militaria per cateruas obstantes.i. per hostes uirtuti cateruatim insurgentes alto uultu nõ rubicolori & ad terram ob scelus deiecto. quod eorum est qui sceleribus obnubilati aperto marte rem gerere uon ausint. Non possidẽtem multa uocaueris recte beatum. Rectius &c. Ordo est Tu non uocaueris recte beatũ possidentem.i. eum qui possidet multa:is enĩ rectius occupat nomen beati qui callet.i. callide ex multo usu scit uti sapienter muneribus.i. beneficiis deorum:& qui callet patiduram pauperiem.i. eam quæ aliis dura uidetur. Et timet peius.i. copiosius læto.i. q̃ lætum id est morte flagitium.i. grue peccatũ. Ille.i. talis quisquis est non timidus est perire.i. occidi pro charis amicis aut pro patria. hæc poeta. qb⁹ nescio quid sanctius præcipi etiã a Paulo nostro posset: quæue maior amicitiæ uis excogitari: q̃ ut pro amico parat⁹ sit mori. Venerabile sane ex tale ore uerbum Peiusq; læto flagitiũ timet. hoc sic Iuuenalis. Summũ crede nephas animam præferre pudori. Et propter uitam uiuendi perdere causas. Peius aũt id est uehemẽtius tanq̃ rem peiorem.

Male
Peius
Pessime
Bene

Male enĩ accipitur pro eo quod est multũ. ut in sermonibus satyra nonama le salsus Ridẽs dissimulare. sic peius.i. plus & pessime: maxime. de qua re addam illud Laurentianum libro secundo. capi. xc. Bene nonnunq̃ pro ualde ponitur. ut Cicero. Habetis orationem bene longã. Quintilianus. Cũ multa diserte summisq; clamoribus quæ neq; ad iudicem: neq; ad litigatorẽ pertinẽt decantauerunt: bene sudantes: beneq; comitati per forũ reducuntur. Huicsimile quiddã habet male. ut comici frequẽter. Male mihi timeo, p eo quod est ualde timeo Cicero in Bruto. Addebat etiã idq; ad rem pertinere credebat/scriptores illos male mulctatos.i. ualde & quasi bene mulctatos: sed i malũ ipsorum. Ideoq; non bene dixit mulctatos. sed male. Neq; id solũ in positiuo aduerbio: sed in superlatiuo quoq; ut pessime mulctatos. atq; adeo i comparatiuo: sed frequentius cũ uerbo odi. ut idem in philippicis. Quo neminẽ ueterani peius oderunt: peius quasi magis & ualidius. Idẽ ad Marium. Oderam multo peius q̃ illũ ipsum/Clodium. illũ enim oppugnaueram: huncdefenderam. Nec tm̃ per comparatiuũ cum hoc uerbo: uerum etiam per positiuum. ut Terentius in Adelphis. Illud rus nulla alia causa tam male odi. nisi quia prope est. Tam male pro eo quod est tam ualde. Per aliud autem uerbum ut Ouidius in Heroidi. Peius adulterio turpis adulter obest. Hæc Valleñ. Et hic peius timet Leto.

Letum
Flagitium
Flamina
Flagellũ
Flagito
Timidus

Letum dicitur mors: quia omnia delet. Flagitium est uocabulum tractũ (ut docet Donatus) ex more militari: quasi res flagitatione: id est increpatione digna. Nam flagitatio ad strepitum dicitur. Vnde flamina:& flagella & flagitare: id est personare itelligimus dici. Nam hæc omnia sine sonitu crepituq; non sunt. Hæc ille. Diuus Augustinus in libro de doctrina chrlstiana docet flagitium esse malũ quod in nos uertitur: facinus uero in alterius perniciẽ ut homicidiũ. Aulus Gel. etiã libro. ii. dicit flagitia eẽ minora uitiis: sed hic capit ut a Donato Nõ ille timidus &c. Affectate dicit timidus. non timens est aut timet. Nã uir fortis interdũ est timẽs

& timet. Nunq̃ aũt timidus. Is etenĩ timidus est qui meticulosus & assidue timens. Timens uero qui pro tempore timet. Talẽ ergo Vir bonus & prudẽs animũ gerit: ut si utilitas & ratio exigat: Neq; pro amicis neq; pro patria occidere timeat. Dicit tñ poeta pro charis amicis. Dura etenĩ amicitiæ lex esset si pro amico quouis moriendũ præciperetur. Nã tametsi amici chari: nobis tñ chariores esse debemus. Neq; uero omnia pro amico faciũda. quando ut docet Cicero. Nulla est excusatio peccati: si amici causa peccaueris. Et Aulus Gelli. refert. Amicis ad deos nec ultra obsequendũ esse. Cæterum si amicus uir bonus est. neq; aliud (ut docet Cicero) q̃ honestũ expetit: certum est nõ pro amico moriendũ esse: si sine morte uirtutis decor: patriæ salus: & deorũ reuerentia saluaforet. Pro patria autẽ mori non dubitarunt. Quandoquidẽ delphica oracula phedium ut autor est Plynius qui ꝓximo ꝓ patria occubuisset fœliciſſimũ indicabãt. Hĩc Maro eos ad elisios ponit. Martia q ob ꝑriam pugnãdo uulnera passi. Innumera sunt exẽpla eoꝝ q ob ꝑriam mortẽ subierũt. Rariora eoꝝ q ꝓ amicis. Memorabile est Nisi ꝓ Eurialo letũ de quo. ix. Aenei. Mirãda damonis & pithiæ in amicitia fiducia. Nõ tacẽda Lucii petronii cũ Celio amico cædes. Cæteraq; q̃ de amicitia apud Valeri. maxi. lib. iiii. habent. Illi⁹ præconio æternitatẽ meruerũt. At nullũ uenerabilius aut maioris amiciciæ ĩmo icõprahẽsibilis charitatis exẽplũ: q̃ saluatoris nr̃i iesu christi: q ꝓ nobis miseris ꝑctõribꝫ ut mortẽ nr̃am mori ẽdo destrueret: nõ dubitauit manibꝫ tradi nocẽtiũ & crucis subire tormẽtũ ꝓ quo christianiſſimus q̃sq; tantũ abest ut pati formidet: ut etiã uehementer si cũ salute fidei contingat: emori desideret. sed hæc hactenus.

Incipit Siluarũ moraliũ septim⁹ in quo partĩ amicitiæ partĩ urbanitatis ꝑcepta cõtinent.

Ad amicos Ode tricolos ex secũdo carminũ.

a Nguſtã aĩci &c. Quãdo qdẽ ꝫ ut M. T. Cicero ab unde diſputat: null⁹ amicitia dign⁹ q nõ uir bonus & sapiẽs. In

Nguſtam amici pauperiem pati
Robuſtis atri militia puer
Condiſcat: & parthos feroces
Vexet eques metuendus haſta.

quit enĩ. Omnino oĩum horꝝ uitiorꝝ atq; ĩcõmodorꝝ una cautio ẽ atq; una ꝓuisio: nt ne nimis cito diligere incipiat: neue indignos. Digni aũt sunt amicitia qbꝫ in ipsis ineſt cã cur diligant. Rarũ gen⁹ & qdẽ oĩa ꝑclara rara: nec qcq̃ difficili⁹ q̃ repire qd̃ sit oĩ ex pte ĩ suo genere ꝑfectũ. hæc ille. qa inquã amic⁹ uir bon⁹ ẽ. Boni aũt p̃q rari: oñdit poeta quõ bon⁹ euadas: utpote si ab ineũte ætate laboribus te domueris: & pauptatis onus lõga assuetudine patiẽter ferre potueris. Quid etenĩ arduũ aut difficil e: cui pauptas facilis. Sũt aũt (ut Hesi. canit) tria hõinũ gña: Vnũ eoꝝ qui q̃ agẽda sũt uidẽt agũtq;. Et hi qdẽ optimi sũt: q̃lẽ núc Lollĩũ poeta ꝑdicauit. Alterũ eoꝝ q etsi nõ uideãt uidẽti bus tñ obediunt & hi quoq; boni sunt: q̃les sunt quos simplices & innocẽtes

uocamus: quos nunc poeta erudiendos præcipit. Tertium penitus inutile & abominandum: eorum ſcilicet qui nec ſua nec aliorum prudentia gubernãtur de quibus (inquit chriſtianus Homerus Baptiſta Mãtuanus) in pſalmo dicitur: gens ſtulta & abſq; cõſilio. Poſſumus addere quartum genus nec minus pernicioſum: eorum qui bona ſciunt facere tamen nolunt. In quos illud ſalſum ſane ſcoma apud Valerium de uerecundia libro quarto ubi ſic inquit Athenis quidam ultimæ ſenectutis cum ſpectatum ludos in theatrum ueniſſet: eumq; nemo e ciuibus ſeſſum reciperet: ad lacedæmoniorũ legatos forte peruenit: qui hominis ætate moti canos eius & annos aſſurgendi officio uenerati ſunt: ſedemq; ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederunt: quod ubi fieri populus aſpexit: maximo plauſu alienæ urbis uerecundiam comprobauit: Ferunt tunc unum e lacedæmoniis dixiſſe. Ergo atheniẽſes quid rectum ſit ſciunt ſed facere negligunt. Hæc ille. Vt uero Marius in oratione ad populum romanũ per Saluſtium i Iugurthino recitata ampliter docet: eam ob rem nobilitas ut plurimum bene facere negligit: q; primam ætatẽ mollicie imbuerint. ſeq; propterea ſtrennuum & operoſum minatur q; a cunabilis militiæ inſeruierit. Ideoq; græcarum litterarum ac philoſophicæ præceptionis inſciũ iis præferendum ſe putat: qui litteris nõ armis inſudauerint. Neq; uero ad ſolam philoſophiam inuitandi ſumus. de qua re eſt apud Aulum Gellium diuinum illud Platonis præceptum. Philoſophia o ſocrates? res eſt elegans: ſi modice quiſpiam per ætatem attigerit: at ſi ſupra modum tempus in ea contriuerit: hominum eſt corruptela. Nam ſiquis uel amœno ſit acriq; ingenio: ultraq; ætatem philoſophetur: neceſſum eſt eum rerum omnium eſſe imperitum: quarum uſum calleat oportet quiſquis honeſtus probuſq; eſt futurus & hæc & plura notatu iucũdiſſima illic offendes libro nono. cap. xxii. Qui a igitur pro uirtute accumulanda opus exercitatiõe & labore: poeta nos ad militiam inuitat in principio dicens. Anguſtam amici pauperiẽ pati &c. Ordo eſt. Amici puer robuſtus. i. lacertoſus & fortis cõdiſcat acri militia pati anguſtã paꝛꝛperiẽ. & ipſe eques metuendus uexet haſta parthos feroces &c.

Robuſtus Amici. interpellat amicos: ut fidẽ habeant: eo enĩ modo beniuolos reddit. Verſus quoq; uult legatur pluratiue. Robuſtus a robore dicitur. Robur autẽ ſpecies arboris glandiferæ eſt prædura ſed fiſſilis. Vnde oĩa dura robora uocantꝰ. quin & pro uiribus ponitur. Vnde Robuſtus eſt qui multũ roboris i. uiriũ habet. Dicit ſciẽter robuſtus puer. quia ſua cuiuſq; pueri indoles & ingenii uena aĩaduertenda eſt. Quid enĩ impotens uiriũ aut meticuloſus ad armadeſtinetur. Acri militia qualis erat romana ſuo tempore ut hiſtoriographi late docẽt. Pauperies & paupertas unũ ſunt. Sed pauperies aliquando dãno ponitꝰ. ut Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Cõdiſcat. nonuacat con. Militia enĩ & litteræ cũ multis diſcendæ ſunt: multũ eteniĩ facit ad uirtutẽ emulatio. Vexet haſta. aut fatiget ut Terga fatigamus haſta. aut reuera uexet. Vexo enĩ ut docet Gellius frequẽtatiuũ eſt a ueho: ſed quí præpotẽs in armis eſt ita ſæpe equitẽ excutit: ut nõ prius demittat: q; ipſum haſta ſua ad pluſculũ ſpacii uehat: q; aũt id ſæpe facit uexat. Vexet ergo haſta parthos. i. quoſcũq; patriæ hoſtes. ſpecies enĩ eſt ꝓ genere. Sed parthi romanis iuiſiſſimi ſuerũt: ut qui a craſſo ſigna romana abſtulerant: quocirca dicit feroces.

Pauperies

Vexo

Vitamq; ſub diuo: & trepidis agat
In rebus illum ex mœnibus hoſticis
Matrona bellantis tyranni
Proſpiciens & adulta uirgo
Suſpiret: heu heu: ne rudis agminum
Sponſus laceſſat regius aſperum
Tactu leonem: quem cruenta
Per medias rapit ira cædes.
Dulce & decorum eſt pro patria mori
Mors & fugacem perſequitur uirum
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus timidoue tergo.
Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ
Virtus recludens immeritis mori
Cælum negata tentat iter uia
Cœtuſq; uulgares & udam
Spernit humum fugiente penna.
Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces: uetabo qui cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ: ſub iiſdem
Sit trabibus: fragilemq; mecum
Soluat phaſelum: ſæpe dieſpiter
Neglectus inceſto addidit integrum:
Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Vitāq; ſub diuo. Robuſtus inquit puer agat uitā ſub diuo. hoc eſt ſub Ioue qui aer ſiue æther ē: hoc eſt in caſtris & cāpis: nō in aulicis cubiculis cōdiſcat uitā agere. Sicut Aeneas ubi italiam aduenerat: ut in octauo: Cū pater i rī pa gelidique ſub ætheris axe Aeneas triſti turbatus pectora bello Procubuit ſeq; dedit p mēbra quietē. Et agat uitam i trepidis rebus. i. belicis i quibꝫ ſem per trepidaſ. ut inquit Acrō. uel trepidis. i. periculoſis & formidoloſis rebus. Pulchre uero dictū: ac ſi dicat: diſcat puer robuſtuſ: in rebus trepidis in trepidus eē. Nā tāetſi bella omnia triſtia & anci pitia: multi tñ delectātur ſecuriq; in ipſis uerſant. Vñ in primo carmine. Multos caſtra iuuāt: & lituo tubæ Permixt' ſonit': bellaq; mīribꝫ Detestata &c. Illū ex mœnibꝫ hoſticis. Præcipit poeta qd puerili ætati faciundū ſit. nūc uero ineſcatiōes ponit qbus ad tā arduū durūq; mun' teneros adhuc aīos alliciat. Nouit enī romanū ingeniū ad laudē impēſi' ꝑcliuū. Proinde ſic cū iuuētute rōcinari uidet: fortiſſimi tyrones? q̄ creditis glorioſū foret ſi ita

in armis uersati fueritis: ut quũ uos barbaræ puellæ ex mœnibꝫ ꝓspiciãt suis sponsis misere timeant: quod nõ fieret nisi uos eis fortiores censerent: Scito te: dulce & decorum est ꝓ patria mori. Prudẽter aũt poeta iuuenes laudibus acuit quod & Maronianus æneas ĩ secũdo sic facit. Iuuenes fortissima pectora: si uobis audentẽ extrema cupido est Certa seq: moriamur & ĩ media arma ruamus: Vna salus uictis nullã sperare salutẽ. Sic animis iuuenũ furor addit? Inde lupi seu raptores atra in nebula (quos ĩproba uẽtris Exegit cæcos rabies catuliq; relicti Faucibꝫ expectãt siccis) ꝑ tela p hostes Vadimus haud dubiã in mortẽ &c. Vides uerbꝫ similitudinẽ ex uno scilicet Homerico fonte hausta. Virgilius tñ Iuuenes ibi ut lupos prædatores ĩgressos dicit. qñ dicturus est chorebus. Mutemus clypeos danaũq; insignia nobis, Aptemus: dolus an uirtus qs in hoste requrat. Hic uero iuuenẽ fortẽ: leonẽ appellat: q sine insidiis prædã aggredit. Ordo est. Amici facite ut Matrona tyranni. i. regis bellãtis. i. bella gerẽtis cũ romanis: & uirgo adulta. i. matura uiro Prospiciẽs. i. ꝑcul aspiciẽs illũ ex mœnibus hosticis. i. hostilibus in qbus ipsa obsidet: suspiret. i. suspirãdo dicat: heuheu ne regius sponsus rudis agminũ. i. imperitus rei militaris lacessat. i. ꝓuocet ad irã Leonẽ. i. robustũ illũ puerũ qui se leonẽ gerit: asperũ tactu. i. dũ tangit uel ut tangat: quẽ leonẽ ira cruẽta. i. sanguinis sitiẽs rapit. i. effert ꝑ medias cædes. i. occisiones & hostiũ neces. Matrona inquit Gel. libro. xvii. cap. v. est quæ mrimoniũ cũ uiro cõtraxit etiam si mater nõdũ eẽt. Materfamilias aũt quæ in mariti familiã uenisset. Tyrãnus. inquit Seruius. rex dicit græce. Nã apud græcos Tyrãni & regis nulla discretio ẽt licet apud illos incubator ĩperii tyrãnos dicat. Declinat aũt hic & hæc tyrãnos Hæc Seruius ad illud septimo Aeneí. Pars míhi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni. Vbi latinus Aeneã quẽ generũ sibi iãdudũ destinat tyrãnũ. i. regẽ appellat. Vnde ibidẽ Donatus Tyrãni. hoc nomẽ inquit posterioribꝫ sæculis usurpatũ est. Nã reges quoq; tyrãni dicebant. Hocigit loco tyrãnus ꝓ regepõt accipi: quia spõsus q raro nisi reginæ cõpetit. Vel reuera oẽs hostes romani nois tyrãnos. i. incubatores ĩperii appellat. ꝓpterea q romani ea sint pietate & iustitia prædíti. & q in regẽ piũ & iustũ arma nõ mouerẽt. Suspirare/est sursum spirare: ut faciũt miseri & afflicti: q cũ in terrenis nullã spem reponunt in excellũ suspiciẽtes cælitus auxiliũ implorant atq; subinde suspirant. Sursũ aũt & deorsum in cõpositione uidentur corrũpi ut Suspiro surrigo. suspicio. suffero &c. i. sursum spiro: rego aspicio: fero. Descẽdo despicio demitto. i. deorsũ scãdo aspicio mitto. Sũt tñ qui eã natura integris præpositiõibꝫ. Sud & Dead dicãt. Nã & sursũ inqũt/ cõpositũ est ut sit supra uersũ. uel sub uersũ. & deorsum. i. de uersũ: sed nihil ad rẽ. Heuheu. geminata hæc interiectio semꝑ dolentis est & sine obliquo ponit. ut heuheu qd uolui misero mihi. & iterũ heu heu q̃ pingui macer ẽ taurus in aruo. Heu aũt exprobatiue cũ actõ sæpe ponit. ut heu stirpẽ inuisam. Castigatiue cũ eodẽ. ut heu me miserũ: Miseratiue etiã cũ ntõ. ut heu pietas. heu prisca fides &c. Hey ut plurimũ dolẽtis est cũ dtõ. ut hey mihi q̃lis erat quãtũ mutatus ab illo Hectore &c. Heus uocandi aut reuocãdi aduerbiũ uocatiuũ desiderat. heus inqt iuuenes &c. geminatur aũt hic ut indicat uersus. Rudis agminũ audacter autore Fabio & fœliciter Horatius uariis figuris dicẽdi utit. ut Ecce rudis nomẽ est neq; uerborũ origi

Matrona
Mrfamilias
Tyrannus

Suspiro

Heuheu

Heu

Hey
Heus

Rudis

nem agnoscit & tñ perinde atq; uerbale eẽt genitiuũ regit ut sit Rudis quasi ignarus & indoctus agminũ Qui callide tñ obseruare uelit: posset ipm cũ uerbo affinitatẽ hre affirmare. Nã ab eo fit Erudio: quod est extra ruditatẽ po no. Agmen inquit Seruius ꝓprie est ordinata multitudo ut est ambulantis exercitus. Nõ ergo stans dicit nisi usurpatiue. Hæc ille. Dicitur aũt agmẽ ab agẽdo. Agit enĩ per imperatores & ductores exercitus. Itaq; actores possent dici. sed qa hoc durius ẽ uocabulũ ut quod ad pecora quoq; spectat. quæ agũtur: sicut & hostes quos fugamus. honestius ductores appellãtur. Quia uero in agenda & ordinãda acie plurima imperatoris ductorisq; uirtus cognoscit ut sæpe apud Salustii Iugurtham uidere licet: bñ inquit poeta: ne rudis agmi num &c. Lacessat. Lacessere est ininiuriis prouocare: quasi laniatum ire & lacerũ efficere. Mira aũt est ubiq; poetæ diligẽtia: qui memor translationis iuuenis animosi ad leonem: dicit lacessat. Scit enim Leonem nisi lacessitus fuerit: non oppugnare. quocirca priusq; in predam irruat iras secum colligit caudæ unguiumq; agitatione. Asperum tactu: si quidem tactu uerbum est hoc est posterius supinum: passiue significat: id est asperum dum tãgitur: uel ad tangẽdum. si uero nomen est actiue significat: ut Asperum tactũ: qui aspere tangit. Cædes a cælo cæcidi dicitur occisio & necatio. Naturam autem leonis ad amussim exprimit ís etenim per omnia dura atq; terribilia impaui dus penetrat. Dulce & decorum. Videtur nunc antipophoras inserere. Diceres. horati iucunda quidem est gloria sed eius cupidus præceps fertur: temere cadit ante diem. Ad quod poeta. dulce & iucundum est pro patria mori. Diceres iuuenilibus tamẽ annis parcendum esset. Nam grate superueniet quæ non sperabitur hora. Ad hoc poeta ostendit temere omnes mori. tam uictores q̃ uictos tam iuuenes q̃ senes: nulliq; certum esse mortis genus aut tempus. Morte autem ipsa nihil certius. Vnde ait. Mors persequitur etiam uirum fugacem: id est fugantem nedum fugientem: id est uictorem nondum uictum. Vnde Virgilius. Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus Victoresq; cadunt danai. Nam & antiqui sapienter uictoriam aligeram pinxerunt. Potest autem hoc loco duplex esse sententia. Altera quam modo diximus: & ita Fugax capietur actiue a Fugo fugas iuxta iudicium Acronis: qui dicit. fugacem qui fugat agentis est & non patientis. Ostendit eos magis periclitari qui fugiunt. Hæc ille. Ordinabis ergo sic. Mors persequit̃ &: id est etiã fugacẽ uirũ. i. psecutorẽ nõ solũ uictũ. hoc est oẽs morient̃ tametsi fugiẽs citius occũbat. Põt etiã fugax deflecti a fugio. iuxta illlud Porphirionis. Hic ostẽdit eos maxime periclitari qui fugiũt. Ordo ergo est & sensus. Dulce est ꝓ patria mori atq; ita fortiter oppetere. Nam tametsi ĩ fugã turpem te uerteris: tutus tñ nõ eris. Nã mors psequit̃ & id est etiã fugacẽ uirũ. hoc est assidue fugientẽ. hoc est. Satius est uitã pro laude pacisci. & pulchram petere per uulnera mortem q̃ inhonestam per effugia uitam. Si modo id respõderis quod Demosthenes orator qui obiicientibus sibi ꝙ salutem fuga quesisset uersu illo notissimo (inquit Gellius) respondit ἀμήρ ὀφεύγων καὶ πάλιν μάχεσεται: id est uir fugiens & denuo pugnabit. Dicens ergo Flacce. Iocũdũ quidem & pulchrũ est pro patria mori senibus capularibus. At iuuentutis referre uidetur ut se incolumes seruent aliquãdo post fugam fortius pugnaturos

Erudio

Agmen

Lacesso

Fugax

Ad quod poeta. Fruſtra inqt meticuloſi iſtuc cõfugiũt. Nã quũ incerta ſit tũ/
ta. nemoq; ſcit an unq̃ poſthac dedecus illatũ aboleuerit q̃quidẽ nõ raro iu
uenes moriunt. tutius eſt: ſi uincẽdo gloriã fortuna inuidẽte parere nõ potu/
eris: cadẽdo tamen merearis. Neq; uero uirtutis eſt iudicium: patriæ cõmo/
ditatẽ excuſare. Nã. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ Intaminatis fulget hono
ribus. Ordo eſt. Nec mors parcit poplitibꝫ ibellis iuuẽtæ: nec timido tergo
imbellis iuuẽtæ. Potes etiã dicere imbellis poplitibus iuuẽtæ. qa imbellis, po
teſt eẽ datiu⁹ pluralis ſecũdæ declinatiõis & ita cõſtruit cũ illo datiuo popliti
bus. uel genitiu⁹ ſingularis tertiæ declinatiõis: quõ cõformat. gtõ iuuẽtæ. Iu
Iuuenta uẽta eſt ipſa ætas: Iuuẽtas ætatis dea: iuuẽt⁹ aũt & pubes capiunt ꝑ cœtu iuue
Iuuentas nũ. hoc eſt ꝑ ipſis iuuenibꝫ: ſicut nobilitas ꝑ nobilibꝫ. Poplites ſunt ligamẽ
Iuuentus ta genuũ: qui nerui ſunt. Accipim⁹ aũt a parte totũ. Suppliciũ uero eſt flecte
Poples re poplites: q in iuuenibꝫ adhuc teneri ſunt: & in ſenibus labaſcũt. Vñ eſt. Ge
nua labant &c. Quãdo uero ſolido ſtant robore uires: in poplitibꝫ cõſiſtẽdi:
inſequẽdi & fugiẽdi uirtus eſt. Videt aũt poeta alludere ad cladẽ cãnenſem.
Nã ut eſt apud Valeriũ libro ſeptimo capitulo de ſtrategematis ubi de Hãni
bale in fine loquit. Hãnibal ꝑter cæteras uerſutias: q̃dringẽtos eqtes ſubor/
nauit: q ſimulata trãſitione perierũt cõſulẽ: a quo iuſſi more trãſfugarũ depo
ſitis armis in ultimã pugnæ partẽ ſecedere: diſtrictis gladiis quos inter tuni/
cas & loricas abdiderãt poplites pugnãtiũ romanoꝝ ceciderũt. hæc ille. Sũt
etenĩ poplites in poſteriore parte genuũ: quibꝫ amputatis fuga ĩpedit. Simi
li mõ Timidũ tergũ dicit. nã niſi timidi fuerint: nõ tergũ ſed pectora hoſtibꝫ
obiicerẽt. Quocirca Maro antiquos Thoracas ahenos quæ pectoralia ſunt:
ad bellũ paraſſe dicit. Et Sta. Triplici ſeruant pectora ferro: Pectora: nam ter
go nullus met⁹. In uiro ergo forti nullus met⁹ eſt tergo. Vñ & hi q Hãnibalis
callido aſtu occubuerãt oẽs in anteriori pte corporis: nulli uero in tergo uul
nerati offendebant. Solẽt enĩ poetæ mira phãtaſia uti: ut dicũt hoĩes uulne
rari ĩ ea parte q̃ inſignes ſunt. Nã apud Homerũ Terſites hõ timiditate pdit⁹
in dorſo uulnerat cõtra ipa ꝓcordia. Achilles quẽ & ipſe Homer⁹ & Stati⁹ Ho
meri imitator uelocẽ pedibꝫ inducũt ĩ pedibꝫ uulnus letale accepit Remul⁹
iactabũd⁹ apud Maronẽ in capite uulnerat: & phar⁹ clamoroſus ĩ ore de quo
ſic ait ĩ. x. Ecce pharo uoces dũ iactat inertes Intorquẽs iaculũ clamãti ſiſtit ĩ
ore. Pharaſiti comedones illi ĩ uẽtre a comicis ĩpinguntur. Vñ in Phormione
de Phormiõe ipſo. Niſi ſeqt pugnos ĩ uẽtrẽ ingere &c. Viri ergo fortes ĩpe/
ctore uulnerant. Nil aũt ꝑſit fugiſſe q̃m mors nõ parcit timido tergo. Eſt aũt
Tergum Tergũ autore Seruio/ dorſũ ipm. Sed Terg⁹ tergoris coriũ ꝓcipue ipſius ter/
Tergus gi. Dictũ a tegẽdo qa tergit & tegit tergũ & clipeos. Cõfundit tñ Virgi. dicẽs
Taurinũ quãtũ poſſent circũdare tergo. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ. Sor
didæ põt eẽ ꝑpetuũ & uniuerſale adiectiuũ: q̃ſi oĩs repulſa ſit ſordida. Vel eſt
diſcretiuũ epithetũ. ut ſit Virtus quidẽ neſcit repelli ſordide. Itaq; fortitudi/
nẽ deſcribit. q̃ inter timiditatẽ & audaciã ſeu temeritatẽ mediũ tenet. Nã ſiq;
ubi decoꝝ eẽt cadere: turpit fugit: is timid⁹ nimirũ eſt. At ſi ubi neq; ſuæ neq;
patriæ ſpes ſalutis ullã apparet irruit. temeritatis dãnabit. Põt ergo ui & mul
titudine repelli etiam uir fortis: ſed caueat ne id ſordide fiat. Mira ſunt Va
lerio libro tertio de fortitudine exempla: quibus ad priorem ſententiam in/

duci possimus: ut dicamus Virtutem. i. uirũ fortẽ nescire repelli quando oĩs repulsio fœda sit. Attilius enĩ capta preter capitoliũ Roma. dum cũ insigni/ bus magistratuũ ĩ sella curuli mortẽ fortiter expectaret: barbã suã permul/ cẽti gallo scipionẽ uehementi ictu inflixit: eiq; ꝓpter dolorẽ ad se occidẽdũ ruẽti corpus cupidius obtulit. Capi ergo uirtus nescit: patiẽtiæ dedecus igno rat. Fortunæ succũbere tristius oĩ fato ducit: noua & speciosa genera interi/ tus excogitat: si quisq; interit qui sic extinguit. Idẽ de Catone. Tui quoq; cla/ rissimi excessus Cato Vtica monumentũ est: in qua ex fortissimis uulneribus tuis plus gloriæ q̃ sanguinis manauit: si quidẽ cõstantissime ĩ gladiũ incũben do magnũ hoĩbus documẽtũ dedisti: quãto potior esse debeat ꝓbis digni/ tas sine uita: q̃ uita sine dignitate. Hæc ille. De hoc Catone Hora. noster. Et cũcta terrarũ subacta præter atrocẽ animũ Catonis. Secũdũ ergo Romano rũ instituta Virtus nũq̃ pellitur: quod et Christianus quoq; confitebit. Vn/ de ut quid sentiã cõcludã. Vir quidẽ fortis ubi utilitas cũ honestate monet cedet: Virtus tñ repelli nequit. Omnis etenĩ repulsio uirtutis sordida ẽ. Nõ omnis aũt uiri fortis. Nã dũ uir fortis repellit. nõ a uirtute: sed ab hoste disce dit: Nã si uirtutis esset cadere. nunq̃ fugeret. Qui uero eo superbæ uirtutis ꝓ/ uenerũt: ut seipsos ne caperent interemerint: Nõ recte sensissent. Nã ut pul/ chrius est alienis q̃ suis manibus coronam accipe: ita turpius suis q̃ alienis manibus occũbere. Taceo quãtũ in religione nostra cautũ sit ne quis sibi cõ ciscat mortẽ. Eius enĩ lumine poeta caruit. Recte tamẽ dicit Virtus repulsæ nescia sordidæ. Cuius testimoniũ (ut nostratia quoq; adducã) Diuus Bapti/ sta perhibet: qui occũbere q̃ ueritatis prædicandæ uirtutẽ dimittere maluit: Repulsa dicit a repellẽdo. Virtus fulget honoribus ĩtaminatis ideſt incor ruptis & puris: Nam stoici neminẽ bonũ & sapientẽ cui nõ omnis uirtus cõ/ tingat æstimãt. Fulget ergo intamĩatis honoribus: quia nihil maculæ admit tit. omninoq; uacat turpi metu: quæ una est animi uehemẽtissima perturba/ tio. Vacat itẽ (quæ nõ minoẽ pestis) ambitiõe quia. Virtus. Nec sumit aut ponit secures arbitrio popularis auræ. Est & alia in his uerbis sentẽtia. Nam secũdũ Porphirionẽ repulsa capit generaliter pro omni infamia ac turpitu/ dine Hoc enĩ secũdũ eũ ait/ Virtus infamis ac sordida esse nõ potest. Sane ut filum textus cognoscamus: sic procedit ut dixi. Amici facite ut iuuenes robu sti & bellipotentes a primis annis labores & paupertatem pati cõdiscãt: ut sic militiæ Romanæ docti: ĩimicis terrori sint: nobilẽq; triumphũ & uictoriam ex illis referãt. Neq; si quãdo aleã belli quæ anceps est inimicã habuerint ꝓ/ terea fugã faciant: quia fugiẽtes citius occumbũt & si fortasse plene effuge rint hostẽ: nõ mortẽ tamẽ quæ & iuuenes & senes persequit. Vnde ĩ carmi/ ne anteriorĩ apud Hora. æqua lege necessitas. Sortit insignes: & imos: Om/ ne capax mouet urna nomẽ. &c. Quod si post fugã superuixeris ac uitalis fue ris: uirtutẽ tamẽ deperditã nunq̃ recuperaueris: Virtus enĩ nescia est repulsæ omnisq; passionis animi expers Vnde in sequẽtibus per amarã interrogatio nẽ. Auro repẽsus scilicet acrior Miles redibit? flagitio additis damnũ: Nec amissos colores Lana refert medicata fuco. Nec uera uirtus cum semel exci/ dit. Curat reponi &c. Sicut inqt Lana nunq̃ uere deperditũ colorẽ recupat: ita miles fugitiuus: nũq̃ uirtutẽ amissã repat. Quocirca ut dixi põt textus ita

Argumẽtũ odes

cõtinuari: ut de repulsa in bello intelligas. Alio mõ potes intelligere: ut stoi ce loquat̃/adhorteturq; ad uirtutẽ iuuenes ipsos. Et erit cõtextus. A mici fa/cite iuuenes uirtutẽ. i. fortitudinẽ (sic enĩ hic capit̃. Nã uirtus a uiro. uir aũt a uirib9 aĩ dr̃)a teneris ãnis amẽt atq; imbibãt: pulchrũ etenĩ iuuẽtuti fœmini nas laudes meruisse & ĩimicis terrori eẽ: Vñ nobilẽ uictoriã inferre possent. Quod si fata sint ut caderẽt. nihil mali cõtingat: qa dulce & decorũ ẽ ꝓ pria mori: oẽsq; mori debemus: qñ & iuuenes sæpe sine bello occidant. Vñ alibi. Frustra cruẽto marte carebimus. At si qs uirtutẽ obtinuerit. Iã nihil ei deesse poterit. Nã ut stoici dicũt sola uirtus abũde ad beatã uitã sufficit. Virtus enĩ oẽs honores impartit. Diceret populus sæpe indignis dat honores & dignis adimit. uñ Virg. de fortuna. fortuna ĩmeritos auget honoribus fortuna ĩno cuos cladibus afficit Iustos illa uiros paupie grauat. Indignos eadẽ diuitiis beat. Quod dignis adimit trãsit ad ĩpios &c. Ad hoc rñdet poeta. Virtus re/pulsæ nescia sordidæ. Virtus inqt nũq; dũ magistratũ petit repulsam patit̃: qa nõ sumit aut ponit secures Arbitrio popularis auræ. Nã ut stoici dicũt. Tãetsi populus bonis & sapiẽtibus uiris Insignia magistratus nõ mãdat. honorestñ obtinẽt. Nã ut ĩdignis magistratuũ ĩsignia cõtingũt. honores uero nõ. ita di gnis ĩsignia desũt. honores nõ desũt. Nã ut iã sæpe dixi ex epistolis horatii. Sapiẽs ẽ rex deniq; regũ: nõ q regat: sed q uirtutẽ regẽdi habet sicut ut inser monibus argumẽtat̃ cũ stoicis bonus cantor eẽ põt: q tñ nõ canit. Hãc rem marcus Cato cũ repulsam patere⁹ egregie expressit dicẽs nõ se sed populum errare. Quã rẽ Valerius maximus approbat in capitulo de repulsis libro. vii. Sed ut comitiorũ maximũ crimẽ referã. M. portius Cato plus moribus suis præturæ decoris adiecturus: q̃ prætexto eius splẽdoris ipse laturus: consequi illã a populo aliqñ nõ potuit: ꝓxima demẽtiæ suffragia: quæ qdẽ satis gra/ues pœnas erroris sui pepẽderũt: qm̃ quẽ honorẽ Catoni negauerant Vati/nio dare coacti sũt. Ergo si ueræ æstimare uolumus: nõ Catoni tũc prætura: sed præturæ Cato negatus ẽ. hæc ille. Quia igit̃ repulsa uulgo accipit̃ ꝓ fru/stratiõe petionis honorũ: recte hoc loco sic intelligemus. Vir bonus semper quosuis honores obtinet. Nã ut de Lollioiã uidimus. Vir bonus cõsul est nõ unius ãni. Magna ẽ ergo poetæ fœcũditas quicũq; intelligat̃ recte loqt̃. Se/cures erãt in fascibus cõclusæ. unde ꝓ fascibus capiũt̃: & fasces ꝓ honore maxi

Securis mecõsulari. Dicit̃ aũt Securis a secãdo: qa cõsules q aĩ aduersionẽ sanguis habebãt securi percuti iusserũt. Virtus aũt nõ sumit secures. i. magistratus ar bitrio popularis auræ. Neq; ponit. i. deponit: qa nolẽte populo adhuc dñat.

Popularĩ Aura Popularis aura apud oẽs ꝓ fauore & suffragio ponit̃. Vnde in. vi. Aene. de Anco. seqt̃ iactãtior ancus. Nũc quoq; iã nimiũ gaudens popularibus auris: & Lucanus. Popularibus auris impelli. &c. Ideo autẽ ꝓ fauore populi ponit̃. qa ut aura leuis & instabilis ẽ: ita fauor populi. uel qa ut aura splẽdorẽ indu/cit: ita populus splẽdore quodã inducit̃. Dicit̃ etiã aliqñ uno uocabulo popu laritas. Virtus recludẽs &c. ostẽdit poeta. Cui uirtus est hic oĩs honores ob tinere. Nũc post hãc uitã: ostẽdit eũ cælũ petere. Quĩa uirtus recludẽs. i. ape riẽs uiris ĩmeritis mori cælũ: tẽtat iter negata uia. i. per aera æthera & cælos Et spernit cœtus uulgares cõsortia uulgi: & spernit udã humũ. i. mortalitatẽ & hæc inferiora fugiente pẽna. i. celeribus alis q̃bus fugiẽtes uolucres utũt.

Virgilius Maro diuino ſpiritu præditus tris uias ad cælũ demonſtrat in ſexto dicẽs: ſuperas euadere ad auras hoc opus hic labor eſt. Pauci quos æquꝰ amauit Iuppiter Aut ardẽs euexit ad æthera uirtus. Diis geniti potuere: tenent media oĩa ſiluæ &c. quæ uerba qm̃ tã ſancta ſũt: & noſtræ fidei tã amica q̃is ante chriſtũ prolata. latius ad noſtrã doctrinã referã. Pauci inqt cælũ repetunt: quía arta eſt uia & pauci ambulãt eã: multi eteni ſũt uocati pauci uero electi. & ut Virgilius dicit tenẽt media oĩa ſiluæ ideſt uel mundi huius laquei: uel cælorũ influentiæ. unde ad mala rapimur. Qui uero apud nos cælũ petũt: aut hii ſunt quos æquus amauit iuppiter: ut qui gratiã & remiſſionẽ inuenerũt. ut Latro in cruce. Magdalene ad pedes domini. Petrus in ſpelunca inualle lachrymarũ Paulus zelo legis. Aegyptiaca in deſerto. & id genus innumeri: quos niſi æquus iuppiter amaſſet: cælũ nõ petiiſſent Mire tamen dicit poeta æquus iuppiter. quia licet deus ſingularẽ gratiã aliis cõferre uideť: aliis uero nõ. Oĩbus tñ ſi pari modo expeterẽt nimirũ cõferret: qa æquus eſt. Aut quos ardẽs euexit ad æthera uirtus. i. charitas quæ reuera ardẽs uirtus ẽ & hii ſunt oẽs qui in charitate moriũť uſq; adeo uehemẽti: ut eius igni omne uitiũ purgatũ ſit: nam hii ueſtigio cælũ obtinẽt Charitatẽ ardentẽ eſſe Auguſtinus his uerbis indicat. Vulnera hanc peccatricẽ aĩam igneo & potẽtiſſimo telo tuæ charitatis. oĩs eteni amor ignis eſt: Vnde in Bucolico. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis amitas. & de didone. Et cæco carpitur igni &c. Vie in cælũ

Tertii qui cælũ ſcandũt ſũt diis geniti: quos antiquitas diuos & heroas appellauit. qui ideo diis geniti putabanť. quia tã benignã naſcẽdi tempeſtatẽ ſortiti. ut ſuapte natura ad uirtutem traherentur. Nos uero eos filios dei uocamus de quibus Iohãnis primo. Dedit eis poteſtatem filios dei fiĩi: iis qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus: neq; ex uoluntate carnis: neq; ex uoluntate uiri: ſed ex deo nati ſunt. Quos ut ab aliis diſtinguamus eos dicere poſſumus: qui ideo dumtaxat cælum petunt q; ex deo geniti quales ſunt innocentes qui antequã bona egerunt decædunt. & meritis paſſionis chriſti in fide parentum ſaluantur: qui nimirum regenerati & renati ſunt in fonte baptiſmi. Itaq; tris uias ad cælos uidemus: aut per gratiã quæ omnibus neceſſaria. nulli tamen certa aut per ardentem uirtutem ideſt per charitatem: aut per regenerationem in ſanguine ſalutis humanæ. Vnde poeta noſter. Virtus recludens & cætera. Recludere ut ſæpe dixi eſt aperire. Immentis mori. ideſt bonis dignis æterna uita. Negata uia humanis uiribus: Sic dicitur in ſexto Aeneidos. de Dadalo per aera uolante. Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo Inſuetum per iter gelidos enauit ad arctos. Cœtus uulgaris uilium hominum cõſortia. Cœtus dicitur a coeundo. Vdam ſpernit humum. ideſt terrenam neceſſitatem cui animi noxii cælum repetere non poſſunt. Vude in ſexto Aeneidos. Quantum non noxia corpora tardant terreniq; hebetant artus: moribundaq; membra. Et in Georico. Qua me quoq; poſſum tollere humo. Fugiente penna præpetubus alis. Pulchre autem dum totum & multitudinem ſignificamus ſingulari utimur numero. Nam docet Seruius Plus eſt æquor aut: mare: aut terram peragraui quã æquora maria terras. Hic enim totum elementum

ibi partes significas. sic dictum: ex hoste recepi & cætera. Est & fideli tuta silentio Merces &c. Acron. ostēdit inqt uirtutē secreti tenacē. Lādinus. propterea q; dicit fideli silētio. fides aūt secūdū Ciceronē est fūdamētū iusticiæ. Dicit poetā nūc laudare iusticiā. Ego uero crediderim poetā ab instituto nō digredi. Cōnectemus ergo supioribus sic. Assuescat puer uirtuti. uirtus enim sola oīs dignitates cōplectit̄ hoiemq; ad cælos effert: Neq; uero sit iuuenis rerū suarū futilis. & gestitor importunus: Nō mior enī ꝓpterea est uirtus q; tacita sit. Nā est &. i. tuta merces fideli silentio. hoc est ꝓpter tacituritatē & modestiā nō mō nō amittet mercedē sed tutā accipiet. Sūt etenī multa sacra eo sanctiora quo secretiora. ut Cereris & eleusina. quæ tātū nephas ē reuelare: ut nō ausim cū eo; diuulgatore aut domū aut nauim cōpetere. ne bon⁹ cū malo puniar. Vel cōnectamus sic. Ingens mediusfidius fortitudo uirt⁹ est qñ hic diuinos triūphos & post hac īmortalē gloriā pariat. Proxíma aūt uirtus est modeste tacere & sua nō ostētare. Vnde illud aureū uerbū Virtutem primā esse puto cōpescere linguā. Proximus ille deo q; sit rōne tacere. Etenī si ingēs est flagitiū secreta cereris reuelare usq; adeo ut ne unq̄ qdē impunitū uideris: certū est egregiā eē uirtutē rōne tacere: hæc sūma est. Est & fideli. &c. sentētia igit̄ est. Nō solū laudabile ē fortiter agere. sed etiā bū gestā non ostētare. Nā. est &. i. etiā tuta merces fideli silētio. i. si fideliter tacueris facinora tua mercedē cōsequeris. uel accipiamus generaliter. Est etiā tuta merces fídeli silentio. hoc est magna est uirtus & multa mercede digna secreta & tacēda tacere. Vetabo. ordo est. Ego uetabo. i. ꝓhibebo ut sit mecū sub iisdē trabibus & soluat mecū fragilē phaselū q uulgarit sacra cereris arcanæ. Nam diespiter diei pr̄ iuppiter ipse neglectus. i. cōtēptus uel nō honoratus debito sacrificio Addidit integrū incesto. i. cū incesto īnocētē puniuit. Pena claudo pede. i. uindicta quæ dicit̄. habere lanatos & ꝓinde tardos pedes: Raro deseruit sceleſtū añcedētē hoc ē nihil impunitū manet. Nā licet dei nō subito puniant: mēores tñ sūt. unde Virgilius in primo. At sperate deos mēores fandi atq; nefandi. Et si qñ hic impunitū relinquūt grauiore flagello postea afficiendum iubebūt. unde in sexto. subigitq; fateri. Quæ quis apud superos furto lætatus mani distulit in serā cōmissa piacula mortē. hæc maro. Merces mercedis dī a mereor mereris uel a mereo meres. & ē meritū siue p̄ciū laboris nīi. Sacra cereris íqt Acrō mystica erāt: nec uulgari licebat ꝓpter hoc q; occulte cōsiliis usa ē donec filiā suā repiret. uñ & Virg. Et fida silētia sacris. Dicit ātse cū sacris ego nec nauigare nec manere uelle ne ī uoluat̄ illi⁹ piculis: hæc Acrō de sacro Cereris. dicit Iuue. q; a castis celebrari debuit Vñ in. vi. Paucæ adeo cereris uittas cōtígere dignæ Multa aut sūt sacra quæ secreta teneri debebāt ut apud Macrobiū ī saturnalibus de sacris eleusinis. Et apud Valeriū de neglecta religiōe sic dicit̄. Tarqnius aūt rex. M. Tuliū duumuirū q; librū secreta ciuiliū sacrorū cōtinētē custodiæ suæ cōmissū corruptus Petronio sabino scribēdū dedisset: culeo insutū ī mare abiici iussit idq; supplicii genus multo post: paricidis lege irrogatū ē: Iustissime qdē: qa pari uiolata parētū ac deoꝝ uiolatio expiāda ē. hæc il. Sub iisdē trabib⁹ periphasis ratiū quæ erāt cōnexæ trabes. Vel reuera secundū Porphirionē: sub iisdē trabibus. i. sub eodem tecto dicit. & soluat fragilem phaselum. idest sit in eadem naui. Inquit enim

Porphi. Absit/inqt poeta/ut sub eodē mecū sint:& cū iis nauigē q linguā suā usq; ad proditionē misteriorū cereris ꝓducūt. Soluat phaselū. Soluere dicit in pelagus dimittere ut Virgi. Soluite uela citi. Phaselus uelox & oblonga nauis est qua ī paludib⁹ utūt. Virgi. Et circū pictis uehit sua rura phaselis. tales aūt naues ut citissimæ sūt:ita facillime obruunt. Neglectus diespiter.i. nō ueneratus debitis honoribus. Diespiter.est diei pater. Addidit. Addi significabat olim īimicū esse ut in.vi. Aenei. Nec teucris addita Iuno usq; aberit. Addita inqt Seruius.i. īimica.& est Verbū Lucilii & antiquoꝝ ut plaut⁹. Additus Ioni argus. Similiter hoc loco diespiter addit integrū incæsto.i.p/sequit īnocentē cū nocētibus.cuius rei egregiū testimoniū habemus ī uita Ambrosii nr̄i. Sæpe etiā lectū ē magnā cladē ꝓpter paucoꝝ scelera eueniſſe. Vnde ut inqt Valerius maximus. Creditū ē Varronē cōsulē apud Cānas cū Carthaginēsibus tā infœliciter dimicasse ob irā Iunonis. Quod cū ludos circēses ædilis faceret: ī Iouis optimi maximi tēplo: eximia facie puerū histrionē ad excubias tenēdas posuisset: quod factū post aliquot ānos mēoria repetitū sacrificiis expiatū est. hæc ille. At si Virgilio credimus tota troia factiōibus Iunonis ꝓpter paucorū culpā euersa est: Tullus quoq; hostilius ut autor est Liuius cū tota familia igni cælesti extinctus est q⁹ eo male uteretur. Sed quid hæc usq; adeo mira. si dauidis & Bersabes adulteriū tantā cladē israheliticis intulerit. Neq; ꝓpter ea deos iniustos dixeris q⁹ innocētes obruant cū noxiis.nā boni quidē cadūt:sed ad maiorē gloriā beatioreq; uitā reuocātur. Nihil uero melius cū mortalibus agi pōt:q̄ dum boni sunt ad supera uocent Signate autē dicit poeta se nolle cū sceleratis phaselū soluere: quia quotiēs orta tempestate nautæ deprehendūtur:solent culpā unius sceleri imputare quasi uero dii ultionē in mari potissimū expetant. Vnde siculus ille Tyrannus Dionysius fano ꝓserpinæ spoliato Locris:cū per altū secūdo uento classe ueheret ridēs amicis. Videtis ne ait quā bona nauigatio ab ipsis īmortalibus sacrilegis tribuat: quasi dicat deos nisi approbarēt sacrilegiū ultores fore. Quia uero ita ut dixi nautis persuasū est ꝓpter scelera tēpestatē concitari. solēt mota urna sortē ducere: ut quē fata uelint præcipitē dent. Vt in Iona apud sanctos codices luculētū est exēplū. Incestus dicit generaliter non castus. Cestus enī ut inquit Seruius sine diphthongo secūdæ declinatiōis ē cingulū ueneris quo uenus cōcessas nuptias adiens utit⁹ Vnde dicit⁹ quasi castus Et inde fit incestus quasi nō castus. Cōmittit aūt īcestus cū cōsanguinea aut Vestali: seu/ut nūc dicūt/moniali. dicit⁹ etiā adiectiue incestus incesta incestū:ut hic incesto.i.scelerato & impio: Cæstus uero quartæ declinatiōis cū diphthongo æ est munimen manuū quo pugiles se uicissim cædūt. unde & a cædēdo dicit⁹. Integer dicit⁹ īcorruptus & purus. unde alibi poeta. Integer uitæ sceleriq; purus &c. Rara antecedētē.licet inqt sceleſtus.i.iniquus & sceleratus interdū antecedit:& uindictā quā claudo pede censet parumper effugit tamē raro ipsū pena deseruit:quia ut dixi dii memores sunt. Vnde Valerius maximus post multa Dionysii illius sacrilegia sic infert. Qui tametsi debita supplicia non exoluit: Dedecore tamen filii mortuus pœnas rependit: quas uiuus effugerat. Lento enim gradu ad uindictam sui/diuina ꝓcedit ira tarditatemq; supplicii grauitate compensat. Hæc ille.

Addi

Ioni

Cestus

Incestus

Cæstus

Quinti Horatii flacci epistola ad Lollium amicum: in qua urbanæ uitæ pulchriq; moris præcepta ponuntur.

s IBene te noui metues liberrime Lolli
Scurrantis speciē præferre ꝓfessus amicū
Vt matrona meretrici dispar erit atq;
Discolor: infido scurræ distabit amicus
Est huic diuersum uitio uitium prope maius
Asperitas agrestis: & incōcinna grauisq;
Quæ se cōmendat tonsa cute: dentibus atris
Dum uult libertas mera dici: ueraq; uirtus
Virtus est medium uitiorum utrimq; reductum
Alter in obsequium plus æquo pronus: & imi
Derisor lecti: sic nutum diuitis horret
Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit
Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere: uel partes nimium tractare secundas
Alter rixatur de lana sæpe caprina
Propugnat nugis armatus: scilicet ut non
Sit mihi prima fides: & uere quod placet: ut nō
Acriter elatrem precium ætas altera sordet
Ambigitur quid enim castor sciat an docilis plus
Brunduſium numici melius uia ducat an appi:
Quem damnosa uenus: quem præceps alea nudat
Gloria quem supra uires & uestit & unguit
Quem tenet argenti sitis importuna fameq;
Quem paupertatis pudor & fuga diues amicus
Sæpe decem uitiis instructior odit & horret
Aut si non odit: regit ac ueluti pia mater
Plusq̄ se sapere: & uirtutibus esse priorem
Vult & ait: prope uera mihi contendere noli
Stultitiam patiuntur opes: tibi paruula res est

IBENE te noui. &c. Lollius hic ē ad quē scripserat odē illā. Ne forte credas &c. Ad quē etiā misit epistolā. Troiani belli scriptorē maxime Lolli Dū tu declamas romæ prænestē relegi. in qua oñdit eū declamatorē fuisse & rhetorices studiosum. Erat aūt horatio summa amicicia deuinctus & multa ueneratione obseruat?: quod potest ex eo colligi q; ibi ipsum maximū: hic liberrimū uocet: Erat autē Acrone teste tanta uirtute īsignis ut ea præditus & Cæsaris beneficio fretus ad cōsulatū peruenīret. Ad hūc familiariter horatius scribit: colligens uarias Et amiciciæ & urbanitatis institutiones. Primumq; pro amiciciæ decoro seruādo dicit apprime utile esse nequid nimis. Neue quid simulatum quas

Arcta decet ſanum comitem toga: deſine mecum
Certare. Eutrapelus cuicunq; nocere uolebat
Veſtimenta dabat precioſa: beatus enim iam
Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia & ſpes
Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum
Officium: nummos alienos paſcet: ad imum
Thrax erit: aut olitoris aget mercede caballum:

reſ Ciceronianæ ſentẽtiæ paſſim quadrare oſtendemus. Liberrime Lolli. ideſt q minime ſeruis. Stoici autem ſolum ſapiẽtem & bonum liberum dicunt. Vnde in ſermonib⁹. Quiſ Liber

nam igit᷑ liber: ſapiens ſibi qui imperioſus: quem neq; pauperies: neq; mors neq; uincula terrent &c. Et in paradoxis Cicero. ait. omnes ſapiẽtes liberos eſſe: & ſtultos oẽs ſeruos. Quod ſic deducit. Quid eſt igit᷑ libertas? niſi pote ſtas uiuendi ut uelis. Quis igit᷑ uiuit ut uult. niſi qui recta ſequit᷑: qui gaudet officio: cui uiuendi uita cõſiderata atq; prouiſa eſt: qui legibus quidẽ nõ propter metũ paret: ſed eas ſequit᷑ atq; colit. quia id ſalutare maxime eẽ iudicat: qui nihil dicit: nihil facit: nihil cogitat deniq; niſi libẽter ac libere: cuius oĩa cõſilia: reſq; oẽs quas gerit/ab ipſo proficiſcũtur: eodẽq; ferũtur. Nec eſt ullares/quæ plus apud eũ polleat: q̃ ipſius uolũtas atq; iudiciũ. Cui quidẽ/etiã quã uim hĩe maximã dicit᷑: fortuna ipſa cædit: ſicut ſapiens poeta dixit: ſuis quiſq; fũgitur moribus. Soli igitur hoc contingit ſapienti ut nihil faciat inuitus: nihil dolens. nihil coactus: Quod & ſi ita eſſe pluribus uerbis differendũ eſt: illud tamen breue & cõfitẽdũ eſt: niſi qui ita affectus ſit eſſe liberũ nemi/nem. Igit᷑ oẽs improbi ſerui. hæc Cicero cũ reliqs æque pulchris & diſertis. Quia igitur Lollius uir optimus & idẽ diſertiſſimus: recte ait Liberrime. Nõ enim nunc liberum accipit: quo modo nos cũ dicimus hominẽ eſſe liberũ & liberiorẽ qui quemlibet carpit: neminiq; parcit: ſed pro eo qui ingenuam libertatem habet: qua improbi qui peccatis ſeruiunt omnes nimirum carẽt.

Ordo. liberrime Lolli ſi ego bene noui te & ingenium moreſq; tuos: tu profeſſus amicum metues præferre. ideſt ueris ſignis & indiciis oſtentare ſpeciem ſcurrantis ideſt eius qui ſe ſcurram agit: uel paraſitum. Nam ut matrona erit diſpar atq; diſcolor meretrici: ita ſubaudi amicus diſtabit infido ſcurræ. Scurra Scurra is dicitur qui iucularia & interdũ ſcomata ad captandos riſus iactat nõ habita ratiõe honeſtatis etiam cum diffamatiõe ſui. Paraſitus uero Paraſitus qui dictus uidet᷑ q̃ para. i. iuxta ſitia. i. cibaria uerſet᷑: liberæ cõditionis homo eſt qui cibos captãs & cænas lautiores. diuitib⁹ applaudit arridet adulat᷑: ſeq; iucũde ridiculũ exhibet quo placere poſſit. Ingẽs aũt pt̃m ĩ amiciciaẽ adu Adulatio latio: q̃ uterq; plurimũ pollet. Nec minus dãnãda ẽ agreſtis & incõcĩna aſperitas q̃ nihil amiciciæ ignoſcimus: ſemp aũt rigidi ſemp moroſi: ſemp caſtigabũdi: ſemp clamoſi offendimur. de qua re Cicero ſic in de amicicia. Vt igit᷑ & monere & moneri propriũ ẽ ueræ amiciciæ: & alterũ libere facere nõ aſpere alterũ patienter accipere nõ repugnãter: ſic habẽdũ eſt nullã in amiciciis peſtẽ eẽ maiorẽ q̃ adulationẽ: blãditias: aſſẽtationẽ: q̃uis enĩ multis noĩbus ẽ hoc uitiũ notãdũ: leuiũ hoĩum atq; fallaciũ ad uoluptatẽ loq̃ntiũ oĩa:

nihil ad ueritatē. Cū ãt oīum rerū simulatio ē uitiosa (tollit enī iudiciū ueri idq; adulterat) tum amiciciæ repugnat maxime. Delet enī ueritatē sine qua nomē amiciciæ ualere nō pōt. Idē postea. Quãq; ista assentatio pernicios a sit nocere tñ nemini pōt: nisi ei qui eã recipit atq; ea delectat. Itaq; fit ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime qui ipse sibi assentet & se maxie ipse delectet. Omnino est amās sui uirtus. optime enī se ipsa nouit quáq; sit amabilis intelligit. Hæc ille. Obseruãdū igitur ut monet poeta: ne aut scurríliter amico assentemur. Nã (autore Cicerone) maximū ornamētū amiciciæ tollit qui ex ea tollit uerecūdiã. Itaq; in his pernitiosus est error qui existimãt libidinū peccatorūq; oīum patere in amicicia licētiã. Virtutū enim amicicia adiutrix a natura data est: nō uitiorū comes &c. Hæc Cice. Cauendū etiã est ne sit nimia asperitas & uultus toruitas in amico. ut iã ex Cicerone didicim⁹. Vnde idē iterū. Oīs igit hac in re habēda ratio & diligētia. Primū ut monitio acerbitate. deinde obiurgatio cōtumelia careat. Vnde & poeta. Est huic diuersum &c. Ordo est. Asperitas agrestis grauis & in cōcinna est uitiū diuersum huic uitio. i. ab hocuitio scurrilitatis. & ꝓpe. i. quasi maius uitiū. Quæ asperitas cōmēdat. i. laudat se cute tonsa. i. capillis totiēs tonsis & abrasis: ut nō pilos sed cutē tōdere cogãt: & atris incultis neglectis dētibus. dū ea asperitas uult uideri. i. æstimari & haberi libertas mera. i. pura nihilo adulatiōis admixto: & uera nō simulata uirtus. Verūtñ inquit poeta. Virtus est mediū uitiorū reductū utríq;. i. ab utroq; Veræ ergo amiciciæ est: ut neq; obsequio neq; asperitate pecces. Dicit ꝓpe maius uitiū est, quia cū amicicia sit morigera & obsequiosa plurimūq; bñfica minus uidet peccare: q nimis indulget: q qui nimis sæuit & rigescit. Virtutis enī speciē: blandius assentatio q̄ asperitas mentit. Est enī (inquit Cicero) Virtus non in humana neq; īmunis neq; supba: Quæ etiã populos uniuersos tueri: eiq; optime cōsulere soleat: quod nō faceret ꝓfecto. si a charitate uulgi abhorreret. Idē apertius. Accedat inq; huc suauitas quædã oportet sermonū atq; morū: haud quãq; mediocriter cōdimētū amiciciæ. Tristitia aūt & in oī re seueritas abest: habet illa quidē grauitatē: sed amicicia remissior esse debet & liberior & dulcior: & ad oēm commitatē facilitatēq; ꝓclinior &c. Illud grãmaticū iuuenibus adiiciã: quæ diuersitatē notãt tã nomina q̄ uerba dtñ regūt quē sicut passiue significãtia in ablatiuū mediãte uel ab resoluūt: ut matrona est dispar meretrici. i. a meretrice: hãbēt mendosi codices meretrice sed uersus exigit ut legas meretrici. Itē diuersum huic. i. ab hoc. differt tibi a te. Interest stulto a stulto distabit scurræ a scurra. Matrona dicit quæcūq; matrimoniū contraxit etiã si mater nō sit. Videt tñ ideo nupsisse ut mater fiat. Cæterū ut plurimū accipit ꝓ nobili & patriciorū cōiuge. Hæc aūt ut Horatius in de arte poetica & aliis multis locis indicat oībus in rebus etiã in choreis modestiã & grauitatē seruare debet. Meretrix dicit a merēdo quæ preciū cōcubitus captat: quæ q̄ inhonesta sit oēs scim⁹. Amissa nãq; pudicitia nihil ī muliere cōmēdādū. Asperitas agrestis hoc ē rustica. sicut cōtra affabilitas & comitas sermonis. Vrbanitas a urbe uocat: sed nouiciū hoc tēpestate Ciceronis uocabulū erat. Incóncinna. dissona: est enī cōpositæ figuræ. Nã a cano fit cōcino. inde Cōcentus tus tui. consonus cantus qui dulcis est. inde fit per impositionem elementi.

Amicicia

Meretrix

Vrbanitas

concinnus: quasi concinnens adiectiuũ. Et ab illo fit Incõcinnus: quo hic utitur. Tonsa cute: abrasis dixi pilis ad cutẽ usq; de qua re apud Iuuenalẽ in satyra ultra sauromatas &c. Frõti nulla fides (quis enĩ nõ uicus abundat Tristibus obscœnis) castigas turpia: cũ sis Intẽ socraticos notissima fossa cinedos. Hispida mẽbra quidẽ: & duræ per brachia sætæ Promittũt atrocem animũ: sed podice leui Cædũt tumidæ medico ridẽte marisc æ Rar? sermo illis & magna libido tacẽdi Atq; supcilio breuior coma &c. Alter ĩ obsequiũ plus æquo pronus. Ordo est. Alter. i. scurrans & adulãs est pnus: inclinatus in obsequiũ plus æquo. i. q̃ æquũ & honestum est. Et est derisor imi lecti. i. inferioris ordinis accũbentiũ: ut dño applaudat. Cõtextus uerboꝝ facilis est: uideamus sensa. Alter. i. scurrans dicit est nimiũ pronus in obsequiũ. de quo Cicero. Sed nescio quõ uerũ est quod ĩ Andria familiaris meus Terẽtius dixit Obsequiũ amicos ueritas odiũ parit: Molesta ueritas est si quidẽ ex ea nascitur odium quod est uenenũ amicitiæ: sed obsequiũ multo molestius: quod peccatis indulgẽs præcipitẽ amicũ fieri sinit. Hæc ille. Obsequiũ dicitur ab obsequẽdo obsequi aũt est ob alterius placitũ quo uult sequi. Ob enĩ in cõpositione habet ancipitẽ significationẽ. nunc beniuolẽtiæ: nũc hostilitatis. Vnde officio est noceo: quasi ob. i. cõtra id quod uis facio. Officiũ aũt in bonã sumit' partẽ & ẽ honesta operatio. ob. i. propter quã quis factus uidet'. suũ enĩ cuiusq; munus officiũ uocatur. Obseruare est uel hostiliter seruare. ut obseruo dauũ quid agat. quasi cõtra id quo tendit seruare. uel amice seruare temporis & rẽi oportunitatẽ. i. ob. i. propter te. Sic obsequi in bonũ. Obloqui in malũ capitur &c. Imi derisor lecti. Metonymicos dictũ Porphirioni uidetur. hoc est ut ponat' imus lectus pro sedẽti in imo lecto. hoc est domino cõuiuii. Nã in summo inquit & in medio amici: in imo uero ipse discũbit. Est aũt reuera derisor: q̃uis amicus uideat'. Vnde in de arte poetica. Vt qui cõducti plorant in funere: dicũt Et faciunt pp̃e plura dolentibus ex aĩo: sic Derisor uero plus laudatore mouetur: Vult ergo Porphirio dominũ in imo lecto sedere: & deridi dũ se laudari putat. Quam rẽ in ultimo sermone in parasitis Nasidieni uidere licet. ubi sic inquit poeta post casum auleorũ. rufus posito capite ut si filius immaturus obisset flere: quis esset finis? ni sapiẽs sic nomentanus amicũ Tolleret. heu fortuna quis est crudelior in nos Te deus? ut semp gaudes illudere rebus Humanis. uarius mappa compescere risum Vix poterat. balatro suspendẽs omnia naso Hæc est conditio uiuendi aiebat eoq; Responsura tuo nunc̃ est par fama labori &c. Vbi uarius uir honus & doct? intelligẽs apertã in laudatione irrisionẽ non potuit quin rideret. Põt igitur fieri: ut amicus adulatorius dũ dñm cõuiuii quẽ regem appellant laudare uideat': illũ occulte irrideat. Cæterũ quia mihi non ueri simile fit: ut dicatur rex ipse cõuiuii in imo lecto accũbere. Nam ut in illa (cui? nũc memini) nasidieni Cœna apparet in primo lecto (tres enĩ lecti in triclinio sunt) erant mœcænas Varius: & ipse parochus hoc est nasidienus cũ delectis conuiuis: in imo uero lecto erãt Vibidius: Balatro: Nomentanus: & reliqui ũmbratici gulæ proceres: & parasiticã pulchre p̃fessi q multũ uini absumpserãt. Vñ dicit'. Inuertũt aliphanis uinaria tota Vibidius balatroq; secutis omnibus imis: Cõuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis. Dicemus ergo meo iudicio scurram esse derisorem imi le-

Ob in cõpositione

Officium

ne ingeniũ quidẽ sine doctrina poetã efficiet. Quintilianus tũ magis naturæ
q̃ doctrinæ attribuit Nam ager opimus & ferax nullo cogẽte aliquid feret. &
parua cultura largã satis frugem. sterilis aũt etiam magnis laboribus subactus
uix sementẽ æquabit. Neq; uero de sola poetica uirtute quæ in intellectu Vñ uirtus
consistit: quæsitũ est inter philosophos naturaue an doctrina contingat. uæ/
rũ etiam de quauis alia. Nã credebant plærique nascendi sorte uirtutẽ afferri.
usqueadeo ut qui meliore sidere nati sint ad uirtutẽ rapiantᷣ: cõtra qui durio
re illinc arceantᷣ. Alii rectius senserunt. Neminẽ tam bene nasci posse: q̃n ma
la mẽs: mala societas. & mille alii laquei ipm uitiis ĩpedire possint ne ad uir
tutẽ contingat. Cõtra nemini tam dirã esse astroꝝ faciẽ: ut non (si uelit natu
ræ resistere) etiã egregiã uirtutẽ optinere possit. ĩmo tanto maiorẽ quanto
ad uitia pronior sit. Nã uirtus (ut inquit apostolus) in infirmitate pficitᷣ. hu
ius opinionis est Maro in illo aureo carmine Vir bonus &c. ubi inquit. Cur
me natura magisq̃ Disciplina trahit &c. Et poeta noster ĩ prima epistola ubi
dicit. Nemo adeo ferus est ut nõ mitescere possit Si modo culturæ patiẽtem
cõmodet aurem. Et in hac epistola dicturus est æquũ mi animũ ipse parabo
quo uerbo significat abũde: libertatem arbitrii. de quo alio loco satis usum
est. Recte ergo docet inquirendum. Virtutem doctrina paret natura ne do/
net. Miranda in docendo ꝓprietas Quid etenim elegantius & peculiarius di
cat. q̃ Doctrina paret. & natura donet. Parare enĩ est quasi moliendo & sudã
do parere Doctrina aũt primum molesta est & laboriosa. itaq; cui sine admi/
niculo naturæ uirtus contingat oportet uiriliter annitatur. Donare autem
est quadam beneficentia humanitatis gratis impẽdere. Natura ergo donat

gratis offerens. Simili affectatione usus est in principio sermonum. Qui fit mœcænas ut nemo quam sibi sortem: seu ratio dederit seu fors obiecerit illa Contentus uiuat &c. datur enī a fatis: obiicitur quid a forte. Quid minuat curas. Ex alta philosophia hæc quoq; quæstio est. Nā certum est neminem sine curis posse uiuere: nisi qui se summū bonū in cuius descriptione uarietas plurima fuit: obtinuisse putet. Quid igitur minuat curas: ex doctis pcūctabere. Non enī ut multi putāt diuitiæ. quia dicitur a poeta nr̄o. Nō domus & fūdus nō æris aceruus & auri Aegroto dñi deduxit corpore febres. Nō animo curas. Non etiā uoluptas curas adimit. Vñ. Sperne uoluptatē: nocet empta dolore uoluptas. Non item potētia: nō dignitas: ut de uotis faciūdis satis recensuimus. Bene ergo iuquirendū. quid minuat curas. quia alibi dicit Quod si Frigida curarū fomenta relinquere posses Quo te cælestis sapientia duceret ires. Item Percunctabere. Quid te tibi reddet amicū. Vnde illud Sperne repugnando tibi tu cōtrarius esse: Is enī quem propositi tædet sibi quodam modo inimicus est: nam sese ipse torquet. Maxime aūt Sordidus auarus sibi inimicus esse uidetur. Qui sibi suisq; iusta alimenta negat. Oīs aūt reuera peccator sibi inimicus est. Nam pro modica & ea apparente uoluptate ingentes sibi miserias sæuosq; dolores comparat. Itē Quid pure trāquillet honos an dulce lucellum: An secretū iter & fallētis semita uitæ. Et hæc quoq; quæstio ex philosophoꝝ armariis deprompta est. Sunt enī qui tūc tranquillū animū habituros se putarēt si honoribus ampliter fruerent. Nihil siquidē dulci? gloria indicant. Alii ut epicurei: qui in tranquilla uoluptate beatitudinē ponūt. Dicūt eum dūtaxat tranquillū: qui ita uitam agitat ut nemo ipsum uiuere sciat. Is eteni qui sic ignotus latet sibi uiuit: & secure semotis arbitris uoluptatibus indulget: quā beatam uitā epicurei (licet epicurus ipse sat sobrius fuit) prædicabant. Vñ poeta noster supra. Nec uixit male qui natus moriensq; fefellit. Ouidius in tristibus. Crede mihi bene qui latuit bñ uixit: & intra fortunā debet quisq; manere suā. Alii oēm animi trāquillitatē in lucro reponunt. eteni multo iucundius est lucrari: q̄ largas copias sine fœnere possidere. Lucellū diminutiuū est a lucro. Oīa enī secūdæ declinationis quæ i masculino exeunt in er: aut quæ exirent in er si haberent masculinū genus: faciūt diminutiua in ellus si sint masculina: in ella si fœminina. in ellū si neutra: Tertiæ aūt declinationis noīa mutāt er in erculus ut pauperculus. muliercula. uberculū. In secūda aūt declinatione liber facit libellus. culter cultellus: puer puellus. tener a um tenellus la lum. miser a um misellus la lū &c. Libra libella: quia si haberet masculinū esset liber. & mitra mitella. sic a lucro licet nō dicatur lucer fit lucellū. Secretū iter. i. priuata & ignota uitæ uia &c. Me quotiens reficit &c. Quo Lolliū alioſq; quosuis lectores ad frugalem sobriamq; uitam: & ut nostri dicūt paupertatē spiritus cohortaretur: mirā in se demonstrat abstinentiā. longeq; ab illa sententia discedit qua se epicureum profitet. Me pinguem & nitidum bene curata cute uises Cum ridere uoles epicuri de grege porcum. Nam nunc dicit. Me quotiens &c. Cuius uerbi ordo est A mice Lolli quid credis me sentire? quid credis me precari? Quotiens digentia gelidus ille riuus reficit me? me inquā quem mandela appositorie pagus iu-

Diminutiua in ellus la lū

gosus efficiens rugas bibit.i. potat. sic ego. Alii utcunq; uolent interpreta/ buntur. Digentia est riuus (inquit Porphirius) fluens per agrum Horatia Digentia
num. Nam mandela inquit est in sabinis nimis cõtrahens atq; algidus frigo/ Mandela
re Et rugosa faciẽs hominum corpuscula. Bibit pagus. Tropus: metonomia:
hoc est pagani bibunt. hæc Porphirio. cuius posteriori sentẽtiæ nõ suffragor
Nam non est ordo cõueniens. Poeta aũt accipit hic uerbũ bibit sicut sæpe ac
cipitur poto. ut cum dico poto boues non est aliud q̃ si dicerem potum ago
uel potum reficio. Vnde & poti dicũtur ꝓprie quos alius quis potauit.i. po/
tu refecit. sic licet rarius dici posset. Bibo te.i. potum tibi do. Quotiens ergo
digẽtia riuus gelidus reficit me.i. præbet mihi uicem escarum: forte ꝙ panẽ
illo imbuat. aut ius herbaceũ inde in refectionẽ faciat: & mãdela pagus.i. fõs
rugosus.i. generans rugas frigore bibit me.i. potu sustinet. Quid sentire pu/
tas &c? Pagꝰ é fons in medio habitationũ rusticarũ quo rustici conueniũt: q Pagus
ꝓpterea Pagani dicũtur. sicut pagus pro rusticorũ cõuẽtu. quod barbare Vil Paganus
lagiũ dicitur quasi parua uilla. cum uilla ipsa unius ciuis habitaculũ quod ru/ Villa
ri habet: dicatur. Quam ergo uillã uocant: si mœnibus circũdatur Oppidum Oppidum
uocabis. uel Vrbem. quia in orbẽ. i. rotundam figuram facta sit. uel ꝙ urbo. i. Vrbs
parte illa aratri urbes olim primũ circũscribebãtur. Ciuitatẽ uero ubicũq; Ciuitas
ciues sunt uocabis: nedũ ubi episcopalis sedes. Et si ꝓprie loqui uoles non di
ces ciuitatẽ accensam: sed urbem. Nec ecõtrario. urbẽ timore aut dolore cõ/
cussam sed ciuitatem. Nam ciuitas pro ciuibus. Vrbs pro ædificiis ponitur.
Itaq; cætera quoq; distĩgues epitheta. sed ut ad poetam redeam. Inquit ami
ce Lolli quid me in tanta abstinentia sentire putas aut deos precari? Hoc in/
quid precor. Sit mihi quod nunc est etiam minus: ut mihi uiuam. Non pre/
cor inquit amplas diuitias: aut regales possessiones. immo id dumtaxat pre/
cor ut saluum mihi sit quod habeo: sat enim id est quandoquidẽ sorte mea
contentus uiuo. Vnde in sermonibus. Hoc erat in uotis modus agri non ita
magnus: Hortus ubi & tecto uicinus iugis aquæ fons Et paulum siluæ super
his foret: auctius atq; Dii melius fecere: bene est: nihil amplius oro Maia na
te. nisi ut propria hæc mihi munera faxis &c. Quod uero hic dixit etiam mi/
nus. eo uidetur pertinere quod supra dixit Nec uixit male qui natus mori/
enscq; fefellit Quasi dicat. si hic splendor diuitiarum tametsi modicus: notio/
rem me facit: q̃ qui mihi uiuam & secretus beate degam. uelim ut mihi sit eti
am minus q̃ nunc habeo ut mihi uiuam: id est ex sententia mea semotis arbi/
tris. Neq; uero aliam ob causam rus petiisse uidetur q̃ ut lateat. Vnde ut atte
statur Porphirio uidetur consentire dicentibus ꝙ tranquillos non faciat. se/
cretum iter & fallẽtis semita uitæ. Dicit autem ut mihi uiuam quod superest
eui. quasi aliis antehac uixerit quod etiam attestatur ad mœcænatem in epi/
stola cuius initium est: Quinq; dies. Vbi se mœcænati plurimum debere fa/
tetur: seq; illi multum morigerum fuisse. uerum posthac tranquillam amare
uitam. potius omnia quæ acceperit resignaturum q̃ ut sibi libere non uiuat.
Ait enim. Nec ocia diuitiis arabum liberrima muto. Quia tamen nihil incer
tius é uita inquit Si quid superesse uolũt dii q̃si dicat si me dii hinc aufere uolũt
paratus sũ quoq; migrare. Sit bona librorũ &c. oñdit q̃s diuitias habere uelit

Et ſeruat in ſe decorum. quãdo quidem poeta ſit & litterarum ſtudioſus. Ante oĩa petit ut ſit ſibi copia librorũ: Et quia ex copia rerũ multa pernicies gignit. cõmendat librorꝝ ſupellectilẽ dicẽs bona copia librorꝝ. uel ꝙ oĩs copia bona ſit: uel ꝙ bonã. i. utilẽ & cõmodam copiã nõ nimis amplã uelit. uel re/uera ſit mihi bona copia. i. magna. Deinde quoniã carmina ſunt uacuæ mẽtis opus. Neq; poſſet recte philoſophari: cui mens de lodice parãda ſollicita eſt. Deſiderat poeta frugalẽ ſine multa ſollicitudine penũ. hoc eſt ſit copia frugis prouiſæ in annũ. i. annuus penus. Neu fluitẽ pendulus ſuſpenſus ſpe dubiæ horæ. Ideo inquit uelim mihi eſſe ꝓuiſionẽ frugis in annũ. quo ſine ſollicitudine uiuam. Sed ſatis eſt orare Iouem qui donat & aufert det uitam det opes &c. Sentẽtia hanc quo ad primã partem Iob ſatis exequitur deus dedit deus abſtulit &c. Quod aũt dicit æquũ mi animũ ipſe parabo. Chriſtophor⁹. Ex priſca inquit philoſophia id eſt: Nã chriſtiani uolũt nos nil poſſe ſine diuina gr̃a: Sed illã accedere: quotienſcũq; illã imploram⁹. Hæc ille. Ego uero nihil ĩ poeta nr̃o uideo quod a chriſtiana fide abhorreat. Nã ſi hoc dicit poeta: Rogabo deũ ut mihi det uitã & opes hoc eſt facilitatẽ uiuẽdi ſine labore. qa qñquidẽ liberũ habemus arbitriũ: ipſe mihi poſſum bonã uitã parare: qd mali dicit? Sũt etenĩ ante nos aqua & ignis poſita: ut utrũ uelimus attrigam⁹ ꝓ arbitrio nr̃o. Quod uero dicit: bonũ nõ poſſe opari ſine gr̃a dei. gr̃am aũt debere exorarí a deo. id poeta quoq; ꝓfiteť. Nã non dicit. ego mihi æquum animũ efficiã: ſed parabo. Parare aũt eſt conniti ad aliqd faciendũ. Vñ multa paranť quæ nõ ꝓficiũtur. Vñ in tertio helenus ad Aeneã. Vicinoſq; ignare paras iuadere portus. Homo ergo parat animũ æquũ. deus uero efficit eũ talẽ. Quod uero gr̃am ꝓ animi æquitate implorare oporteat. fateť poeta dicẽs. frui paratis & ualido mihi Latoe dones: at precor integra Cũ mente &c. Vbi mẽtis integritaté ab Apolline orat. Neq; uero elegãtius uerbũ ad chriſtianã doctrinã chriſtian⁹ accõmodet: ꝙ ut paret ſibi æquũ animũ. iõ enĩ gr̃as & gr̃æ datorẽ ſpñm ſanctũ nõ ſuſcipim⁹: qa animũ nõ param⁹ ſed hæc hactenus.

Sequiť Octauus moraliũ cõtinẽs fragmẽta quædã ex Iuuenale de officio parentum erga liberos. atq; hominis erga ꝓximos.

p Lurima ſũt fuſcine &c. Arborẽ hanc aquínatẽ: integram atque imputatam ſiluiſ noſtris ĩſeruiſſemus: niſi ramos ampliuſculos in ea offendiſſem⁹ qui ne hortulos

p Lurima ſunt fuſcine & fama diḡ ſiniſtra
Et nitidis maculã acrugã figẽtia rebus
Quæ mõſtrãt ipſi pueris tradũtq; parẽtes
Si dãnoſa ſenẽ iuuat alea: ludit & hæres
Bullatus: paruoq; eadem monet arma fritillo.
Nec de ſe melius cuiq̃ ſperare propinquo
Concedit iuuenis qui radere tubera terræ
Boletum condire: & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente:

Et cana monstrante gula: cum septimus annus
Transierit puero nondum omni dente renato.
Barbatos licet admoueas mille inde magistros
Hinc totidem: cupiet lauto cænare paratu
Semper & a magna non degenerare culina.
Mitem animũ & mores modicis erroribus æquos
Præcipit: atq; aĩos seruorũ & corpora nostra
Materia constare putat paribusq; elementis.
An seruire docet rutilus: qui gaudet acerbo
Plagarum strepitu: & nullam sirena flagellis
Cõparat antiphates trepidi laris ac polyphemus
Tum fœlix quotiens aliquis tortore uocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Quid suadet iuueni lætus stridore cathenæ
Quem mire afficiunt inscripta ergastula: carcer
Rusticus: expectes ut non sit adultera largæ
Filia: quæ nunq̃ maternos dicere mœchos
Tam cito nec tanto poterit contexere cursu
Vt non ter decies respiret conscia matri.
Sic natura iubet uelocius & citius nos
Corrumpunt uitiorum exẽpla domestica: magnis
Cum subeant animos auctoribus. unus & alter
Forsitã hæc spernãt iuuenes: quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia titan:
Sed reliquos fugienda patrum ducunt uestigia
Et monstrata diu ueteris trahit orbita culpæ
Abstineas igitur dãnis: huiusce etenim uel
Vnapotẽs ratio est ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus: & catilinam
Quocũq; in populo uideas quocũq; sub axe
Sed nec brutus erit bruti nec auunculus usq̃.
Nil dictu fœdũ uisuq; hæc limina tangat

nostros denor/ marent amputa uimus. non tam q; ampli essent: q̃ q; eorum fœt? nostræ iuuentu/ ti/ quam sine sa/ tyrica acerbitate educare uolum? iniucũdos ingra tosq; fore iudica remus. Quid et/ enĩ nobis de ci/ ñædis aut uerpis ubi de decore pa terno agere. isti/ tuimus. Argu/ mentum autem huius quam ha/ ctenus assumpsi/ mus partis tale ẽ Quoniam ita na tura comparatũ est: ut quæ a te/ neris annis didi/ cim? tenaci? hæ/ reãt: magisq; ea quæ a parentib⁹ quorum naturã cõtraximus q̃ ab aliis: adhibenda est inquit poeta cautio: ne libe/ ris nostris turpi exemplo simus. Assumptum ut/ pote nos paren/ tum uestigia na/ tura duce perse/ qui: multis exẽ/ plis naturalibus inducit. Quantũ uero pniciosum sit malũ dare ex emplũ insequẽ/

tibus poeta oſtẽ det: ubi per imbi bitam auaritiam etiam ĩ patriam caniciem ſacrile gas manus filio/ rum ſæpe cõuer/ ſas ĩdicat. Ex no ſtris autẽ doctri/ nis: quas ab opti mo præceptore noſtro ieſu chri/ ſto docti ſumus apertiſſime ha/ bem⁹: q̃ deteſta/ bile ſit crimẽ: in/ nocentiã in frau dem illicere: pra uæq; uitæ exem/ plis corrumpere quando inaudi/ tæ manſuetudĩ/ nis totiuſq; dul/ cedinis auctor: ſaluator nr̃ quã/ tum cum deco/ ro fieri potuit in ipſum excandeſ/ cere uiſus eſt: cũ dicit. Mathei de cĩo octauo. Qui autem ſcandali/ zauerit unum ex puſillis iſtis qui ĩ me credũt expe/ dit ei ut ſuſpẽda/ tur mola aſina/ ria in collo eius: & diſpergatur in profundum ma/ ris. At ſi omnib⁹ exemplo probi/ tatis eẽ iubemur quantum peccãt q̃ uel liberos ſu/

Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul eſte puellæ
Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur pueris reuerentia: ſiquid
Turpe paras: nec tu pueri contempſeris annos:
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Nam ſi quid dignum cenſori: fecerit ira
Quandoquidem & ſimilem tihi ſe nõ corpore tm̃
Nec uultu dederit: morum quoq; filius: & cum
Omnia deterius tua per ueſtigia peccet.
Corripies nimirum & caſtigabis acerbo
Clamore aut poſt hæc tabulas mutare parabis/
Vnde tibi frontem libertatemq; parentis
Cum facias peiora ſenex: uacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc uentoſa cucurbita quærat:
Hoſpite uenturo ceſſabit nemo tuorum:
Verre pauimentum: nitidas oſtende columnas
Arida cum tota deſcendat aranea tæla:
Hic lauet argentum: uaſa aſpera tergeat alter
Vox domini fremit inſtantis: uirgamq; tenentis
Ergo miſer trepidus ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceãt oculis uenientis amici
Ne perfuſa luto ſit porticus: & tamen uno
Semodio ſcobis hæc emendat ſeruulus unus/
Illud non agitas: ut ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum uitioq; carentem/
Gratum eſt q̃ patriæ ciuem populoq; dediſti
Si facis ut patriæ ſit idoneus: utilis agris
Vtilis & bellorum & rebus pacis agendis
Plurimũ enĩ ĩtererit: quibus artibus & q̃bus hũc tu
Moribus inſtituas: ſerpente ciconia pullos
Mutrit & inuenta per deuia rura lacerta
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis
Vultur iumento & canibus crucibuſq; relictis

Ad fœtus properat partemq; cadaueris affert
Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis: & se
Pascentis propria cum iam facit arbore nidos
Sed leporē aut capreā famulæ Iouis: & generosæ
In saltu uenantur aues: tunc præda cubili
Ponitur: inde autem cum se natura leuabit
Progenies stimulante fame: festinat ad illam
Quam primum prædam rupto gustauerit ouo.

os corrumpunt: Recte ergo poeta hāc remuitio dat dicens. Plurima sunt fuscine. Ordo est fuscine amice pluria sūt & digna siniſtra fama. i. īfamia & detestatiōe. & figentia inferētia nitidis reb⁹. i. bonis & laudandis: maculā & rugam: id est notam turpitudinis & detest..tionis. Quæ. i. quas res detestandas ipsi parētes qui eos bonos mores præcipue docerent: monstrant: & tradunt pueris. Siniſtra fama: id est mala & incōgrua: Siniſtra
nam sicut dextrum pro prospero & fœlici accipimus: ꝓpterea q; dextera manu bonam celeremq; operam nauamus: qua etiam uiri fortes fidei sacramētum confirmant: quippe in qua precipuum dæcus habent. ita econtrario siniſtra infausta atq; inimica aut plurimū iudicantur. Quid ruga sit alío loco diximus. utitur autem metaphora a corporibus nitidis in quibus facile macula ꝓspicī: & quia nitor iuuenili corpori quadrat: & rugæ uetusto. dicit ac rugā: alludens ad iuuenes qui rugam. i. turpem uitam senioris parentis ineunt.

Si dānosa senem &c. Prosequitur nūc propositionē suā exemplis. Ordo ē: si alea. i. ludus aleatū/dānosa plena dāni: iuuat. i. delectat senē: utpote patrē grādiusculū. hæres bullatus. i. filius adhuc puer ludit: &. i. etiā. & mouet eadē arma. i. eadē instrumēta ludendi hoc est aleas: in paruo fritillo. i. minore tabula lusoria. Si inquit pater aleis ludit. ludet mox & filius. Alea ut dixi instrumētū est ludi nīs quoq; sæculis nimis notū: cuius quia exitus incertus: pro dubio euentu ponitur. Carpit autē primū ludū alearū: quandoquidem Domitianus illi plurimū indulgebat. multiq; illa tempestate in pauperē egestatē eo morbo descēdebant: quocirca dicit dānosa alea. Vnde studium alearū sic exprimit in prima satyra. Et qñ uberior uitiorū copia: qñ Maior auaritiæ patuit sinus: alea quādo Hos animos? Neq; enī loculis comitātibus itur Ad casum tabulæ posita: sed luditur arca: Prælia quanta illic dispensatore uidebis Armigero. simplex ne furor sestertia cētū Perdere: & horrēti tunicā non reddere seruo: Horat. ut iā uidimus dicit quē præceps alea nudat: ꝓpterea q; nullares citius nos in pditionē præcipitet. Hæres bullatus. i. filius q legitim⁹ hæres insignitus bulla qđ signū pueritiæ. Quādo aūt & q̄re pueri primū bullati fuerūt reqre p indices supra positos in tabula. ibi. insignia romanorū. Paruo fritillio. i. puero cōueniēti. Solēt poetæ graphice ex quātitate rei q̄ qs utit⁹ ei⁹ q ea utit⁹ magnitudinē describere. ut ī. vii. Aenei. uolēs describere magnitudinē equorū latini. dixit. Stabāt ter cētū nitidi ī p̄sepib⁹ altis. si enī p̄sepia alta: cōsequēs ē ut eq quoq; alti sint. Et si puer ē paru⁹ cōsequēs ē ut fritillo puorat⁹. fritillū āt appellat alueolū (ut astat⁹ cū Porphi. Calde.). i. tabulā in q̄ discurrūt tessaræ. Varro etiā magidā appellat. Nec de se meli⁹ &c. dedit exēplū

de ludo alearum: cuius iuuẽtus nimium docilis est. Nunc aliud adiicit: de lau-
Lautíciæ Cænarum ticiis cænarũ: quarũ multi erant ſtudioſi Iuuenalis tempore: & iuuentus ipſa facile miratur. Aulus Gellius etiã atteſtat frugalitatem illã & ſobrietatẽ anti quã deperditã. inquit enĩ. Nõ pauciſſimi ſunt in quos põt cõuenire id quod M. Varro dicit in ſatyra quæ inſcribitur περὶ ἑλεσμάτων. i. de eduliis uer/ba hæc ſunt. Si quantũ operæ ſumpſiſti ut tuus piſtor bonũ faceret panẽ: eius duodecimam philoſophiæ dediſſes: Ipſe bonus iampridẽ eſſes factus. Nunc illũ qui norunt uolũt emere milibus centũ: te qui norit nemo centuſſis. Idẽ Varro in ſatyra quæ inſcribitur: neſcis quid ueſper ſerus uehat. plurima de lau ticiis & ſplendore menſarũ deſcribit: quæ carptim ex Gellio ſumpſimus. In/quit ergo. Cõuiuarũ numerũ incipere oportere a gratiarũ numero. & pgre/di ad muſarũ. Item. Ipſum deinde cõuiuiũ conſtat inquit ex rebus quattuor. Et tum deniq; oĩbus ſuis numeris abſolutũ eſt: Si belli homũculi collecti ſũt: ſi lectus locus: ſi tempus lectũ: ſi apparatus nõ neglectus. Itẽ. Nec loquaces aũt inquit conuiuas: nec mutos legere oportet. Quia eloquentia in foro & apud ſubſellia. Silentiũ uero nõ in cõuiuio: ſed in cubiculo eſſe debet. Do minũ aũt inquit cõuiuii eſſe oportet nõ tam lautũ q̃ ſine ſordibus. Et in con/uiuio legi nõ omnia debent: ſed ea potiſſimũ quæ ſimul ſint βιῶφελῆ. i. uitæ utilitatibus conducentia &c. Nec de ſe melius cuiq̃ ſperare propinquo Cõ cedit iuuenis. Ordo eſt. Nec iuuenis q̃ didicit patre nebulone & cana gula. i. guloſo parente mõſtrãte. mergere eodẽ iure ficedulas natãtes in eodẽ iure. & condire boletum: & radere tubera terræ e terra: concedit cuiq̃ propinquo ſperare melius de ſe q̃ ſupple de parente. quia. Cum ſeptimus annus tranſie/rit puero. nondum omni dente renato. i. priuſq̃ etiam illi omnes dentes re/nati ſunt: licet tu illi ſic a cunabulis corrupto admoueas adhibeas inde. i. ex una parte mille barbatos magiſtros. i. multos ſeueros præceptores. & uitio/ correctores & hinc. i. ex altera parte totidẽ. i. etiã mille barbatos magiſtros: ſubaudi tamẽ cupiet ſemp cænare lauto paratu & nõ degenerare. i. nihilo mi nutius aut abiectius parare: magna culina: id eſt paterna popina. De ſeſpera/re: ſeruatum eſt decorum ætatis. Nam cum iuuentus nihil uirile efficere poſ ſit: ſpem tamen concitat: Vnde etiam Virgilius Marcellũ illum Octauiæ ſo/roris Auguſti filium a ſpe non ab actis commendauit ad finem ſexti dicens. Nec puer iliaca quiſq̃ de gente latinos In tãtum ſpe tollet auos: nec romula quõdã Vllo ſe tm̃ tellus iactabit alũno &c. Radere. i. leniter carpere & euel
Tuber lere. Tubera: Tuber tuberis eſt fungi genus orbiculatum & calloſum. Ply/nius dicit tubera in aphrica laudatiſſima eſſe: maximaq; copia prouenire ſi autumno tẽpore imbres & tonitrua fuerint. Tenerrima autem ſunt uerno tẽ pore: & gratiora utidem ſcribit. Poeta quoq; noſter atteſtatur alibi ex aphri caſiue lybia mitti ubi dicit O lybia diſiunge boues dum tubera mittas. Ho/ratius autem metaphoricos tubera pro gybbo & tumore maiuſculo ponit in ſermonibus dicens. Qui ne tuberibus propriis offendat amicum Poſtulat: ignoſcet uerrucis illius. hoc ẽ allegoricos: qui ſua magna uitia tolerata uult: ferat alterius leuiuſcula. Boletum cõdire. boletus fungi ſpecies quæ niſi ſũ/mopere cõdiat periculoſa atq; inſuauis eſt. Ficedula auis delicatis epuloni/bus notiſſima. quã ſuo iure (ut cocus melius q̃ grãmatic⁹ doceat) ſupfũdũt:

Accipiũt enĩ inteſtina atq; ea cõtuſa pro cõdimento utũtur. Vnde dicit eo/dem iure: quod poteris intelligere dupliciter: uel eodem iure quo pater: uel eodẽ iure ideſt ex eadẽ ſicedula. Ius autẽ hic ſignificat: cõdimentũ illud quo aſſa aut lixa mergũtur. Aliquãdo ſignificat aquã elixatæ carnis. ut in illo co/mico. Iure hæſterno atrum panẽ uorent. Sunt autẽ tria genera carnium: ſũt elixæ iure exemptæ & ſine ſucco paratæ. Sunt iuſſulẽtæ iure perfuſæ. ſunt aſ/ſæ hoc eſt igni ſine aquis coctæ. Antiqui autẽ inquit Seruius nõ ueſcebãtur elixis carnibus. Nebulone parẽte. nebulones ſunt a nebulis. ideſt ab obſcu/ritate qua gaudẽt dicti. uel quia ignobiles & humiles ſũt: nã ut inquit Acron comici ſeruos nebulones dicunt q; humili ſint genere: quo modo accipi ui/detur ab Horatio primo ſermonũ ibi. Fuſidíus uappæ famã timet ac nebulo nis: uel ideo in nebulis uerſantur ut iuxta inſtitutionẽ epicuream ſe motis ar bitris ſibi uiuant ampliterq; cibis fruãtur. De qua eſt illud quod in ſuperiori ſilua dixi. Horatianum. Nec uixit male qui natus morienſq; fefellit. & illud. Quid pure tranquillet honos an dulce lucellum. An ſecretũ iter & fallentis ſemita uitæ. Quomõ ſic accipiẽ. Cana gula ideſt uiri cani hoc eſt patris cane ſcentis. Nondũ omni dente uenato. Phiſicũ ideſt naturale eſt. Nã ut ſcribit Plinius homini ſeptimo menſe naſcũtur dentes: mutanturq; & renaſcantur: homini: cani: leoni: iumẽto: ruminãtibus. Barbatos magiſtros inquit Cal/derinus ideſt bonorũ morum ſtudioſos Perſi. Barbatũ crede magiſtrum di/cere. Eſt enim in barbatis auctoritas quædã & ſeueritas ad corrigendos mo/res apprime utilis. Attamẽ inquit hoc uitii quod a parente didicerit dedoce re aut corrigere neſciẽt. Nam ut ante dixit poeta. Ad mores natura recurrit Dãnatos: fixa & mutari neſcia: Lauto paratu bona elocutio. nã & lauticiæ & apparatus menſarũ ſunt. Lauto aũt uenit a lauo: a quo tria ſunt ſupina laua tum regulare. quo nõ raro utũtur. Lautũ per ſincopã. & lotũ per eam cõſue/tudinẽ qua ex au diphthõgo o longũ faciũt: ut plauſtrũ ploſtrũ. clauſtrũ clo/ſtrum. caulis colis. caudex codex. maurus morus. plaudo explodo. caurus co rus. De generare iucũde dictũ Eſt enĩ a generis ſui nobilitate ad ignobilius abiectiuſq; uitæ genus deſcẽdere. Vñ degeneres ignobiles & eos qui generi ſuo dedecores ſũt uocamus. Nõ autẽ eos qui ex naturali nõ legitimo cõcubi tu naſcũt. tales enĩ uel nobiliſſimo eſſe poſſent aĩo. q̃uis a ſanguinis genero ſitate parũ per degenerẽt. Eos aũt quo latine appelles uocabulũ nõ eſt ut au/tor eſt Seruius. Græce nothos. Gallice Baſtardos dixeris. Culina coci offi/cina eſt quã coquinã uocãt ſatis inſcite. alii etiã popimã dicũt. Mitem ani/mũ &c. trãſit ad tertiũ exẽplũ non minus ignominioſum. ſed ne longior ſim ordo eſt per interrogationẽ cuius poſteriori parti conſentit cõnectendus. quærit ergo an Rutilus qui gaudet acerbo ſtrepiru. i. crepitu plagarũ. i. uul/nerũ præcipit ſuis mitẽ animum & præcipit. i. præcipiẽdo docet: mores atq; aĩos ſeruoꝝ eſſe æquos modicis erroribus: & corpa noſtra putat cõſtare ea/dẽ materia. hoc eſt putas q; Rutilus qui cæde & ſanguine miſerorum gaudet doceat filios ſuos ſeruare mitẽ animũ & ſeruos humanitate ꝓſequi: cenſen/do eos quo ad corpora nihil ab ingenuis differre: quoniã ex eadem materia finguntur: quoad animũ uero parum a noſtris aĩs differre: Nã illorũ animi æqui ſunt modicis erroribus ideſt obnoxii modicis erroribus quibus inge/

Nebulo

Degenerare
Degeneres

Culina

nũ liberi: & ſic modicis erroribus datiui caſus ſunt. uel dices ſeruorũ animos æquos noſtris animis modicis erroribus ſupple dẽptis: ut ſint ablatiui caſus Quid ergo putas ne id illũ putare: & propterea ſeruis parcendũ eẽ præcipere An (quod magis poeta credat) docet fæuire: Rutilus inquã qui acerbo ſtre pitu plagarũ & qui nõ comparat flagellis ullam ſyrena. ideſt deſidiã uel re/miſſionẽ aut requiẽ: qui inquam antiphates eſt trepidi laris ac polyphemus trepidi laris. ideſt qui ſanguine gaudet ut antiphates & polyphemus. tũ ideſt tũc fœlix ideſt iudicans ſe tũ fœlicẽ: quotiens quis uocato tortore uritur ar/denti ideſt feruẽti & ignito ferro propter duo linthea ideſt ꝓpter furtũ duo/rũ lintheorũ. Quid inquã talis lætus ſtridore cathænæ: quẽ ergaſtula inſcri/pta mire afficiũt ideſt delectãt: quẽ etiã carcer ruſticus afficit & delectat qd

de Seruis

inquã putas talis ſuadet iuueni: quaſi dicat nõ aliud q̃ quod ipſe facit. Ser/uorũ & corpora &c. Infima mortaliũ eſt ſeruorũ cõditio: uſq; adeo ut ab in/humanis dominis pecorũ nõ hominũ loco haberent. Vnde illud Satyra ſe/xta. O demens: ita ſeruus homo eſt: nil fecerit eſto: Sic uolo ſic iubeo ſit pro ratione uolũtas. Et quia Seruũ: hominẽ eſſe negabãt apud Terentiũ Seruũ hominẽ: ſcriptũ leges ad excludendã opinionẽ: Apud Macrobiũ de ſeruoꝝ cõditione plurima inuenies. Apud Gelliũ: ſeruos philoſophos nõ paucos of fendes. Apud Valerium maximũ de fide ſeruorũ mirãda cõſpicies: qui poſt primũ exemplũ ſic acclamat. Argui fortuna merito poteſt: q̃ tã piũ & tã for/tem ſpiritũ ſeruili nomine incluſit. Vnde poeta noſter indicat ſeruos nõ mi nus homines q̃ ingenuos cenſendos eſſe: cõtra tamẽ a pleriſq; fieri. Mitem maiorum Romanorũ erga ſeruos animũ: uel ex ea clare excerpſeris: q̃ licet ſerui dominorũ ſint. ſeſe tamẽ nõ dominos ſed patresfamilias nũcupari in/ſtituerũt. Odioſũ enĩ erat dominorũ nomẽ: quãdoqdẽ: quã nos tyrãnidẽ: illi dominationẽ appellarũt. Serui a ſeruando dicti ſunt: qui ubi in bello ca pti occidi poſſent: ſeruati ſunt ad uſum dñorũ: Neq; digno uocabulo ſeruos dixeris qui ſeruiũt aut miniſtrant. nam hi mercenarii a mercede/ cuius ſerui expertes erãt/ uocant. Rutilũ autẽ poeta ponit pro quocũq; ſeruos acriter

Strepitus

& ĩ mane cædenti. Plagæ ut dixi uulnera ſunt. Strepitus ut alibi etiã dixi eſt obſtrepentiũ pedũ ſonitus: unde ad magnitudinẽ fortunæ tranſfert. Præpo tentes enĩ uiri magnã ſtipantiũ cateruã poſt ſe obſtrepere amãt. Hoc autẽ lo co generaliter accipitur: quaſi ꝓ ſtridore uerberũ Valla dicit. Strepitus fit ex corporũ tactu: ex colliſiõe rerũ: & multarũ uocũ in unũ cõfuſione: ſi mõ non

Fremitus

ſit ĩmodicus: Tũc enĩ dicit fremitus ut ex alto mari ſonus fluctuũ: & in po/pulo murmur. Strepitus tñ inquit ꝓprie pedũ ambulantiũ. manuũq; aliquid pertractãtiũ ſonus eſt. Nullã ſirena. actũs eſt ab eo quod eſt hæc ſiren huius ſirenis. Horatius in ſermonibus. deſidiã ſirena appellat ubi dicit Vitanda eſt improba ſiren Deſidia. habet enĩ deſidia quaſi partes & munus ſirenũ: qa ut illæ ſuauitate uocis miſeros & improuidos nautas ĩ præcipitium inducũt: ita deſidia inertes aĩos. Si ergo hoc loco ſirena ꝓ deſidia poſitã putaueris. dices & nullã ſirena ideſt remiſſionẽ uel ſegnitiẽ cõparat flagellis. hoc eſt impigre

Siren

miſeros flagellat. Sirenes aũt ſecũdũ fabulas (inquit Seruius) tres in par/te uirgines fuerũt in parte uolucres. Achiloi fluminis: & calliopes muſæ fi/liæ: harũ una uoce altera tibiis: alia lira canebat. Et primo iuxta peloꝝ poſt

in capreis insula habitauere. Quæ illectos suo cantu in naufragia deducebãt Secundũ ueritatẽ meretrices fuerunt: quæ transeũtes quoniã deducebãt ad egestatem. his fictæ sunt iuferre naufragia. has Vlixes cõtemnendo deduxit ad mortem. hæc Seruius. Virgilius de cantu sirenum sic ait. Syrenas uarios cantus acheloia proles. Et solis: miseros ore ciere modos. Illaram uoces illarum musa mouebat. Omnia quæ thimile carmĩa dulcis amat. Quot tuba: quot litui: quot cornua rauca fuerũt: Quotq; foramibus tibia mille sonat: Quotq; leues calami quot suauis cantat & ædon. Quot lira quot cytharæ: quot moribũdus olor. Illectos nautas dulci modulamine uocis Mergebant auide Fluctibus ioniis. Sanguine sisiphio genitus se magnus ulixes. Et tutos solida præstitit arte suos. Illeuit cæra sociorum callidus aures: Atq; suas uinclis præbuit ipse manus Trãsiluit scopulos & inhospita littora classis. Illi præcipites diffiluere fretro. Sic blandas uocis notas sic carmina uicit: Sic tandẽ exitio monstra canora dedit. Illeuit inquit cæra aures suorũ ne audirẽt cantus: se aũt ne illiceretur iussit ad malũ ligari: neq; si iuberet signis. (uocẽ enĩ nõ audissent) solui se uoluit. Quia blanda uoce illiciebãt: tractum est deuerbium. Sirenas surda aure transito. Harũ nomina quidã ponũt Parthenopen Leucosiam. & lygiam. Dicuntur autẽ ab eo quod est ἐιρειν: quod significat cõnectere & retinere & aspiratio cõuertit in s: sicut cũ dicimus ἓξ sex. ἑπτὰ septem. & ἓι in longũ. A parthenope autẽ una exserenibus dicta est partheno pe Vrbs in qua Virgilius sepultus est ut indicat eius epithaphium Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet me parthenope: cecini pascua. rura. duces. Hanc deinde Augustus neapolim nũcupari uoluit. quasi nouã ciuitatem. Vt ergo ad poetã redeá: si per syrenã desidiã intelligit. clarus est ex iis quæ dixi sensus. si uero illectricẽ aiorũ: idẽ quasi dicit: utpote q; Rutilus crudelis ille carnifex nõ comparat. i. nõ adhibet flagellis syrena. ideſt ullam dulcedinẽ: atq; ita accipi æquius est. Fitq; mirus ornatus ex antithetis. i. cõtrariis adiectiuis. Semper inquit gaudet acerbo strepitu plagarum nec cõparat syrena suis flagellis. Hoc est amat strepitus quẽ flagella faciũt semper acerbus est: nunq; uero suauis ut syrenũ cantus. Nã plato ut inqt Macro. in de sõnio scipiõis ait in libro de repub. singulas syrenas singulis sphærarũ orbibus insidere. quo cælestiũ orbiũ armoniam indicat. Nec absurde. Nam siren interpretat deo canẽs. Flagellat aũt sine syrene tyrãnus. sed iã receptui canẽdũ est. periculose enĩ discessimus. Antiphates. Calderinus hoïes inquit solitos uesci humanis carnibus tradiderũt nri: & in scythia multa eoꝝ genera fuisse scribũt: & in sicilia cyclopes idem factitasse. In quo miror inquit grauis historiæ autores dissentire. Nam Tucidides in septimo historiarũ Ciclopes fabulosos fuisse scribit. Pli. aũt in septimo puera historia tradit eos & fuisse aliqñ: & comedisse hoïes. In italia lestrigones & Caieta idẽ feciſſe phibent Teste Homero q scribit ulixẽ pueniſſe domũ antiphatæ regis lestrigonũ quẽ uxor e foro accersiuit & unũ ex sociis missis ab ulixe ab eo fuisse asumptũ reliqs terrore fugientibus. Hec ille. De huiusmodi genere edulii Est poetæ nostri satyra illa Quis nescit &c. cuius partẽ paulo post dicemus. Antiphates ergo ideſt talis qualis antiphates qui cum sanguine & carne humana uesceret nõ potuit discrimen inter pecus & hominẽ. Sicut nec Rutilus inter pecus & seruum.

Hoïes carne hũana uescẽtes

Sane postq̃ dixit serena uexatricẽ ulixis bene incidit memoria antiphatæ & polyphemi a quibus itidẽ uexatus fuit. Venit enĩ ut tradit Homerus Vlixes ex lotophagis in siciliã: in eã partẽ ubi duo fratres erãt Cyclops & lestrigon: qui inhumanæ eum exceperũt & ni fuissẽt filiorũ benignitas cũ sociis periis/set ulixes. Cyclopis filius erat Antiphates Lestrigonis polyphemus. De polyphemo satis ampliter Virgilius in tertio Aeneidos. Vbi achimenides comes infœlicis Vlixi de eo sic inquit. Vidi egomet duo de numero cum corpora nostro. Prensa manu magna medio resupinus in antro frangeret ad saxum sanieq; aspersa natarẽt limina: uidi atro cum mẽbra fluentia tabo Manderet: & tepidi tremerent sub dentibus artus. & cætera. Antiphates ergo & polyphemus ideſt quales ille quorũ uterq; gauisus est sanguine humano. sicut & Rutilus qui tunc est fœlix hoc est seipsum fœlicẽ iudicat: cum uidet seruos torq̃ri ardẽti & ignito ferro propter duo linthea. In qua re poeta imitat catullũ qui inuehitur iocose in furem linthei hoc est sudarii quo tergebãtur corpora in thermis: sicut Horatius dicit seruos solitos auferre furto ex balneis & cõmutare uuis. Tangit ergo animũ sæuissimi tyranni qui gaudet seruos delinquere ut possit punire: cum æquus iudex puniat solũ ne amplius delinquant. aut aliis exemplo sint. Quod autẽ dicit tñ fœlix & cætera. non est. quia reuera supplicia fœlicem faciant: sed quia is fœlix potest dici qui habet optatũ. De qua fœlicitate est illud facetũ Ouidii uerbũ in fastis. Qui se peccatis gaudet fœliciter uti: Infœlix nimis est prosperitate sua. Tortor dicitur qui torquet sontes. Ardenti ferro inurebatur antiquitus nota infamiæ ab iis qui animaduersionẽ capitis nõ habebant. Vnde est illud in sermonibus Hora. Linquimus insani ridẽtes prima scribæ. Prætextam & latũ clauũ prunæq; batillũ. ideſt uasculũ in quo prunæ ardentes ad inurendas notas ponebãtur.

Antiphates Polyphem?

Sane pœna furti nõ erat olim capitalis: sed pecuniaria: aut dupli aut tripli: apud nõnullos impune etiam furtũ habitum est ut memorãt autores. Nã ut inquit Aulus Gellius Draco leges quibus atheniẽses usi sũt primus tulit quibus furem capitis supplicio puniendũ esse/& alia pleraq; nimis seuere censuit sanxitq;. Legibus illis tacito cõsensu q̃ acerbiores essent obliteratis Solon ex septẽ sapientibus leges tulit quibus duplũ dare furem indixit. Apud Aegiptios ueteres furta omnia fuisse licita & impunita apud Lacedæmonios quoq; ius ususq; furandi fuisse: plurimi celebres scriptores attestant. M. autẽ Cato in oratiõe quã de præda militibus diuidenda scripsit. uehemẽtibus & illustribus uerbis de impunitate peculiatus atq; licentia cõquerit dicens. Fures priuatorũ furtorum in neruo atq; in cõpedibus ætatem agũt fures puhlici in auro atq; in purpura. Hæc apud illum. In legibus iudaicis & Romanis paria offendes.

Furtum

Stridor cathenæ. Stridor inquit Valla est acrior & fibilans collisio.

Stridor

Afficio uerbum amplæ notionis est. nam plerumq; ex adiecto significationem mutat ut afficio te amore ideſt amo. Afficio odio id est odi. Afficio te iniuria ideſt facio tibi iniuriam. Quando autem solum ponitur significat disponere. ut uiua uox magis afficit. ideſt disponit animũ audiẽtis. Aliquãdo significat affectionem moueo. Affectionẽ aũt Cicero sic diffinit. Affectio est aĩ & corpis ex tẽpore aliqua de causa mutatio: ut lætitia cupiditas metus: molestia: morbus. debilitas: & alia quæ in eodẽ genere reperiuntur

Afficio

Affectio

Modo sic. Affectio est quædã aut negociorũ euẽtu aut administratione, aut hoĩum studio cõmutatio rerũ: ut nec tales quales ante habitæ fũt: aut plerũq; haberi solẽt: habẽdæ uideant. Hæc ille. Cætera apud Vallã reqres. Affiçiũt ergo ergastula. i. læticiã excitãt. Inscripta notatis. s. signis in fronte. Ná inscribere ẽ sulcare & trãsarare: ut primo Aenei. Et uersa puluis inscribit ha/sta. Et apud Plautũ Corpus tuũ uirgis inscribã. i. dilacerabo. Ergastula ergo inscripta. i. custodiæ inscriptoꝝ. Nam ergastula posuit ꝓ iis qui in ergastulis sunt. sicut Carcer rusticus capit ꝓ carere rusticorũ: quales sunt serui ascripti/tii: & coloni dedititii. Carcer aũt ꝓprie hic ponit. nã ut dicit seruius in singu/lari nũero ꝓprie significat custodiã noxiorũ. in plurali aũt Carceres sunt ubi equi priusq; ad cursum in circũ emittant arcent quasi arceres. ab arcẽdo dicti Carcer aũt rusticus inquit Calderinus id est in qbus ergastuli uinciunt serui tanq; carcere ad opus rusticũ. Si itaq; pater gaudet persecutiõe seruoꝝ & ĩma niter eos affligit uidẽte filio: putas filiũ habiturũ in eos mitẽ animũ. q. d. mi nime. Et per trãsitũ quod Satyricorũ est dãnat Rutilũ sæuiciæ & ferocitatis.

Inscribi

Carcer

Carceres

Expectes ut nõ sit adultera largæ filia? Aggredit aliud uitioꝝ exẽplũ cuius pubes ipsa nõ minus docilis est. Nã oẽs uioleta natura ad libidinẽ incitamur etiãsi nullos quos miremur habeamus. Quia uero uiri illud Tibullianũ Ce/lari uult sua furta uenus. magis obseruãt: ut qui ut plurimũ nõ suæ sed alienæ domi mœchant & minus ꝓpterea liberos ad æmulationem inuitant. poeta noster obseruãs τὸ πρέπον. i. ipsum decorũ in personis dicit filias matrũ stu/diosas æmulatrices: cõsciæ enĩ plæræq; materni adulterii sũt. Expectes ergo ut filia largæ adulteræ notissimæ non sit adultera? Idẽ dixit in sexta. Scilicet expectes ut tradat mater honestos: aut alios mores q̃ quos habet? utile por/ro Filiolã turpi uetulæ, ꝓducere turpẽ. filia largæ. Larga est hic ꝓpriũ famosæ mulieris nomẽ. Quæ nũq; &c: quæ inquit filia nunq; potuit dicere. i. noĩare: tam cito: nec cõtexere tãto cursu. i. tanta celeritate ut ipsa cõscia matri. i. con/sciens furta materna nõ respiret prius ter decies. i. tricies. hoc est filia largæ nã grandiuscula qñ aut recẽseret aut cõpendiose percurreret mœchos mater nos semp respirauit dolẽs sibi illorũ copiã deesse Virgo fuit. uersus hos duos subduximus: malẽtes tacere q̃ frigide exponere. Noluimus aũt oĩa uitia ape rire sciẽtes q̃ solers natura malorũ scit. Instituimus præterea potius imitari Virgilianũ dantẽ piis iura Catonẽ. q̃ homericos iudices sæuosq; malorũ ca/stigatores. Sic natura iubet & cætera. Ita inquit natura comparatũ est: ut ci tius domesticis qui alienis exemplis inducamur. Quia igit animis nr̃is insit? est ad æmulãdos parẽtes quidã uehemẽs stimulus. Cauẽdum est sũmope ne præter naturã exẽpla nostra ad malos mores accedãt. Filios aũt parẽtũ esse imitatores oẽs libri canũt. Neq; id solũ in uetitis: quãdo quidẽ ad uirtutem quoq; uel maxime nos maiorũ exẽpla cohortent. Vnde Hora. quarto car/minũ Cateruæ cõsiliis iuuenis reuictæ Sensere quid mens: rite quid indoles Nutrita faustis sub penatralibus. Posset qd Augusti parẽtis. In pueros anim? nerones. Fortes creãt fortibus & bonis. Est in iuuẽcis est in equis: patrũ Vir tus. neq; imbellẽ feroces Progenerãt aquilæ colũbã. Hinc æneas ad ascamũ. Disce puer uirtutẽ ex me uerosq; labores Fortunã ex aliis. Hinc etiã optimos quosq; ĩouis: pulcherrimos ueneris. sæuissimos neptuni filios cõminiscũtur

Patrũ imitatio

poetæ. Hinc illa Didonis cõmẽdatio. Credo equidem nec uana fides genus eſſe deorũ Degeneres aĩos timor arguit. hinc ediuerſo eiuſdẽ exprobratio. Nec tibi diua parẽs generis nec dardanus auctor Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrẽs Caucaſus: hircanæq; admorũt ubera tigres. Hinc & illud homeri. ὦ κἄρα σοί γε πατὴρ. &c. Quod gellius ſic interpretat. Nõ eques ipſe pater fuerat tibi me hercule peleus: Nõ thetis eſt genitrix: glaucũ te protulit æquor Aeriæ rupes: mens q̃ tibi dura feroxq; eſt. Hinc etiã Saluator nr̃ falſo abrahami filios merito uocatos dicit: q eius uirtutis æmulr̃ nõ fuerũt. Quid plura. Ouidius quoq; ut reliqui poetæ pene oẽs: atteſtat filios quãdã effigiẽ paternæ ſpeciei præ ſe ferre. unde ait. Sæpe ſolet ſimilis filius eẽ patri. hinc illud Euãdri ad Aeneã li. viii. ut te fortiſſime teucrũ Accipio Agnoſcoq; libẽs ut uerba parẽtiſ & uocẽ anchiſæ magni uultũq; recordor. hinc illud de pueris troianis in. v. Aenei. Excipiũt plauſu pauidos gaudentq; tuẽtes Dardanidæ: ueterũq; agnoſcũt ora parẽtum. Eſt ergo in filiis imago quædã parẽtũ. Solentq; præcipue patrũ ſtudia imitari. unde illud Andromaches tertio Aenei. De aſcanio. Ecquid in antiquã uirtutẽ aĩoſq; uiriles Et pater Aeneas & auunculus excitat Hector. Neq; tñ ſemp. nã ex bono patre filius malus ſæpe ꝓgenitus. & malo bonus cõſpiciť. unde de lauſo Virgilius in ſeptimo. Filius hũc iuxta lauſus. quo pulchrior alter Nõ fuit excepto Laurentis corpore Turni: Lauſus equũ domitor debellatorq; ferarũ Ducit agillina nequicq̃ ex urbe ſecutos Mille uiros: dignus patriis qui lætior eẽt. Imperiis: & cui pater haud Mezentius eſſet. Quia tñ plerũq; patres ſuos inſequũť: unde illud Euriali in nono de ſemetipſo. Nõ ita me genitor bellis aſſuetus opheltes Argolicũ terrorẽ inter troiæq; labores Sublatũ erudiit &c. Hinc poeta noſter. Sic natura iubet &c. Ordo eſt facilis. Domeſtica exẽpla: que domi in parẽtibus conſpicimus. Cũ ſubeant. i. intrẽt animos magnis autoribus. Natura enĩ ita cõparatũ eſt ut nulli magis q̃ parẽtibus cõcedamus: quos ꝓ ſũmis autoribus nimirũ habemus. Illis enĩ maxime debeť obſeruatio. uſq; adeo ut oẽs obſeruandos: quin & deũ ipſum patris noĩe cõpellare iubeamur. Quia uero nũc diceres ſi nos natura paterna trahít ad uitia uſq; adeo uiolẽter ut ſequi cogamur: quid peccamus: quæue peccati culpa in nobis? dicit poeta: nõ tam naturã trahere q̃ cõſuetudinẽ & admirationẽ paternæ uitæ. Negatq; neceſſariũ eẽ ut filius patrẽ ſequať: At ſi ecõtrario magis ad textũ cõformiter ſic obiicias. Parũ eſt peccantẽ uidere parentẽ. Nam ut eſt illud propertianũ. Naturæ ſequiť ſenina quiſq; ſuæ. Quiſq; liberũ habet arbitriũ poteſtq; inter mille ſceleratos uirtutẽ amplecti. Rñdet poeta fateor quidẽ poſſe præſertim ſi naturæ benignioris ductu ad uirtutẽ cohorteť. ſed reliquos quæ maxima turba eſt fugienda patrũ ueſtigia ducũt. Vnus & alter. Ordo eſt. unus & alter ideſt unus & duo treſue iuuenes quibus Titan. í. ſol ipſe finxit benigna arte præcordia meliore luto. ſpernẽt forſan hæc quæ parẽtes faciũt. Sed ueſtigia patrũ fugiẽda ducunt reliquos. Et orbita ueteris culpæ diu mõſtrata trahit reliquos: qui non tam bono ſydere nati ſunt. Simile quiddã. Cicero in de officiis ſic dicit Herculem Prodicus dicit (ut eſt apud xenophõtẽ) cum primũ pubeſceret quod tempus a natura ad deligendũ/quam quiſq; uiam uiuendi ſit ingreſſurus/datum eſt) exiſſe in ſolitudinẽ atq; ibi ſedentẽ diu ſecum multumq; dubitaſſe:

cũ duas cerneret uias: unã uoluptatis alterã uirtutis: utrã ingredi melius eẽt. Hoc herculi Iouis fatu edito/Potuit fortasse cõtigere: nobis nõ idẽ: Qui imitamur quos cuiq; uisum est ad eorum studia institutaq; impellimur. Plerũq; autem parentũ præceptis imbuti: ad eorum cõsuetudinem moremq; deducimur. Alii multitudinis iudicio ferũtur: quæq; maiori parti pulcherrima uideantur ea maxime exoptant. Nonnulli tamen siue fœlicitate quadam: siue bonitate naturæ: siue parentum disciplina: rectã uitæ secuti sunt uiam. Hæc ille. Ad quæ non abludit multum poeta. Meliore luto. de formatione apud poetas passim plurima leges/Nam Aristotelẽ secuti dicunt mundum & omnes animantiũ species nedum hominũ ab ætherno extitisse. Alii uero Qui mundũ habuisse principiũ uolunt. referunt terram ipsam post elementorum diuisionem cænosam extitisse eamq; a sole paulatim densatam/& suo calore fermentatam in plurimis locis tanquã ulcera quædam tenui folliculo operta produxisse: ut etiam nũc in ægypti paludibus uidere est accidere. Cum ergo in humidis calore adhibito generatio fiat: & noctu quidem circũfluus aer humorem præstet/qui inde sole cõsolidetur: tandemq; putredines ille tepore ad partum productæ sunt. Vnde effractis folliculis/uariarum formarum animalia exierunt: inter quæ & homines erant. Quam opinionem Euripides Anaxagoræ discipulus in ea quam melamphippen fabulã inscribit refert: Hi igitur a principio uagi inculti sine moribus & legibus per siluas uiuebant. Et quia contra cæli sæuitiam tegumenta non haberent cauernas terrarum & arborum intrabant. Vnde exeuntes illic nati putabantur. Vnde est illud Virgilii octauo: Hæc nemora indigenæ fauni nymphæq; tenebãt. Gensq; uirum/truncis & duro robore nata. Quis neq; mos neq; cultus erat. & cætera. Hinc illud Horatianũ in sermonibus. Cum prorepserunt primis animalia terris/Mutum & turpe pecus & cætera. Et illud poetæ nostri in sexta. Quippe aliter tunc orbe nouo cæloq; recenti: Viuebant homines: qui rupto robore nati Compositiq; luto nullos habuere parentes. Alii propius ad integritatem fidei nostræ accedunt. dicuntq; cæteris rebus productis hominem tandem opifex ille rerum & mundi melioris origo ad effigiem sui formauit. Quas utrasque opiniones Ouidius in transformatis ponit: Videturq; ne se immemorem suæ professionis indicaret ad poetarum doctrinam magis inflecti. In primo de transformatis siue methamorphoseos. Vbi dicit Sanctius his animal mentisq; capacius altæ deerat adhuc: & quod dominari in cætera posset. Natus homo est: siue hunc diuino semine fecit. Ille opifex rerum mundi melioris origo. Siue recens tellus seductaq; nuper ab alto Aethere cognati retinebat semina cæli: Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus undis. Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. Pronaq; cum spectent animalia cætera terras: Os homini sublime dedit: cælumq; uidere Iussit & erectos ad cælũ tollere uultus. Sic modo quæ fuerat rudis & sine imagine tellus Induit ignotas hominum conuersa figuras. sic ille. Poeta ergo noster imitatus Homerum qui dicit solem esse patrem omnium rerum/dicit quosdam effectos beneficio solis ex meliore luto: qui fortasse parentum quæ uiderint turpia facinora contemnant. Pauciq; dicit q; Hominũ genesis

maro pluribus in ſexto Aenei. Cõſequit. qui ex philoſophoꝝ pfunda ſciẽtia innuit oĩs aĩas eſſe cæleſti ſemine cretas. unaq; perfectõe pollere. Diuerſitatem autẽ & inæqualitatẽ ex corporibus ſumere. quẽadmodũ candelæ unius eiuſdẽq; lumẽ in cornu parũ pellucído parũ atq; in multũ pellucido multum pellucet. Dicit aũt Virgilius ſic. Igneus eſt ollis uigor & cæleſtis origo Semi nibus: quãtũ nõ noxia corpora tardãt. Terreniq; hebetãt artus. moribũdaq; mẽbra. hinc metuũt cupiũtq;: dolẽtq;: nec auras reſpiciũt clauſæ tenebris & carcere cæco &c. Nõ ergo dicit meliore aĩo ut qui oĩbus conſimilis eſt: ſed meliore luto. i. corpe luteo & fictili quoſdã cõſtare. Titan eſt ipſe ſol Seruꝰ fabulæ inquit ferũt Titanas abirata cõtra deos terra in eius ultionẽ creatos.

Titanes

unde & Titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως. i. ab ultiõe. De his aũt Sol abſtinuiſſe narrat ab iniuria numinũ. unde & cælũ meruit. Hæc ille. Præcordia aũt dixit in qbus eſt ſedes aĩorũ. Sũt aũt præcordia cordi uicina qbus ſenſus percipit. Plinius ait. Exta hoĩum ab inferiori uiſcerũ parte ſeparant mẽbra.

Præcordia

na quã præcordia appellãt: quia cordi prætendit: quæ græci φρένας dicunt. Poſita eſt aũt ꝓpter uicinitatẽ alimẽti ne cíbis ſupprimeret animus. hinc certe refert accepta ſubtilitas mẽtis. ideo nulla eſt ei caro: ſed neruoſa exilitas: in eadẽ præcipuæ hilaritatis ſedes: quod titulatu alarũ intelligit. Ob hoc in gladiatorũ ſpectaculis mortẽ cũ riſu traiecta præcordia attulerũt Plato uult eam animi partem quæ iraſcibilis eſt in præcordiis ſedem habere quæ ſi bili inficiuntur maxima exoritur ira. Hinc homerus agamẽnonis achilli iraſcentis præcordia commota dicit. & Virgilius furiarum angues ad præcordia mitti docet. Quia uero maxime intra præcordia animi motus excitãt intãtum q; ingenii & intellectus perſpicacitas illic quoq; ſedem habeat. Vnde illud Virgilii in Georgi. Sin has non poſſim naturæ accedere partes Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis. Et illud poetæ noſtri Culpa docentís Scilicet arguit q; leua ĩ parte mamillæ. Nil ſalít archadico iuueni &c. Recte ergo elegit illã corporis partẽ cui uirtus animæ maxima incluſa ẽ. Quid eteni referat quales ſint pedes & manus: dũ animi ſedes ſit integra & pfecta. Multos etenim debiles & claudos inſigni claroq; ingenio fulgere uidemus. Vnde de ſe Epictetus philoſophus & ſeruili tñ cõditõe. Δοῦλος ἐπικτήτος γέγομαι καὶ σῶμα πήρος καὶ πενιχρὸς καὶ φίλος ἀθανάτοις. Seruꝰ epictetus fuerã qui corpore mancus. Pauperie preſſus charus eram ſuperis &c. Abſtineas igit dãnis &c. Cõcludit abſtinẽdũ eſſe a uitiis ſi non noſtra liberoꝝ tñ cauſa ne crimina noſtra ſequãt. Ex nobis geniti: qm̃ dociles imitãdis hoc eſt in imitãdis turpibus & prauis oẽs ſumus. Et catilinã quocunq; in populo uideas quocũq; ſubaxe. Hoc eſt paſſim reperiunt mali ciues. qualis

Catilina

Lucius Catilina qui Ciceronianis Saluſtianiſq; monumentis oĩbus notiſſimus eſſe debet. Si quẽ tñ adhuc latet hæc de eo carptim ex Saluſtii Catilinario ſumpſimus. Lucius Catilina nobili genere natus/ fuit magna ui & animi & corporis: ſed ingenio malo prauoq;. Huic ab adoleſcentia bella inteſtina: cædes: rapinæ:: diſcordia ciuilis grata fueræ. Ibiq; iuuẽtutẽ ſuã exercuit: corpus patiẽs inediæ Algoris uigiliæ ſupra q̃ cuiq̃ credibile eſt: Animus audax: ſubdolus: uarius: cuiuſlibet rei ſimulator: alieni appetẽs ſui ꝓfuſus. In cupiditatibus ardens: ſatis eloquentiæ: ſapientiæ parum fuit &c. Item paulo poſt

ubi ſcelerata ciuitatis Romanæ recenſuit. In tanta tanq; corrupta ciuitate Catilina id quod factu facillimũ erat omniũ flagitioſoꝝ circũ ſe tanq; ſtipatorũ cateruas habebat. Nam quicũq; impudicus adulter: ganeo: alea manu uẽtre pene bona patria lacerauerat: quiq; æs alienũ grande conflauerat: quo flagitium aut facinus redimeret. præterea oẽs undiq; parricidæ: ſacrilegi: conuicti iudiciis: aut pro factis iudiciũ timẽtes ad hoc quos manus aut lingua periurio aut ſanguine alebat: poſtremo omnes quos flagitiũ/egeſtas/cõſcius animus exagitabat: hi Catilinæ ꝓximi familiareſq; erant: quia ſi quis etiã a culpa uacuus ĩ amicitiã eius inciderat quotidiano uſu atq; illecebris facile parſimiliſq; cæteris efficiebatur. Sed maxime adoleſcentũ familiaritates appetebat: eoꝝ animi molles & ætate fragiles & fluxi: dolis haud difficulter capiebant. Namut cuiuſq; ſtudiũ ex ætate flagrabat: aliis ſcorta præbere: aliis canes atq; equos mercari: Poſtremo neq; ſumptui neq; modeſtiæ ſuæ parere dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. Scio fuiſſe nonnullos: qui ita exiſtimarẽt iuuẽtutem quæ domũ Catilinæ frequẽtabat: parum honeſte pudicitiã habuiſſe. Sed ex aliis rebus magiſq; cuiq; id compertũ foret hæc fama uolabat. Iampridem adoleſcens Catilina multa nephãda ſtupra fecerat cũ uirgine nobili cũ ſacerdote ueſtæ &c. hec ille & plura id genus alia. Ex quibus uidemus Catilinam fuiſſe perditis moribus: multoſq; pdidiſſe. Eſt ergo in omni populo & ſub quocũq; axe cæli. i. in omni patria Catilina. i. corruptor iuuẽtutis q̃lis catilina. & iuuentus a parentibus corrupta qualis etiam catilina. Contra Brut⁹ & auũculus bruti pudicitiæ Lucretiæ uiolenter ablatæ uindices honeſtatiſq; amatores nuſq; ſunt. Eſt aũt Luctetiæ ipſius & Bruti hiſtoria notiſſima: ſed quia nũc omnia quæ ad inſtitutũ facere poſſunt nob: ſq; occurrũt dicere cœpimus. hoc de ipſis habeto: ex Seruii cõmentariis. Tarquinius ſuperbus habuit pditos filios: inter quos aruntem: qui dũ in caſtris eẽt patre ardeam obſidẽte: & ortus eẽt inter eũ & Collatinũ maritũ Lucretiæ de uxoribus ſermo eo uſq; proceſſit contẽtio ut ad ꝓbãdos earũ mores arreptis equis ſtatim domos ſuas proficiſcerẽtur. Ingreſſi itaq; ciuitatẽ collatiã ubi fuit Lucretiæ domus inuenerũt eã lanificio operam dantẽ: & triſtẽ propter mariti abſentiã. Inde & Arũtis domũ profecti cum uxorẽ eius ĩueniſſent cantilenis & ſaltationibus indulgentẽ.: reuerſi ad caſtra ſunt: quod Aruns dolens: cũ de expugnanda Lucretiæ caſtitate cogitaret: mariti eius noĩe epiſtolã finxit & dedit Lucretiæ in qua hoc cõtinebatur: ut Aruns ſuſciperet hoſpitio: quo facto pernoctem ſtricto gladio eius ingreſſus eſt cubiculũ cum æthiope: hac arte egit ut ſecũ coiret/dicẽs: niſi mecũ cõcubueris: æthiopẽ hunc tecũ interimã tanq; in adulterio deprehenderim. Timẽs itaq; Lucretia caſtitatis famam morte deperderet: quippe quã ſine purgatione futurã eſſe cernebat: inuita turpib⁹ imperiis paruit: & altera die conuocatis ꝓpinqs: marito collatino: patre Tricipitino Bruto auũculo: qui tribunus equitũ celerũ fuerat: rem indicans petiit ne uiolatus pudor: neue inultus eſſet ſuus interitus: & erecto gladio ſe interimit: quem Brutus de eius corpore exertum tenens: proceſſit ad populũ: & multa conqueſtus de Tarquinii ſuperbia: & filiorum eius turpitudine: egit ne in urbem reciperẽtur: auctoritate qua plurimum poterat. Namut diximus Brutus tribunus equitũ fuerat. Hæc Seruius. Valerius aũt maximus di/ Brutus Lucretia

cit id factũ a sexto Tarquinii filio. his uerbis. Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia: cuius uirilis animus: maligno errore fortunæ: muliebre corpus fortitus ẽ a Sexto Tarquinii regis superbi filio puim stuprũ pati coacta: cũ grauissimis uerbis iniuriam suã in consilio necessariorũ deploraſſet: ferro se quod ueste tectũ attulerat interemit: causamq; tam aioso interitu imperiũ cõsulare pro regio permutãdi populo Romano præbuit: atq; hanc illatã iniuriã non tulit. Erat ergo Brutus strẽnus ultor uiolatæ pudicitiæ. Augustin⁹ tñ noster docet Lucretiã non uere castã aut salrem nõ prudẽter castitatẽ amasse: Nam si uere casta fuisset: maluisset castitate salua uitã cũ fama amittere: quã ea ablata infamiæ damnũ incurrere. Detestabilior siquidẽ est infamiæ causa: q̃ ipsa infamia si uitari nõ potest. Culpã aũt infamiæ merito præbet: q uitã pudori præfert. Falsoq; coactũ te feciſſe depreceris: quod morẽdo uitare potuisses. At si neq; morte neq; uiribus pudicitiã mulier tueri posset. Nõ ipsa sed uiolator iniurius corrũpitur: nec premiũ pudicitiæ amittit. immo cõduplicat. Põt enĩ quis ad opus peccati: nemo uero ad peccatũ cogi: quod sine uolũtatis assensu nõ perficitur. Bruti nec auũculus. i. Cato inquit Calderinus. Catonis aũt tanta fuit castitas ut eius cõspectum: tanq̃ fulminis faciẽ famosæ effugerent. Vnde est. Habeat nũc Roma pudorẽ Tertius e cælo cecidit Cato. Pauci ergo sunt (ut semel finẽ faciam) qui pudicitiæ autores habeãtur: quales Brutus & Cato. Contra: multi corruptores qualis Catilina. Nil dictu fœdum uisuq; hæc limina tangat Intra quæ puer est &c. Ordo est facillimus Fœdũ dictu ut dicatur uel dum dicitur. & uisu ut uideat uel dum uidet. Sunt etenĩ posteriora supina quæ nõ cum uerbo motũ de loco connotante cõstruuntur: ut quidã uolunt: sed cũ adiectiuis dũtaxat nominibus: & id in significatione passiua. ut hoc loco. Procul hĩc, pcul inde puellæ lenonũ. Virgi. dicit ĩ. vi. Procul hinc, p cul esse, pphani. Puellæ lenonũ. i. meretrices. Lenones aũt sunt qui ex mercẽnario illo corpis quæstu uiuunt. Cantus parasiti pernoctantis: id est totam noctem illic permanentis. Quis autem sit parasitus usum est.

Maxima debetur puero reuerentia si quid turpe paras. Nec tu pueri contẽ pseris annos Sed filius infans q adhuc nescit loqui obsistat: id est obstet impedimento sit tibi peccaturo. Salubre p̃fecto præceptũ: & oraculo dignũ.

Nam si &c. Ostendit duplex esse malũ in his qui filiis suis turpi exemplo sunt. Alterum q̃ ut uidimus filios imitatores sui efficiant. Alterum q̃ cum filios suos siue a se siue ab aliis in uitia seductos reuocare uolent auctoritatem castigãdi amiserint Quam rem Terẽtianus ille Clitipho in heautontumeru. sic eloquit. Is mihi pater ubi adbibit plus paulo: sua qui narrat facinora nũc ait. periculum ex aliis facito: tibi quod ex usu siet. Astutus ne ille? Haud scit q̃ mihi nunc surdo narrat fabulam. Ordo est. Nã si filius fecerit quid dignũ ira censoris (quandoquidem filius dederit se similem tibi non tm̃ corpore nec multu: sed quoq; id ẽ etiã similẽ tuo, tuo, se dederit. & cũ peccet oĩa deteri⁹ per tua uestigia) tu nimirũ corripies eum & castigabis acerbo clamore. amara ironia. quasi dicat. si te & tua uestigia insequitur qui poteris eũ castigare? Aut parabis mutare posthac tabulas: id est ipsum bonis exhæredabis & aliũ hæredem in tabulis testamenti tui scribes. cum tu senex facias peiora? quasi dicat minime id effeceris. & cum uentosa cucurbita quærat iampridem hoc

caput uacuum cerebro: id est cum tu quoq; insanus purgationis egeas. Deterius inquit Acron ex bono fit: peius ex malo. hoc est res deterior ē minus bona q̄ fuit & res peior est magis mala q̄ fuit. Deterius enī uenit a uerbo detero uel ut alii uolunt ab antiqua præpositione deter. Res autē bona cū deteritur i. terendo & multo usu absumitur fit minus bona unde deterior dicitur. Res aūt mala dum extēsius malū ei accædit: peior fit. Videtur ergo hic generalī accipi deterius. ut etiam deterius dicat. qđ nuuq̄ bonū. Cucurbita uentosa Corneum est uel uitreum uasculum quo sanguis educitur uētosam dixit: qm̄ flammæ uento corpori & carnibus adhibetur. Facile autem ex phisica ratiōe depræhenderis quare cum flamma corpori admoueatur: cum enim ignis sit decuplo rarior q̄ ipse aer. nihilq; in toto uniuerso uacuū cōsistit: oportet extincta flamma & aere condensato: sanguis extractus (aut caro attracta & eleuata reliquū locum occupet. Cucurbitam Virgilius appellat fructū semino/ sum. Celsus idem uas per diminutionē cucurbitulam dixit. Cucurbita ergo quærit iampridē caput tuum. i. mediam uenam quæ solet expurgari insanē tibus. Vnde tibi frontē supple acquires in qua est seueritatis & iudicii sedes & libertatem parentis. Horatius simili modo accusatiuū sine uerbo uenuste cōstruit dicens. Vnde mihi lapidem. & subauditur sumam uel quid simile. Vacuum caput cerebro insaniæ argumentum habet. Hospite uenturo. Bona collatio. Nā si filius nobis antiquior & charior esse debet q̄ hospes: & in hospitis aduētu domum ab immūdiciis nimis exacte & sollicite purgamus. Rationis est ut in filiorū conspectu eam a turpibus uerbis & facinoribus mundā teneamus. Ordo est. Hospite uenturo. i. quādo scis hospitem quēuis tibi uenturū: nemo cessabit. Tu etenī clamitas. Verre pauimentum. i. munda scopis. omnia clara sunt & facili ordine contexta. Arida aranea quæ ariditate gaudet. usitatum est apud plurimos ponere nomē ipsius uermis in masculino genere. ut sit hic araneus. retia uero fœminino appellitabāt. ut hæc aranea. Catullus. Tui catulli plenus sacculus est aranearum. Fabulantur Aragnā puellam lydam in hoc animal cōmutatam esse propterea q̄ mineruam lanificio prouocasset inferior Vnde est illud in quarto georgico. Aut inuisa mineruæ Laxos in foribus suspendit aranea casses. ubi ut hic uermis nomē fœminimū est. Plynius aūt masculinū ponit. fabulam ad unguem persequit Ouidius in principio sexti de trāsformatis. Vasa aspera. i. anaglypta & exculpta in aspe ritatem. unde prius. Aut stantem extra pocula caprū. Semodio. i. semi hoc est dimidiato modio scobis. Scobs scobis ē illud asperū pulusculū quod decidit dū aut ferrū aut æs aut aliud quoduis metallū aut lapis aut deniq; lignū secat aut q̄ inde dī scobina terit. Est aūt utilis ad purgāda uasa. Scopæ aūt numero pluratiuo sūt uirgæ colligatæ q̄b9 uerrit pauimētū. uidet ātrespicere ad illud Horatianū i sermo. Magna mouēt stōacho fastidia seu puer unctis Tractauit calicē māibꝰ dū furta ligurrit Siue grauis ueteri crateræ lim9 adhæsit. Vilib9 i scopis: i mappis i scobe: quāt9 Cōsistit sūpt9? neglectis flagitiū ingēs. Illud nō agitas: si inqt amico domū mūdā facis asordib9: decet eā filio mūdā uitiis p̄beas. qa parū est q̄ filiū ꝓgenueris nisi ut bon9 sit curaueris. sero aūt id feceris si primā & ineūtē ætatē uitiis ibuisti. Nā ut inqt Horat. in epist. Fingit equū tenera docilē ceruice magī Ire uiá quā mōstrat eques: uenatic9 exquo

Deterius
Peius
Cucurbita
Araneus
Aranea
Scobis
Scopæ

Tempore/ceruinam pellem latrauit in aula Militat in ſiluis catulus: nũc ar/
ripe puro Pectore/uerba puer: nũc te melioribus offer Quo ſemel eſt imbu/
ta recens ſeruabit odorẽ. Teſta diu. Hæc ille. Quæ exempla (quia modo in/
ter tantos autores cenſorem facere audeã) multo mea quidem ſententia ad
hanc accõmodatiora q̃ quæ hic habẽtur ſunt. Nam quæ poeta noſter hic po
nit de natura ſumũtur. Ciconia inquit paſcit pullos ſerpente. Vultur cadaue
ribus &c. & ꝓpterea pulli dũ nidũ alũnos linquũt eiſdem ueſcũtur. quib⁹ Her
cule ueſcerent etiam ſi ambroſia educaueris. Neq; uero ẽ ſimile de brutis &
de homine. illa enĩ ſola natura ducũtur unde ut atteſtat apud Donatũ Virgi
lius facile in cæteris animãtibus parentũ natura perſpicit. In hoĩe uero q ra/
tione ingeniũ naturãq; aut domat aut inſtigat non ita. Quam præterea aut a
maternis uberibus: aut paterno ſemine ſumpſimus naturã: eam etiã ſine pa/
rentũ exemplo facile tenebimus. Pulchre aũt faciũt Horatiana exempla ad
hanc rem. Nam canis uenaticus niſi a teneris annis inſtituat bonus non erit
unq̃. ſimiliter nec equus niſi mollẽ illũ inceſſũ iuuenis acceperit nunq̃ mol/
lius ingredietur. Sic ergo niſi fili⁹ ad uirtutes dirigat adhuc puer difficulter eo
ducetur iam grãdior. Nam prima imbutio & tinctura tenaciſſime hæret. Iu/
cundũ tamẽ eſt poetæ exẽplũ: quo docet in feris & auibus id ſeruari. ut in ma
Ibys Ciconia iore ætate faciãt. quæ in minore a parẽtibus accepere. Serpẽte ciconia &c.
Aegypti ibyn habent quã colũt aduerſus ſerpẽtes. Neq; uerũ eſt ibyn & cico
niã unam eſſe auẽ. Nã ibys inſola ægypto eſt. Vbi capitale eſt eam occidere
ſicut in Teſſalia Ciconiã: ut autor eſt Plynius. De ea ſic Virgil⁹. Candida ue/
nit auis longis inuiſa colubris. Venit enĩ ex lõginquis regionibus. Plynius
aũt dicit Ciconiæ unde ueniant quoq; ſe conferant nondũ comptum eſt. Ex
longinquo uenire nõ dubiũ: & eodẽ abire quo grues modo illas hyemis has
æſtatis aduenas. Abituræ ita congregant ut nulla ſui generis relinquatur ne
mo uidit agmẽ diſcedẽtiũ cũ diſceſſurũ apparet. Nec eas uenire ſed ueniſſe
cernimus Vtrũq; nocturnis fit tẽporibus. hæc ille & plura alia. Quãtum autẽ
ad poetam. hoc docte factũ: ꝙ eas aues inducat quæ cibis homini maxime in
uiſis neq; qui delicati uident ueſcantur. ut credere poſſes pullos non lauticiis
ciborũ aut dulcedine captos illis ueſci: ſed qa a parẽtibus ita primũ inſtituũ/
tur. Inuẽta per deuia rura lacerta: concurſus huius uocalium Seruio cenſore
uitandus eſt. malũq; uerſum efficit. tolerabilior tamẽ eſt dum quantitas or/
dinẽ facit. ut hic certum eſt ita cõſtruendũ eſſe. Ciconia nutrit pullos lacerta
Vultur quæ eſt ſpecies reptilium. inuenta per deuia rura. lacerta inuenta ablatiui uel
ſeptimi caſus/quia ultima longa. Iumentũ dicitur equus iugalis qui ubi effœ
tus decidit ſæpe uulturi præda derelinquit. Habet enĩ uultur ſi Plautinis uer
bis in neutro genere dicã. ſagax naſum. Vnde Plinyus de uulture plura diſſe
rit. Atq; inter cætera. Nidũ inquit uulturis nemo attigit. Nidificat enĩ in ex/
celſiſſimis rupibus. Fœtus quidẽ eruuntur fere bini. Refert idẽ Plinyus. Vn
britiũ in ſuo euo aruſpicum peritiſſimũ tradere ꝙ uultures pariũt oua .xiii. &
uno ex iis nidum & reliqua oua luſtrant Mox illud abiiciunt. Triduo autem
ante aut biduo eo aduolãt ubi cadauera futura ſunt. hæc ex illo. Donatus di/
cit ex quinq; ſenſibus nos uiſum & auditum magis ſenſibiles habere q̃ pecora
Videmur tamẽ in ſingulis a diuerſis ſuperari. Vnde fũt uulgati uerſus. Nos

aper auditu p̃cellit: aranea tactu Vultur odoratu: linx uisu: simia gustu. Cru/
cibusq; relictis uel cruces posuit pro hominibꝰ dignis cruce qui auibus alimẽ
ta abiiciũtur sicut apud Terentiũ in Eunucho Cherea meretrices: cruces uo/
cat dicẽs. An id flagitiũ est: si in domũ meretriciam deducar: & illis crucibus
quæ nos nostrãq; adolescentiã semper habent despicatam: Et quæ nos om/
nibus semp cruciant modis nũc referam gratiã: uel crucibus. i. furcis in quibꝰ
cruciãtur malefici relictis a se dum ad fœtus properat. ut sit ordo Vultur pas/
cit pullos iumento & canibus & ꝓperat ad fœtus. i. ad pullos relictis crucibus
hocẽ a crucibus ad pullos ꝓperat. placet aũt mihi prior sententia propter cõ
iunctionem q; indicãtẽ iumenta canes cruceſq; relinq hoc ẽ sine sepultura ab/
iici. Propria arbore. atqui inquit Calderinus non in arboribus nidificant sed
in altissimis rupibus/ut etiã ex Plynio nunc recit auimus. Quod item Virgi/
lius indicat ĩ octauo sic. Stabat acuta silex præcisis undiq; saxis Spelũcæ dor/
so insurgens altissima uisu: Dirarũ nidis domus opportuna uolucrũ. quomo
do ergo nũc dicit ꝓpria arbore? Calderinus nõ respõdet: indicans cõtra deco
rum satis positũ. Poteris tamẽ dicere in excelsis rupibus arbores minusculas
esse in quibus nidificẽt. Aut si omnino in rupibus nidificãt dices ꝓpria arbo/
re hoc indicare. ut sit nõ ꝓpria ipsius fœtus modo. uerũ totius generis quon/
dã peculiarẽ arborem hoc est rupem habent. Nam sæpe res appellant: nõ ut
sunt: sed ut habẽtur a possessoribus. quomodo rusticus prima ægloga: Tugu
riũ regna appellat dicẽs/post aliquot mea regna uidens. Et primo Aenei. car
cer uentoꝝ aula uocitatur. illa se iactet in aula Aeolus & clauso uentoꝝ carce
re regnet. Quia ergo uultures ꝓ arbore rupem eligũt. dixit ꝓpria arbore hoc
est rupe in qua aliæ aues non nidificãt. sed uidetur dicere: propria arbore: re/
spectu prioris quæ erat parentũ. Sed leporem aut capream famulæ Iouis. Aquilæ
Obscœnæ uolucres iuxta parentũ uestigia cadaueribus uescũtur. Nobiles au
tem quales aquilæ quarũ multas species Plynius ponit nobili cibo & etiam
homini cõgruo primũ a parẽtibus: mox ꝓprio aucupio & uenatu alũtur. Vñ
Virgil. ín nono. Qualis ubi aut leporem aut candẽti corpore cygnũ Sustulit
altapetens pedibus Iouis armiger uncis. Vbi Seruius Iouis armiger est aquĩ
la quia dicit aquila in bello gyganteo Ioui ara ministrasse: quod tñ fingitur.
Nam ut supra diximus reges fuerũt Iuppiter & Saturnus. sed dum Iuppiter: Aquilæ au/
cũ patre Saturno haberet de agris contentionẽ: ortũ bellũ est ad quod egre spicium
diens Iuppiter aquilæ uidit auguriũ: cuius cũ uidisset auspicio fictum est. q; ei
pugnãti tela ministrasset. Vnde etiam a fœlici augurio natum est: ut aquilæ
militũ signa comitent sic ille. Acron quoq; idem attestatur ideo aquilam eẽ Aqlæ signũ
armigerum Iouis. quoniam cum titanibus pugnaturus bonum augurium ab
ea accepit. Sunt qui dicant Iouem habuisse aquílam in uexillo pro signis.
quæ consuetudo apud cretenses mansit & inde ad troianos hoc signum tran
stuliſſe teucrum ferunt. inde in Italiam induxisse Aeneam. Propterea q; Ro/
manos aquilam habuisse in uexillo. Plynius autem refert aquilam solam ex
auibus fulmine quod a Ioue mittitur/non tangi: sicut ex piscibus solus uitu/ Quæ fulmíe
lus marinus: & ex arboribus sola laurus fulmine non tangitur. Quapropter non tangunt
& Tyberium imperatorem quoniam fulmína uehementer timebat: semper
turbatiore cælo lauream coronam gestitasse dicit. Quia ergo fulmine nou

tangitur aquila. ideo dicitur famula Iouis autore Plynio: Et id ꝓpterea dicit' miniſtraſſe Ioui in bello giganteo. Alii dicũt aquilã eſſe ia tutela Iouis: qm̃ altiſſime uolat. Iuppiter aũt æther eſt. Caprea eſt capra ſilueſtris. Et genero/ ſæ in ſaltu uenant' aues. ſubaudi aliæ. aliter enĩ uitioſa eſſet elocutio ut in qua poſt ſpeciẽ genus inferatur. quaſi uero aquilæ non eẽnt generoſæ aues: & ge neroſæ ergo aliæ aues. uenãt' in ſaltu. Saltus dicit' ubi feræ ſaliũt. Vbi uero altilia ſunt ꝓpriis nominibus appellãtur. Nam ut eſt apud Gelliũ libro ſecun do & capite. xix. Secundũ Varronem de rebus ruſticis uillaticæ paſtionis ge/ nera ſunt terna ornithones: leporaria: piſcinæ. Nũc Ornithones dico omni/ um alitũ quæ intra parietes uillæ ſolẽt paſci. Leporaria te accipere uolo nõ ea quæ tritaui noſtri dicebant. ubi ſoli lepores ſint: ſed oĩa ſepta ædificia uil/ læ quæ ſunt & habẽt incluſa animalia quæ paſcunt'. Is itẽ infra eodẽ libro ita ait. Quũ emiſti fundũ tuſculanũ a Marco piſone ĩ leporario apri fuerũt mul ti. Viuaria aũt quæ nunc uulgus dicit quos παραδείσους .i. hortos græci appellãt quæ leporaria Varro dicit: haud uſq; (inquit Gelli?) memini apud uetuſtiores ſcriptũ: Sed Scipio Roboraria dixit. Lacus uero & ſtagna quæ piſcibus uiuis coercentur clauſa/ ſuo atq; proprio noĩe piſcinas nominauerũt Hæc ex illis. Tunc quando ſunt in nido adhuc implumes. ſtimulante fame/ ultima ſyllaba ſine diphthongo longa poniť quia a quinta declinatione an/ tique deflectit' unde Alexander lõgum pone fame quoniã famei dedit ante. Rupto ouo ſic enim emittũtur pulli auiũ. Hanc materiã ſatyrice Iuuena/ lis deducit oſtendẽ emulationem paternã in ædificãdis luxurioſe domibus in multis eſſe. ſimulq; notat tẽpora ſua ĩ quibus ſpadones plurimũ potuerũt. Deinde tranſit ad iudeos quos ſemp ceremonias obſeruare docet quas a pa rentibus acceperũt. Etenĩ reuera. non alia de cauſa hodie plurimi in iudaica perfidia & obſtinacia permanent: niſi quia ita a parentibus inſtituũtur: ſimi/ liter molles Turchæ parẽtes imitant'. Quocirca recte Auguſtinus noſter di/ cit Inter ſumma beneficia quæ a deo accepimus id præcipuũ facile eſſe q; in/ ter chriſtianos & eos q nos fidẽ chriſtianam doceãt nati ſumus. hæc eo ani/ mo omittã qm̃ ſiluis noſtris nõ quadrãt ſatyrici amatores. Nã ſi quæ de iu/ deis a poeta tangũtur & apud hiſtoricos: ut apud Iuſtinũ. apud Tacitũ & alios ꝗplurimos recitarem facerẽ chatolicæ ueritati iniuriam. Noti ergo ſatis ſũt iudei. nos auariciam iterum ad partes uocabimus.

Saltus

Ornithones
Leporaria

Viuaria

Roboraria
Piſcinæ

Sponte tamẽ &c. Carpſit ĩpru/ dentiam paren/ tum qui dum in cauti coram libe ris turpiť uiuunt eos quoq; perdi tũ eunt. Nũc ue/ ro malignã natu rã multoꝝ exe/ creať. q filios ad auaritiã cogunt

Sponte tamen iuuenes imitantur cætera ſolam
Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur
Fallit enim uitium ſpecie uirtutis: & umbra
Cum ſit triſte habitu uultuq; & ueſte ſeuerum
Nec dubie tanq̃ frugi laudatur auarus
Tanq̃ parcus homo & rerum tutela ſuarum
Certa magis q̃ fortunas ſi ſeruet eaſdem
Heſperidum ſerpens aut ponticus. adde q; hũc de

Quo loquor egregium populus putat atq; uerēdū
Artificem: quippe his creſcūt patrimonia fabris.
Sed creſcunt quocūq; modo maioraq; fiunt
Incude aſſidua: ſemperq; ardente camino.
Et pater ergo animi fœlicis credit auaros
Qui mirantur opes: hi nulla exempla beati
Pauperis eſſe putant: iuuenes hortantur ut illam
Ire uiam pergant & eidem incumbere ſectæ.
Sunt quædam uitiorū elementa his protinus illos
Imbuit: & cogit minimas ediſcere ſordes
Mox acquirendi docet inſatiabile uotum
Seruorum uentres modio caſtigat iniquo
Ipſe quoq; eſuriens: neq; enī omnia ſuſtinet unq̄
Mucida cærulei panis conſumere fruſta
Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal
Septembri. nec non differre in tempora cœnæ
Alterius concham æſtiui cum parte lacerti
Signatam uel dimidio putriq; liluro
Filaq; ſectiui numerata inducere porri
Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.
Sed quid diuitias hæc per tormenta coactas
Cū furor haud dubius cū ſit manifeſta phreneſis
Vt locuples moriaris egenti uiuere fato
Interea pleno cū turget ſacculus ore.
Creſcit amor nūmi quantum ipſa pecunia creſcit
Et minus hanc optat qui non habet &c.

nedum inuitant Maxime aūt ad bonā inſtitutio/ nē ptinet. ut qui uirtuti aut litte/ris ſtudere uolēt ab auaritia oīno mundi ſint. Vñ Flaccus de arte poetica. Graiis ingenium graiis dedit ore rotun/do. Muſa loquī præter laude nul lius auaris. Ro/mani pueri lōgis ratiōibus aſſem. Diſcūt in partes cētum diducere dicat Filius albi/ni ſi de quincun ce remota ē Vn/cia qd ſupat? po/teras dixiſſe tri/ens: en Rē pote riſ ſeruare tuam: redit uncia qd ſit Semis. ad hæc a nimos eruga et cura peculi Cum ſemel imbuerit: ſperam? carmīa fingi Poſſe linē/da cedro: & leui ſeruāda cūſſo? Putaſ inqt poſtq̄

Auaritia iu/uenibus fu/gienda

auaritia mēs ībuta ē muſis aut bōis ſtudiis ſupeē locū? Dete ſtabile ē ergo pa rētū gen?q iuuenib⁹ auaricia qđ ſenectutis ē uitiū p̄cipiūt tāq̄ rē hōeſtā & lau dabilē: cū nihil lōgi? ab honeſto exulet. Sponte tñ &c. alía inqt uitia: q̄le ſtu dium ludēdi: ſcortādi: luxuriādi. ſuperbiēdi &c. iuuenes ſpōte. i. ſuapte natura imitantur. quocirca ſatis eſt coram ipſis huiuſmodí factitaſſe. Solam inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur. Inuiti: id eſt a parentibus coacti. Nam iu uenes natura liberales ſunt minimeq; rerum quas habēt tenaces. Vnde Ho/rati? in de arte poetica. Imber bis ſuuenis: tādē cuſtode remoto Gaudet eqs canibuſq; & aprici gramine cāpi Cære? ī uitiū flecti: monitorib? aſp Vtliū tar

dus prouisor: prodigus æris Sublimis cupidusq; & amata relinq̃re pernix &c. Hinc Terentius in adelphis. O noster demea ad omnia alia ætate sapimus rectius solum hoc unum uitiũ affert hominibus senectus. Attętiores sumus ad rem omnes q̃ sat est. quod illos satis ætas acuet &c. Conta ergo ingenium iubentur auaritiam addiscere. Dices non uerisimile fieri: aliquẽ parentẽ tã crudelem ĩmanemq; reperiri: qui filiũ suum ad uitia cohortetur. Nam ideo qui bona precipiunt ad filios scribunt: quia uerisimile est parentes uelle habere bonos liberos. Quomodo ergo possunt nos ad uitia cogere. Respõdet poeta. Fallit enĩ uitium specie uirtutis & umbra. Parentes inqt qui auaritiam docent non arbitrant' eam detestãdam. ĩmo ut rem sanctissimã præcipiũt. Omne etenim uitiũ sub specie boni amatur. Nam ut philosophi docẽt nihil amatur nisi quod habet speciem boni. Vt autẽ inquit Seneca septimo epistolarũ omnibus uitiis autoramentum .i. merces & premiũ ponitur. uerba eius sunt Nullum sine auctoramento malum. Auaritia pecuniam ꝓmittit: luxuria uarias uoluptates. Ambitio purpuram & plausum. & ex hoc potentiam: & quicquid potentia potest: mercede te uitia sollicitant. Ordo hic est. Vitiũ auaritiæ cũ sit triste habitu uultuq; & seuerum uestę: id est cum præ se ferant auari: seueritatem uitæ qualis perfectis uiris congruit. fallit nos specie & umbra uirtutis: id est existimat' esse uirtus. Nam auarus laudatur non dubie tanq̃ frugi. tanq̃ homo parcus. & tanq̃ homo qui est tutela suarum rerum: magis certa tutela ĩquã: q̃ si serpens ponticus aut serpens hesperidum seruet. i. custodiat easdẽ fortunas. omnia profecta clariora sunt q̃ ut elucidẽtur Habitu & uultu nomina sunt. Serpens hesperidum de quo est illud quarto Aeneidos Hinc mihi massilæ gentis monstrata sacerdos. Hesperidum templi custos: epulasq; draconi quæ dabat & sacros seruabat &c. Vbi Serui. Hesperides athlãtis filiæ nymphæ hortũ secundũ tabulas habuerunt in quo erãt aurea mala ueneri consecreta. quæ Hercules missus ab Euristheo argiuorũ rege/ Occiso peruigili dracone sustulit. Reuera fuerunt nobiles puellæ quarum greges abegit Hercules occiso eorum custode. Vnde fingitur mala sustuliss̃e. i. oues Nam græce μῆλα & mala & oues significant. Vnde μῆλόβοσ ouiũ pastor. Diodorus ait pastorem draconis habuisse nomen. Additq; hesperidũ genus huiusmodi fuisse: fratres gloria excellentes hesperũ & athlantẽ: eosq; habuisse insignes ouiũ greges colore fuluo & auro simili. Hacq; de causa poetæ pecudes τὰ μῆλα uocantes: quod nomẽ etiam mala significat/ aurea mala habuisse dixerũt. Hesperũ autẽ filiam hesperam fratri in matrimonio copulasse. Vnde natæ sunt puellæ septem: & a patre athlãtides & a matre hesperides nominatæ Harũ nomina & cõnubia ita prosequitur in fastis Ouidius. Pleiades incipient humeros releuare pateruos. Quæ septem dici: sex tamẽ esse solent Seu q; in amplexus sex hinc uenere deorũ. Nã steropen marti concubuisse ferunt Neptuno alcinoen & te formosa celæno Maian & electrã Taygetãq; ioui Septima mortali merope tibi sisiphe nupsit. Pœnitet & facti sola pudore latet. Plynius aũt in naturali historia dicit fuisse flexuosum sinũ maris q ambibat hortos Hesperidũ quẽ Hercules supabat. Vñ draconẽ interfeciss̃e fabulant'. Quia ergo supatus erat serpẽs dixit certa magis. & qa nõ uerat serpẽs adiecit aut põticus. In põto enĩ insula pñtissimũ uenenũ nascebat'

Serpẽs hesperidum

Hesperides

Vnde uenefica illa medea. hinc Virgilius in bucolicis. Has hærbas atq; hæc ponto mihi lecta uenena. Ipse dedit Mœris: nascũ plurima ponto &c. Intelligit aũt perserpentẽ ponticũ Draconẽ illũ flãmuomũ q custodiebat aureũ uellus. Hũc de quo loquor. i. auarũ egregium populus putat. Quia ut dicit Ouidius. In precio preciũ est dat cẽsus honores cẽsus amicitias pauper ubiq; iacet. Et poeta noster alibi. Quãtũ quisq; sua nũmorũ spectat in arca Tãtum habet & fidei. & Hora. Vos sapere & solos aio bene uiuere: quor Cõspiscitur nitidis fũdata pecunia uillis. Et idẽ alibi ꝓbat auaros a paucis insanos uideri. q; plurimi auariciæ studẽt. iis uerbis. Si stramẽtis incubet undeoctoginta annos natus: cui stragula uestis Blattarũ actinearum epulæ putrescat in arca nimirũ insanus paucis uideat. eo q; Maxima pars hominũ morbo iactat eodẽ Quia ergo multis nihil antiquis nihilq; sanctius est ipsis diuitiis: multi auaros collaudãt & eos oẽs per quos patrimonia crescũt. Sed crescunt (inquit poeta) quocũq; mõ. Quasi dicat parũ sceleris eẽ patrimonia crescere. si modo id iuste fiat. unde Horatius uerum moralitatis lumen ita & auariciã & ꝓdigalitatẽ a se alienas dicit. simulq; attestat. ii quorũ uota nõ debere. exaudiri ubi sic precat. nihil ãplius oro Maia nate nisi ut ꝓpria hæc mihi munera faxis Si neq; maiorẽ feci rõne malarem. Nec sum facturus uitio culpa ue minorẽ

Incude assidua. quia ante dixit his fabris. bene pstat in trãsllatiõe. & semp ardente camino. Caminus græcũ est latine fornax dicit errãt qui fumariũ putant. Hii nulla exẽpla beati pauperis esse putãt. Luca. de paupertate. & adhuc ignota deorũ Munera. Sũt igit ut iam dicemus pauperes quidẽ beati. qa animũ sua sorte cõtentũ habent. Vnde etiã ipsa sapictia. Beati pauperes spiritu. & Seneca. Sciri uti pauptate maxima fœlicitas est. Et ediuerso. Quæ est inqt maxima paupertas? respõdet. auaricia. Item. Qui paupertatẽ timet timẽdus est. Item Qui cũ paupertate bene conuenit diues est. Itẽ mille genus alia

Caminus

Eidẽ sectæ. Pulchre dictũ. quia secare & ad iter & ad philosophos ptinet. unde est ille uiam secat ad naues. Ideo aũt sectæ philosophorũ dicunt: qa secãt inqt Seruius. i. tenent opiniões suas. uel quia ut est apud Aulũ Gelliũ. lib. primo. capite. xviii. sententia pedibus etiã ferebat. Dum enĩ dissentiebãt inter se patres fiebat discessio: ita ut ad suæ quisq; sentẽtiæ partẽ abiret. unde Cicero primo epistolarũ. frequẽtes ierunt in alia omnia. Et insequenti epistola. Nemo enim est qui nesciat quo minus discessio fieret per aduersarios tuos. esse factum. hinc secta diuersa secantiũ itinera dicta. Insatiabile uotũ: quia neq; copia neq; inopia minuit. imo ut dicet crescit amor nũmi quãtũ ipsa pecunia crescit. Seneca. Pecunia nõ saciat auariciã sed irritat. Seruorũ uẽtres libẽtius dixit q; Seruos ipsos. quia hoc unũ seruis ex laboribus habẽt q; ut Iumenta alunt. Maxime aũt uentribus ubi possunt indulgent. Vnde addit inquo ideſt inæquali modio. qa nõ satis ut satient Scimus enĩ a dominis suis singulis mensibus aliquot modios accipere pro uictu solitos. Vnde illud in phormione q; inique comparatũ est? hi qui minus habent ut semper aliquid addant diuitioribus. quod ille unciatim uix de demenso suo suũ defraudans ingenium. Comperit miser. id illa uniuersũ arripiet. Haud existimans quanto labore sit partum. Vbi donatus. Serui inquit quaternos modios accipiebant frumenti in mẽse. Et id demẽsum dicebat? & utrũ a mense an a metien/

Sectæ philosophorum

Demensum

do incertum est &c. Erat autē demēsum illud peculiare seruis. Quocirca qui frugales & parci erāt, ut peculiū conflaret, suum geniū defraudabāt: ideſt naturæ iusta alimēta detrahebant. quod nūc opus facto nō eē oñdit poeta: qñ ipſi domini demensum diminutius faciūt. Ipſe quoq; esuriens. Non satis est inqt auaro seruorū alimēta subducere uētrib⁹. nisi id suo quoq; faciat. Ordo est. Ipſe quoq; pater nedum filius, esuriens (neq; enī sustinet unq̄ cōsumere omnia frusta. ideſt fragmenta mucida. ideſt mucore uicta cærulei. ideſt sub nigri panis. hoc enī nunq̄ cōmittat ut omnia crustula mucidi panis absumantur & est interpositū per parentheſim) solitus est seruare heſternū. ideſt pridianū hoc est prioris diei minutal. ideſt illud cōdimēti genus, medio septēbri quo tempore ītempestiuū est. Necnō id est solitus est differre in tēpora alterius. ideſt sequētis cænæ concham signatā. ideſt obsignatā ne minuatur. cum parte estiui lacerti. ideſt illius uilis pisciculi cuius caro æstiua tempeſtate morbifera est. uel cum dimidio & putri siluro. & solitus ē includere fila numerata. ideſt oblonga folicula in morē filorū a radice exeuntia ad numerū congeſta porri sectiui. ideſt sectilis. Nam est & capitatū. Aliquis de ponte. id est solitus mēdicare in ponte qua frequēs transitus hominū: iuitatus ad hæc comedēda supple. negabit supple comeſſe. Ipſe hoc loco emphaſim habet quasi dicat diues & senex capularis cui propediē moriendū erit. Esuriēs ad/ditur: nedicat⁹ abstinere ꝓpter naturæ debilitatē. Vnde ē Iucūdū illud apud Horatiū in sermonibus. quare siquodius satis est periuras furripis aufers Vndiq;? Si inquit quoduis. ideſt exiguū quippiam tibi satis est. ideoq; te ꝓpter naturæ quæ paucis contenta est debilitatē: nō per auariciā parcū dicis. Quare periuras furripis aufers undiq;. ideſt quare ardēter & iniuſte congeris? &c.

Fruſta dicūt⁹ fragmēta. Mucor est lanugo illa quæ in pane & caseo super
Mucor nasciť uetuſtate. Inde fit mucidus a um. uñ solet dici. Mucidus est panis caro
Mucidus rancida: pēdula uina. rancor ergo ē uitiū carniū & acor uini. præcipue si i uap
Rancor pā efferueat. Nā uappa ē uillū cuius uirtus efferbuit: & trāsferť ad uiros ni/
Acor hili. qſime acrimonia & induſtria fūt. Hora. Fusidius uappæ famā timet ac ne
Vappa bulonis. Cærulei. panis. i. cærulei coloris qui mixtus est ex nigro & uiridi.
Ceruleus co quale mare ipsū qđ cærulū dicit⁹. Minutal inqt Calderinus genus cōdimē/
lor ti est qđ ex rebus minutim cōcisis fiebat ut docet apicius. Variis generib⁹ &
Minutal noſib⁹ ĩter cætera minutal unū fiebat marino piſce: loq̄mīe: oleo: uino: por/
ris capitatis: coriādro & reliqs. dicebat⁹ Tarētinū: Apicianū. Martianū. dulce
A uarietate rerū uariū dī a Martiale. Autūno ītēpestiuū erat & sub exitu æstatis. ideo ergo dicit medio septēbri. Cōchā idē ĩterptat⁹ fabā uiridē. quæ ue
luti cōcha cortice tegit⁹: Sepi⁹ át cōchis dī. ut ibi cui⁹ cōche tumes. Sed apici⁹
Concha uocat cōchē fabariā uiridē. quæ ita cōdit⁹. Liq̄mine. coriādro porro cōciſo &
Conchis oleo. q; nisi magna fuerit copia cōchis ingrati ē saporis Martia. ī male cænātē
Et bñ si cænas cōchis iuncta tibi ē & alibi. Si ſpumet rubra cōchis tibi pallida
testa. Signatā idē iqt. i. custoditā signo ipreſſo Martia. hæc signata mihi q̄nq;
Lacertus dieb⁹ erūt. i. seruabūt⁹. Lacerti. Lacert⁹ piscis ex bethica saxetan⁹ dī a pria ubi
capit⁹ tenuis mēsæ cib⁹ & paupis. cū cōcha apponebat⁹ Martia. Cū saxetani ponat⁹ cauda lacerti. Et bñ si cænas cōchis inūcta tibi: Silur⁹ quoq; uilior piscis ē
Sectiui porri dicit. qa ē etiā capitatū. Aliqs de pōte. i. mēdicus sedens in pōte

quo magnus cõcurſus hoĩum & ꝓpterea uber mendicis quæſtus. unde prius poeta nulla crepido uacat nuſq; pons & tegitis pars Martialis. Erret p urbis põtes exulet cliuoſ. Hæc plurima ex domitio. Sed qd diuitias hæc p torméta coactas? Adqd enĩ coactas. i. ſæpe ĩ unũ cogis & cõgregas diuitias. p hæc tormẽta qb⁹ etiã uiſcera tua torques? Cũ ſit haud dubi⁹. i. mãifeſtus furor, & manifeſta phreneſis, læua inſania qua ĩ uiſcera tua lacerãda cõuerteris ſicut phreneticus ĩ quẽcũq; obuiá ferẽ. Viuere egẽti fato: miſera cõditiõe uitæ ut moriaris diues: Nõ eteni acqrẽdo beatior fis. nã ĩterea dũ ſaccul⁹ turget pleno ore, qa claudi nõ põt amor nũmi creſcit quantũ ipſa pecunia. Et minus optat hãc ſcilicet pecuniã q nõ habet. Vnde Pli. Sed a nũmo inqt prima ẽ auariciæ origo excogitata fœnore quæſtuoſaq; ſegnitia. hæc paulatim exarſit rabie quadã nõ iã eſt auaricia ſed fames auri. Pluríma ex uerbis Senecæ aliorũq; ĩ hãc ſentẽtiã adduximus. Iucũda ſane ſũt qbus nunc in poeta ſupſedimus: ſed ſi oĩa iucũda huc cogere uelimus ĩ ĩmẽſũ creſceret op⁹. Ex iis ãt quæ dicta ſũt Satis uidere poſſũt parẽtes q̃ cõtagioſa ſit auariciæ peſtis: ꝓptereaq; ſũmopere cauere debẽt ne tali fece aĩos iuuenũ imbuant. Et iuuenes ꝓſpicere ne nimiũ parẽtibus audiẽtes in ea re ſint. Potius aũt ad ueteres illas inſtitutiões & doctrinas de quibus ſequẽs particula animũ dirigẽt.

Viuite contenti caſulis: & collibus iſtis
O pueri Marſus dicebat & hernicus olim
Veſtinuſq; ſenex: panem quæramus aratro
Qui ſatis eſt menſis: laudant hoc numina ruris
Quorum ope & auxilio gratæ poſt munus ariſtæ
Contingunt homines ueteris faſtidia quercus
Nil uetitum feciſſe uolet: quem nõ pudet alto
Per glaciem perone tegi: qui ſũmouet euros
Pellibus inuerſis peregrina ignotaq; nobis
Ad ſcelus atq; nefas quæcũq; eſt purpura ducit
Hæc illi ueteres præcepta minoribus. at nunc
Poſt finem auctũni media de nocte ſupinum
Clamoſus iuuenem pater excitat: accipe cæras
Scribe puer: uigila: cauſas age: perlege rubras
Maiorum leges: aut uitem poſce libello
Nec credas ponendum aliquid diſcriminis inter
Vnguenta & corium: lucri bonus eſt odor ex re
Qualibet. illa tuo ſententia ſemper in ore
Verſetur: diis atq; ipſo Ioue digna poetæ

Viuite cõtẽti caſulis &c. Aperte monſtrat poeta qd patrũ monitiones poſſint Ná quo tempore marſi & hernici ueſtiniq; & alii Italiæ uetuſtiores incolæ filiorũ animis paupertatis & parſimoníæ amorẽ infũdebãt: oĩs iuuentus gloriæ nõ rerũ auara fuit. uñ apud Virgilium in nono ſic Numan⁹ cui Remulo cognomentũ fuit ãtiquoſ illoſ añ æneæ aduentũ italos extollit

Durum aſtirpe genus natos ad flumĩa primum
Deferimus: ſæ/

uoq; gelu dura/ mus & undis Ve natuíuígilát pue ri:ſiluaſq; fatigát

Flectere ludus equos:& ſpicula tẽdere cornu At patiens operum puoq; aſſueta iu uent? Aut raſtris terrã domat/aut q̃tit oppida bel/ lo. Omne æuum ferro terít̃: uer/ ſaq; iuuẽcũ. Ter/ ga/ fatigam? ha/ ſta: nec tarda ſe/ nectuſ. Debilitat uires animi/mu/ tatq; uigorem. Caniciem galea premimus:ſem/ perque recentes Conuectare iu/ uat prædas/& ui uere rapto & cæ/ tera. Certum au tem eſt antiquoſ Romanos maxi me Agriculturæ ſtudioſos fuiſſe/ quandoquidem ſatis illũ laudatũ putabãt quẽ bo/ num colonũ di/ xerint/ Multi/ q; pro ímortali gloria ab inuen/ tis leguminibus ſibi agnomina ſu mebant. Mar/ ſos autem egre/ gios fuiſſe ſicat/ teſtatur. Virg. in ſecũdo Georgi.

Marſoꝝ gẽs

Vnde habeas quærit nemo ſed oportet habere
Hoc monſtrant uetulæ pueris poſcentibus aſſem
Hoc diſcunt omnes ante alpha & uitta puellæ
Talibus inſtantem monitis quẽcunq; parentem
Sic poſſum affari:dic o uaniſſime:quis te
Feſtinare iubet:meliorem preſto magiſtro
Diſcipulum:ſecurus abi uinceris ut aiax
Præteriit thelamonem:ut pelea uicit achilles.
Parcendũ eſt teneris nondũ impleuere medullas
Naturæ mala nequitiæ:cum pectere barbam
Cœperit:& longi mucronem admittere cultri
Falſus erit teſtis:uendet periuria ſumma
Exigua:cereris tangens aramq; pedemq;
Elatam iam crede nurum:ſi limina ueſtra
Mortifera cum dote ſubit:quibus illa premetur
Per ſomnum digitis:nam quæ terraq; mariq;
Acquirenda putes:breuior uia conferet illi
Nullus enim magni ſceleris labor hæc ego nunq̃
Mandaui dices olim:nec talia ſuaſi
Mentis cauſa malæ tamen eſt & origo penes te
Nam quiſquis magni cenſus præcepit amorem
Et leuo monitu pueros producit auaros
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem:& totas effudit habenas
Curriculo:quem ſi reuoces ſubſiſtere neſcit
Et te contempto rapitur:metiſq; relictis
Nemo ſatis credit tantum delinquere:quantum
Permittas:adeo indulgent ſibi latius ipſi.
Cum dicis iuueni ſtultum qui donet amico
Qui paupertatem leuet attollatq; propinqui
Et ſpoliare doces & circũſcribere:& omni
Crimine diuitias acquirere.quarum amor in te eſt
Quantus erat patriæ deciorum in pectore Item

Ergo ignem cuius scintillas ipse dedisti
Flagrantem & late rapientem cuncta uidebis
Nec tibi parcetur misero: trepidumq; magistrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.

Et sub finem

Curatoris eget qui nauem mercibus implet
Ad summũ latus & tabula distinguitur uda
Cum sit causa mali tanti & discriminis huius
Concisum argentum in titulos facieſq; minutas
Occurrunt nubes & fulgura: soluite funem
Frumenti dominus clamat piperisq; coemptor
Nil color hic cæli: nil fascia nigra minatur
Aestiuum tonat: infœlix hac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus: fluctuq; premetur
Obrutus: & zonam læua morsuq; tenebit
Sed cuius uotis modo non suffecerit aurum
Quod tagus: & rutila uoluit pactolus harena
Frigida sufficient uelantes inguina panni
Exiguusq; cibus mersa rate: naufragus assem
Dum rogat. & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis cura maiore metuq;
Seruantur: misera est magni custodia census
Sensit alexander testa cum uidit in illa
Magnum habitatorem: quantũ fœlicior hic qui
Nil cuperet: q̃ qui totum sibi poscceret orbem
Passurus gestis æquanda pericula rebus.
Nullum numen abest: si sit prudentia: sed te
Nos facimus fortuna deam. Mensura tamen quæ
Sufficiat census: si quis me consulat: edam
In quantum sitis atq; fames & frigora poscunt
Quantum epicure tibi paruis suffecit in hortis
Quantum socratici ceperunt ante penates
Nunq̃ aliud natura: aliud sapientia dicet.

Hæc genus acre uirũ marsos pubemq; sabellam
Assuetũq; malo ligurẽ uolscosq; uerutos Extulit. &c. Sũt aũt Vestini. Marsi: & peligni & Marrhucini & ferentani samnites populi natio exigua est sed fortitudíe cõspicua. Nã & aduersũ Romanos fortíſ pugnarũt. Idemq; pro illis Iã socii fecerunt Postremo líbertatem & ciuitatis cõmunionẽ cõse qui uolentes repulsam passi bellum marsicũ qđ & sociale & italicum dicit. Excitarũt: ait strabo. De origíe marsorũ uariã ẽ opinio. Nã alíi marsos dictos putant a Marsia lydorũ duce. Aut ut Sillius meminit a marsia phrigiæ ab Apolline i cãtu uicto. q timore penarũ in italiã fugit. Plinius ait Marsos ortos a filio Circes, p/ptereaq; ineſſe illis uim cõtra serpentes Vnde ait primũ de psyllis

Vestini

Marsorũ origo

Psylli

fic. In aphrica gens psyllorum fuit ut Agatharsides scribit a psyllo rege dicta: cuius sepulchrũ in parte syrtiũ maiorũ est. horũ corpori ingenitũ fuit uirus exitiale serpẽtibꝰ. Ex cuius odore sopirẽt eas. Mos uero fuit liberos genitos ꝓtinus obiiciẽdi feuissimis earũ. Eoq; genere pudicitiã coniugũ experiendi: nõ ꝓ fugiẽtibus adulterino sanguine natos serpẽtibus. Hæc gens ipsa quidẽ ꝓpe interẽptione sublata est a nasamonibus: qui nũc tenẽt has sedes. Genus tñ hominũ ex iis qui ꝓfugerãt: aut quũ pugnatũ est abfuerãt hodieq; remanet in paucis. Simile & in italia Marsorũ gente durat: quos a Circes filio ortos ferũt: & ideo ineſſe uim naturalẽ eã. Hæc Plinius. Sũt aũt qui psylos profugos partim in italiã partim in cyprũ deuenisse dicãt. & ex illis qui in italiã deuenere Marsos ortos. Quantũ autẽ ad hũc locũ Marsus pater Vestinus & hernicus senex sumunt hic pro quolibet ex Marsorũ. Vestinorum & hernicorũ gente: quæ præter cæteras in colendis agris olim intenta fuerat.

Heruici

Hernici autẽ dicti sunt a locis saxosis quæ colũt: Nam herne sabina lingua saxa uocãtur. Erant aut gabini Nam hii ducem secuti hernica saxa incolebãt a quibus hernici ceperunt dici. Metropolis eorum est anagnia sabinorũ natio. Virgilius innuit eos ab hernico duce inquit Landinus appellatos & ex pelasgis oriundos: quandoquidẽ illos ex pelasgorum & ætholorũ pelasgoꝝ coloniæ more armatos altero pede nudo/ altero perone crudo/ tecto prodiisse in bella dicat. in septimo. Vestigia nuda sinistri Instituere pedis: crudus tegit altera pero. Ordo hic est Marsus senex. idest quilibet grandis natu & maturus de gente Marsorũ. Et hernicus & Vestinus senex. idest quiuis ex hernicis aut uestinis. dicebat olim in tẽpore illo prisco. O pueri uiuite cõtenti casulis idest tegurriis & collibus istis. Quæramus panẽ qui satis est mensis. idest uictui nostro aratro. idest per aratrũ hoc est agricolturã & labores

Senũ

nostros: sed quid tam clara persequor? Senex nõ uacat hoc loco. Nam senibus ꝓpter longam diem maior inest experientia rerũ. maiorq; cõsilii prudẽtia. Quocirca poetæ diligentes: & decori memores semper a senibus meliora cõsilia data cõmemorãt. ut apud Homerũ a nestore qui iam tertiã ætatem agebat. apud Virgiliũ ab anchise. ab aceste. a naute. a bute Et a sexcẽtis aliis senibus. Solẽt præterea patres suis filiis optime dũ possunt cõsulere. Maximi autẽ momẽti est q; illi senes pauptatis amorẽ suis addebãt: cũ senectutis auaritia morbus sit. Quã rem Seneca impatiẽter ferẽs/ dicit/ Monstro eẽ similẽ: senem auarũ: qui/ quãto minus dierũ. uiæq; superat. tanto magis uiatici quærit. Numina ruris. quoꝝ ope & auxilio &c. Periphrasis inqt Calderinus est Bacchi & cereris. unde Virgilius in principio Geor. Vos o clariſſima mũdi lumĩa: Labẽtẽ cælo qui ducitis annũ. Liber & alma ceres: uestro si mũere tellus Chaoniã pingui glãdẽ mutauit arista: Poculaq; iuẽtis acheloia miscuit uuis. Vbi Macro. & probus ꝓ liberũ solẽ interpretãt: & per cererẽ lunã: quæ duo ni mirũ clariſſima lumĩa mũdi fũt. Quoꝝ etiã bñficio oĩa oriunt. Vinũ tñ bacchi & frumẽtũ Cereris inuẽtũ dicit. Gratæ post munus aristæ. Ordo est fastidia. i. cõtẽptus ueteris quercus. i. glandiũ quibus olim uescebãt contingũt. i. cõtinẽt hoĩes post munus gratæ aristæ. i. post inuentũ frumẽtũ qđ hoĩbus gratius est. Virgi. Chaoniã pingui glandẽ mutauit arista. Quia ergo Bacchus uinũ & Ceres frumentũ inuenerũt: Ob quã rem diuinitatẽ meruẽ/

sunt: certũ est q; egre ferant: si arua inculta iacerẽt. Vnde inquit. Laudãt hæc numina ruris &c. Arista aũt secũdũ plurimos ab ariditate dicit̃. sũma pars culmi. mutat̃ tñ prima syllaba. Nam areo. Aridus & ariditas primã ꝓducunt Quia uero tẽpore messis spicæ aridæ sunt. & agricolæ per messes ãnos cõputant. solet a poetis arista ꝓ anno poni maxi me si sermo rusticis det̃. Vt in buco. Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas &c. Nihil uetitũ fecisse uolet. quẽ nõ pudet alto per glaciẽ perone tegi Pulchrũ uerbũ & tali sene dignũ. Quot eteni sunt qui male acquirũt: nõ quia ampliter fruant̃: sed quia pauperẽ esse turpe ducunt. At si uestiariorum luxũ nõ usq; adeo amaremus: cõtentiq; essemus frigus propulsasse nuditatẽq; cõtexisse. non ita ad nephas curreremus. Ordo est. Is nil uolet fecisse uetitũ. a lege uidelicet uel a cõscientia. quẽ nõ pudet tegi per glaciẽ idest tẽpore hiberno perone calciamẽto illo rudi & rustico. qui sũmouet euros. idest depellit uentos pellibus inuersis ut uelleribus ouiũ quæ inuersa portant̃: quia quã oues exteriorẽ partem habent nos interiorẽ facimus. Perigrina & ignota purpura quæcũq; est ducit nos ad scelus atq; nephas. Pero ex crudo corio calciamẽtum erat̃ quo & in bello utebant̃ ut diximus in illo Virgi. crudus tegit altera pero. Et in uenationibus aduersus niues ut scribit Horatius. Vnde & hic dicit̃ per glaciem &c. Aristа

Pero

Pellibus inuersis. Prima hominũ indumẽta ex pellibus erant: quæ mortalitatis significationẽ afferebãt. at nunc ad luxum pellibus utimur. Inuersis dixit. quia lanã & pilos interiores portamus. Valla eni sic scribit. Inuertere est quasi in contrariũ uertere: Interiora uestis aut pellis aut aliarũ rerũ exteriora facere. præposterecq; uerba pronũciare ut pro lauo uola. At interuertere est rem aut cõmodatã aut depositã aut creditã callide doloq; ne domino restituat̃ efficere. ut Cicero in Verrẽ. Candelabrũ quod rex ægypti Ioui capitolino dono tulerat a Verre q illud cõmodato a rege accepat̃: iuteruersũ eẽ cõq̃rit̃. Marcellus iurisc̃õsult̃ iqt hæredes rẽ apud defũctũ iteruerterit &c. hæc il. Bñ ergo hic pellib̃ inuersis. De purpura alibi dixi. Hæc illi &c. hæc i. talia eiusmõi. ut i. ix. Aene. hũc ego te Eurialе aspicio. i. talẽ. At nũc. At ut alio quoq; loco demõstraui pulchre põit̃ quotiẽs ꝓ cõtẽtionẽ loqmur. Post finẽ autũni. qa iqt Cald. tũ choies uigilare & lucubrare icipiũt. Eni uero post finẽ autũni hiberna ẽ tẽpestas frigidissima. uñ notat̃ iportuna auaricia pẽtis q ẽt sub rigido frigore filiũ de media nocte excitat: Accipe ceras mimisis ẽ. uerba paretis recitat. scribebãt oli i cera. uñ Tabulæ testamẽtares Perlege rubras maiores leges. i. minimatas autore Cald. Nã minimũ (ut ẽt Pli. scribit) i uoluminũ scriptura usurpabat̃. posset ãt arguto igenio uberiorẽ succũ extrahere Aut uitẽ posce libello. i. centurionatũ i quo uitis gestabat̃. habebãt. n. uitẽ ad milites castigãdos posce inquã uitẽ libello supplice. quæ hodie a multis supplicatio uocat̃. Nec credas &c. oia sũt clara. unguentũ ad delectationẽ dat̃ unctio ad curationẽ. Discriminis. i. discretiõis seu differentiæ a discernẽdo. Odor lucri. põt uideri notare etiã auariciã Vespasiani qui reprehendẽti filio q uectigal etiã urinæ cõmẽtus esset: pecuniã ex prima pensione admouit ad nares i terrogãs an odore offenderet̃: illo negãte. Atq; iqt lotio tibi ẽ. Illa tuo sñia &c. Ordo ẽ. Illa notissima sñia poetæ. i. Ennii. Digna diis atq; ipso Ioue: uersetur sp in tuo ore Nemo quærit. unde habeas sed oportet habere.

Vnguentũ unctio

Iuppiter

Verſus eſt Ennianus. quo non præcipit (ut auarus) quid fieri oporteat: ſed quid ſit indicat. Diis atq; ipſo Ioue. More Homeri & Virgilii principē deo rū poſt ipſos minores ſubiungit. Sícut in primo Virgi. Troes relliquias danaum atq; ímittis achilli. Iuppiter enī aliquādo eſt nomē regis cretenſium aliqñ eſt aer. aliqñ æther. aliqñ animus mūdi. aliqñ ſūmus deorū. Vnde ipe ínquit. Cælicolæ mea mēbra dei. Sciebāt enī philoſophi illi priſci unum eſſe principiū rerū. a quo oīa oriūt: mouent: & cōſeruant cū ipſum ímobile maneat. Quia tñ planetis ſtelliſq; fixis ac ipſis elemētis diuiuā illā uirtutē ineſſe uidebāt: ſub uariis noībus uaria numina uariaſq; potentias dei uenerabantur Hoc monſtrāt ideſt quod iam dictū eſt. Poſcentē aſſem nūmulū quēuis: ut quē galli denariū uocāt: eo q; decima pars argēti ſit quē albū maiorē nuncupant. Ante alpha & uitta. í. ante prima litterarū elemēta. Alpha enī eſt nomen primi elemēti apud græcos. & uitta ſecūdi. Vnde Miror codices habere ante alpha & beta.

De græcis litteris

Eſt aūt apud græcos certus litterū ordo: uſq; adeo ut p certo numero ponant. Nam homericis libris quos uicenoſquaternos fecit. dāt ſingula elemēta. ut ſi in prīo iliados dicere uelínt. dicāt ἔιϛ. α. ἰ λιάδοσ & ſic de reliquis. Hinc quia. α. hoc eſt alpha eſt primū elemētū & ὠ. i. ωμεγά ideſt o magnū ultimū. ſcriptū eſt de deo q; ſit alpha & o. i. principium & finis rerū. Quia uero interdū græcos characteras inſeruimus. quos fortaſſis nó oēs cognoſcūt. Paucis. numerū & ordinē. figuras & noīa ponemus. paucaq; de modo proferendi ſubiiciemus. De numero nihil ambigendū eſt uiginti quattuor ſunt apud græcos litteræ. Quarum ordo figuræ & nomina ſunt.

a		α	alpha	ι		ι	iota	r		ρ		Ro
b	u	β	uitta	k	c	κ	cappa	ſ	s	σ	ς	Sigma
g		γ	ſ	gāma	l		λ	lauda	t		τ	Tau
e		δ	∂	delta	m		μ	mi	y		υ	hy
e		ε		e	n		μ ν ν	ni	ph		φ	phí
z		ξ		zitta	x		ξ	xi	ch		χ	chi
e	i	η		ita	o		o	omicrō	pſ		ψ	pſi
th		θ		thita	p		π ϖ	pi	olōgū		ω.	ωμεγά

Diphthongi græcæ propriæ ſex ſunt α ι legit' æ αυ & proferť af ut lafda taf licet ſcribať lauda tau ει & proferť ι. ευ proferť quaſi ef. οι proferť ι. ual et aūt apud nos œ. ου. & proferť u. Itē τ præcedēte μ ſonat ut δ. In oībus aūr dictiōibus debet ſcribi accētus ſupra ſyllabā quæ ipſū habet prædominātē. Semp q; ad uocalē in principio dictionis ponit nota qñ aſpirabit & qñ nō. ut ſi ſic ponatur ā aſpirať. ſi ſic ā exiliter ꝓferet. & ſic in reliquis uocalibus. Quādo aūt in prima ſyllaba quæ incipit a uocali eſt accētus: tūc ſupra primā lrām ponēt duo titelli quorū prior indicat utrū aſpirabit. Poſterior q; accentu dominante proferet ut ὅ ἄμεμόσ. proferť cū accentu in prima ſyllaba ſine aſpiratiōe ingenitiuo aūt eſt accentus in ſecūda ſyllaba ſic τοῦ ἀμέμου. Semper autem ubi notā accētus offenderis accētū pones. Tametſi quod ut plurimū fit uocales aut poſitione aut natura longas corripueris. græci enī in ꝓlatione plus accentū q; quantitatē ſequūť. Sicut in latinis olim ſæpe accentus quantitati

contrarius erat ut aliquando alonge delonge aduſq; &c. penultima tanq̃ bre
ui ꝓferebãt. Qui quas ſyllabas & quibus notis figurabit ſcire uolet. diſcet ex
græcorum artibus. nos ſatis poſuimus ut quilibet legere poſſit dictiones in/
ſertas huic operi. Sũt aũt tam apud nos q̃ apud græcos litterarum noĩa neu/
trigeneris. indeclinabilia. & in fine quo ad quantitatẽ cõia. Itaq; uitta ultima
breui ponit̃ ſicut illud quod poſuerũt beta. Talibus inſtãtẽ monitis &c. Or
do eſt. Ego poſſum affari quemcunq; parentem inſtantem talibus moni/
tis. Ouaniſſime quis te iubet feſtinare. quid cogit te urgere filiũ ad auaritiã.
Cũ ſatis tẽpeſtiue id ſine præceptore monitoreq; effecerit. Et eſt locus ſum/
ptus ex eo quo probamus ſtulte ꝓperari: quod ne unq̃ quidẽ fieri debeat. ut
Virgi. in decímo de bello ſic Iuppiter. Aduenietiuſtum pugnæ (ne accerſi/
te) tẽpus. Et Tibullus. Quis furor ẽ atrã bellis accerſere mortẽ. Imminet &
tacito clã uenit illa pede. Quis igitur te iubet feſtinare diſcipulũ præſto hoc
eſt iam in promptu meliorẽ magiſtro. abi ſecurus. fruſtra inquit ea te cura an
git. Quia tu uinceris a filio tuo. ut aiax præteriit. i. ſuperauit thelamonem pa
trẽ ſuum. ut Achilles pelea. i. Peleũ regem Theſſaliæ patrẽ ſuum preteriit.
Talibus monitis/declinat̃ hoc monitũ moniti unde hæc monita & his mo
nitis ut hic. Reperit̃ etiam hic monitus quartæ declinatiõis. & hæc monitio
tertiæ. Vaniſſime Vanus eſt qui inuanũ operat̃ ut qui filiũ docet quod ipẽ
ſine præceptore nimis calleret. Præſto accuſatiuus. Eſt aũt hic & hæc & hoc Præſto
præſto. nomẽ indeclinabile generis oĩs: quod in tribus caſus ntõ actõ & utõ
dũtaxat in uſu ẽ. ſignificat eũ qui præſtat & paratus eſt ad obſequiũ præſtan/
dũ. Sæpe autẽ uerba noĩ aliter declinamus & fiunt noĩa. ut Cudo cudonis. Noĩa cũ pri/
Comedo comedonis. Cachinno cachinnonis. Nebulo nebulonis. Præſto ma perſona
aũt nõ declinatur. Securus dicit̃ ſeorſum a cura: ut alio loco diximus. Abi uerboꝝ ſimi
uerbũ ſolet his dici quos perfectos euaſiſſe iudicamus: ut quibus non amplí? lia
committendũ eſt. ut in adelphis Laudo te Cteſipho: patríſas. abi: uirũ te iudico Abi qb? dicit̃
&c. Vbi Donatus. Abi addidit: quaſi dicat/nõ eſt quod iam demorer: perfe/
ctus eſt &c. Vinceris ut Aiax. Præteriit thelamonẽ. Apertiſſima (inquit Cal
derinus) eſt ironia nã Aiax nõ contendit uitiis cũ patre Thelamone: ſed uir/ Aíax
tute. Hæc ille. Potes quoq; legere citra ironiã. & particula ut nõ dicet oĩmõ/
dam ſimilitudinẽ: ſed exceſſus ſolius. nõ aũt rei ĩ qua facta eſt exceſſio. & erit
ſenſus. Tu uinceris a filio tuo tãto in auaritia: quanto Aiax pr̃e ſuo præſtanti
or fuit in uirtute. Fuit quidẽ Thelamon uir præſtãti uirtute ut qui primus ſub
Hercule in captione prioris Troiæ muros cõſcenderit ob quã rem Hæſionã
Laomedontis regis filiã ꝓ premio abſtulit ex qua Teucrũ genuit. Ex alia aũt
Aiacẽ ſuſtulit uirũ præpotentẽ in rebus bellicis. qui qa Achillis patruelis ſui
arma impetrare nõ potuit qñ Vlixi adiudicata erant. In furorẽ conuerſus eſt.
ſub quo nocte ipſa ſperãs ſe ingredi caſtra Agamẽnonis. Menelai. Vlixis ali
orũq; ꝓcerũ. In ouilia illapſus Oues ꝓ magnatibus occidit: clamitans ſe iſtas
pœnas ex illis ſumere. Quã rem poſtridie iã ſedato furore cõperiẽs: timore
ignominiæ ſe ipſum iuteremit. De his apud Horatiũ in ſermonibus plura inue
nies. Erat & alius Aiax Oilei filius. qui itidẽ inſaniuit amore puellæ quam in
Palladis tẽplo uitiauit. Vñ in primo Aenei. & furias aiacis oilei. Thelamoni
us aũt hoꝝ fortior fuit. itaq; patrẽ uicit. Achilles & peleus tũ ex Homeri. tũ

ex Statii in Achilleide. tum ex aliorum ſcriptis notiſſimi ſunt. Peleus enim rex Theſſaliæ filius Aeacifrater Thelamonis. Achillem ex Thetide genuit.

Achilles

qui præſtantior nimirum patre fuit. Erat enim infatis ut ex Thetide naſce/ret filius maior pre. quapropter Iuppiter ne regno priuaret abſtinuit a The/tidis concubitu deditq; ei uirũ mortalẽ Peleũ. Vñ in principio Achilleidos. Magnanimũ Aeacidẽ formidatamq; tonanti Progeniem: & patrio uetitam

Accuſatiuus in ea

ſuccedere cælo Diua refer. Sane ſciendũ ea quæ in eus exeũt actũ ut pluri/mũ more græco in ea finire penultima breui: cũ ante reliquas uocales pdu/catur. ut orpheo peleo &c. penultimã ꝓducunt: quã Orphea. Pelea. Prome/thea: Tidea. Prothea. Nerea & reliqui accuſatiui corripiũt. Parcẽdũ eſt te/neris &c. quo inquit ꝓperas. parcẽdum eſt. i. oportet ut parcas teneris: mala neqtiæ naturæ nondũ impleuere medullas. adhuc inquit nõ ſunt capaces cũ præter naturã iuuenes ad auaritiã inducant. At cũ cœperit pectere barbã: &

Nouacula

admittere mucronẽ lõgi cultri. i. per iphraſticos. nouaculæ. quæ a nouanda barba nomen habet. Eſt enĩ culter raſorius oblongus. Quãdo inqt barba in/cipiet ueſtire genas. falſus erit teſtis: uendet exigua ſũma. i. uili precio periu/ria. i. ꝓ modico lucello peierabit. aut falſum iuramẽtũ faciet. tanq; aram & pe/dem Cereris. ad cui? tñ arã habebat ſanctiſſimũ iuſiurandũ quippe ubi caſtis tantũ & puris hõibus locus erat. Bñ aũt p contentionẽ res cõtrarias adducit. Veteres enĩ illi marſi & hernici ueſtiniq; docuerũt nephas eſſe negligere qd Ceres & bacchus ruſtica numina laudarent. At nĩi inquit ſæculi parentes ſa/ciunt ut filii cõmittant quod eis maxime diſplicet. ut pote periuria & latroci/nia &c. Elatam &c. Ordo eſt. Crede elatã nedũ efferendã. hoc eſt reputa au/dacter eã iam elatã ad ſepulchrũ: nurũ. i. uxorẽ filii tui cuius tu ſocer. ſi ſubit ſubintrat limina ueſtra. i. tua & filii cũ mortifera dote. i. cũ dote quæ ẽ cauſa

Efferri Præteritũ ꝓ futuro

mortis. Elatã nurũ. Efferri ꝓprie dicit cadauer quod ad buſtũ ſeu ſepulchrũ ducit. Pulcherrime aũt dicit elatã nõ offerendam. quia ut docet Valleñ. ad aſſeuerandã rem multo plus põderis præteritũ habet q̃ futurũ. Quia tunc nõ futura ſed iam eẽ uidet. Liuius. Si tales animas ĩ prelio habebitis quales hic oſtenditis uicini?. Quĩtilianus. Si tales milites oẽs habemus mari uicini? &c.

Nurus

Nurus & ſocer uel ſocrus relatiue dicũtur. Nũ nurus eſt coniũx filii. genere mariti ſuæ. Socer eſt pater coniugis. & Socrus mater coniugis utriuſq; tã uiri q̃ mulieris. Solẽt aũt mariti auari coniuges necare ut dotẽ detineãt. Vñ Perſi?. Nereo iam tertia ducit uxor. Et Horati?. Cũ laqueo uxorẽ interimis matrẽq; ueneno Incolumi capite es? Quibus illa premet. Admiratiue uel in/dignanter poſitum. quaſi dicat o quibus digitis illa quæ magnã dotẽ attulit

Aconitum

premetur? ubi Calderinus. Veneficiũ p aconitũ intellígit. Nã Aconitũ ue/nenũ eſt (ut ante inquit diximus ex Plynii ſententia) qd ſi genitalia fœmini/ni ſexus attigerit, ſtatim necat. Inde Marc? Cecilius obiecit Calfurnio beſtiæ q̃ uxores dormiẽtes neciſſet. & oẽs mortuas eẽ eius digito, quo ſcilicet ge/nitalia earũ cũ aconito tetigerat. Hæc ille. Nã quæ &c. oſtẽdit quõ pater uin/cet a filio. Nã quæ inquit tu putes acqrenda & terra & mari. i. immenſis labo/ribus. breuior uia cõferet illi tanq; doctiori. Enĩ ꝓ quia nullus labor ẽ magni ſceleris. Filius enĩ ꝑmẽdo digitis uenenatis multebria cõiugis dotẽ occupa/bit grãdiorẽq; pecuniã ex illa cõſequit ſine labore q̃ tu mille laboribꝰ & tot

ra & mari sudãdo cõparaueris. Hæc ego nunq̃ mandaui dices Sera & inuti/
lis purgatio. Nã quauis nunq̃ suasisti: tñ origo & causa malæ mẽtis est penes
te. hoc est tibi tñ aĩ aduertẽdũ est. Nã quisquis. i. quicũq; præcepit amorẽ ma
gni cẽsus. i. magnarũ diuitiarũ & grãdis pecuniæ. Talis sup. &. i. etiam ꝓducit
pueros auaros leuo. i. malo & iniquo monitu. Et is supple qui dat libertatem
cõduplicare. patrimonia ꝓ fraudes. &. i. etiam effudit Curriculo. i. currẽti uel
currui totas habenas. i. merã ptãtem ꝓperandi ad omne nephas facit. quem
currẽtem. si tu reuoces nescit subsistere. i. finire & retrahere cursũ & cõtinere
se. & rapit̃ te cõtẽpto & relictis metis. hoc dicit. Vsque adeo oẽs sumus ad ui/
tia proni ut si uel modica det̃ permissio uel admonitio iuueni ad auaritiã. Iã
grãdior in immensum efferetur. Tumq; sero incipiet te institutionis tuæ pe/
nitere. Nã si tentaueris ipsum reuocare nõ poteris. Quẽadmodũ nec auriga
si plenas habenas equis currẽtibus dederit. poterit efficere quo minus ipsas
metas pertrãseant. Et sicut leo interdũ in domitorẽ rapit̃. ita in te quoq; eius
rei artificẽ festinabit: & aliq̃ uia ne diutius diuitias possideas quas ipse tanto/
pere te instigatore desiderat e medio tollet. Vtit̃ ergo metaphora ab equis
in circo currẽtibus. Qui ut simul emitterẽtur cũ curribus tñ/arcebant̃ in car/
ceribus. denide emissi uictoriã retulerũt qui septies ꝓxime metas rasserãt cir
cuitũ pficiẽtes. Magna enĩ laus erat ꝓxime metas cõtingere nec rotas lede/
re. Is etenĩ summos excursus fecerat. qui proximus accessit. Vñ Horatĩ. Sũt
quos curriculo puluerẽ olympicũ collegisse iuuat Metaq; feruidis euitata ro
tis. Erat aũt disciplina aurigarũ ut a carceribus discedẽtes ad metã celerius p/
uenirent/ quæ rotunda erat. Et eã lustrarẽt septies: quẽ ambitũ qui primũ ab
soluerent declarabãtur uictores. Aurigæ ergo interdũ ut primi ꝓtranseãt da
bant equis liberas habenas/ qui etiã ad metas imprudẽter accedẽtes ab ipso
auriga retineri nõ pñt. Eadẽ metaphora utit̃ Virgilius uolẽs ostendere uitia
sui sæculi non esse in Augusto: sed in hõibus quos ut equos indomitos peri/
tus aurigandi retinere nõ potuit. Vñ ait ín fine primi georgi. Vicinæ ruptis
inter se legibus urbes Arma ferunt: sæuit toto mars ímpius orbe Vt cũ carce
ribus sese effudere quadrigæ: Addũt se in spatia & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga: neq; audit currus habenas. Ex quo loco hic sumptus ui
detur. Nam sicut ille currus posuit pro equis currentibus ita hic curriculum.

Sane Curriculum uarias rationes habet. Nam ut docet Valla. & pro cursu
& pro loco in quo certamen currendi exercetur. Nonnunq̃ etiam pro curru Curriculũ
accipitur. Vt Curtius lib. viii. Aliorum turbati equi non in uoragines modo
lacunasq; sed etiã in amnem precipitauere curricula. At sicut Virgilius cur/
rum pro equo posuit ita hic curriculũ pro currente. quod ideo licite fiet/ qa
li equus currũ trahens subsistere nequit certũ est ꝙ currus dum trahitur nõ
subsistet. Notandum autem est ꝙ cum curriculum in neutro genere profe/
ratur ab omnibus. poeta tamen relatiuum masculini generis subiecit dicens
Curriculo quem si reuoces subsi. &c. Sed potest excusari: ꝙ diminutiuorum
regulariter genus idem erit quod primitiuorum: itaq; a curru potest deduci
Cirriculus. Quod quia satis nouum est Malim dicas. quotiens accidens seu
proprietas rei pro ipsa re ponitur. relatiuũ cum nomine eius pro quo ponit̃
debere referri. ut ubi est ille scelus q me ꝓdidit. Itẽ illũ seniũ &c. Sic ergo effu

dit habenas curriculo. i. equo currenti quē equū nō quē curriculū. Nemo satis credit tantū permittere. quātū pmittas. si sic legis textū ipsum obscuri? est. Nemo credit satis tñ delinquere. i. nemo credit q̄ tantum delinqueret. quantū permittas. hoc est ex eo q̄ tu pmittis primū teneros animos siticula illa aurī cōfici. nemo credit se tātū delīquere Vel leges q̄ tu. Et facillimus est ordo. Nemo credit satis delinquere tātū. i. intātū. uerū adeo. i. usq; adeo ipsi iuuenes indulgēt sibi latius q̄ tu permittas. Nā cū dicis iuueni stultū subaudi esse eum qui donet amico aliquid qui. i. quo leuet & attollat pauptatē ppinqui. Vel sic cum dicis iuueni stultū esse eū qui donet. i. bñfaciat amico. & eū qui leuet & attollat paupertatē ppinqui. parū fortassis credis te delinquere. Verū tu doces & spoliare & circūscribere. & acquirere omni crimine diuitias quarū diuitiarū tātus supple amor est in te: quātus amor patriæ erat in pecto re deciorū. Ergo ignē. Cōstructio est clara: sentētiaq; luculenta. pulcherrima aūt trāslatio. Nam ut docet Seneca. Nō refert quātula fuerit ipsa scintilla. cū minimus flāmæ globulus tantū ignē cōficiat: quāta ipsa ignorū strues com bustibilisq; cōgeries. Vt enī philosophus dicit. Ignis cresceret in infinitū do/ nec fuerit combustibile. quēadmodū ergo qui modicā ignis scintillā in ingē tem segetem ī mittit ingentis ignis causa est. ita qui auariciæ modica fomen ta subministrat quādoquidē mortales animi talis flāmæ capacissimi sūt: ma xime ubi aridula senectus aduenerit totius nimirū ardoris causa est. Quia cō silians est efficiens cōsiliati. Videbis ergo ignē cuius scintillas tu ipse dedisti flagrantē & rapientē late cuncta. Nec parcet tibi misero. Et iuste quidē deci des in foueā quā fecisti. Nam ut est apud Gelliū. Malū cōsiliū cōsultori pes/ simū est: qui uersus in tota urbe cātatus est/ ubi in etruscos aruspices male cō sulentes animaduersum iudicatūq; erat. q inqt translatus. uidet de græco illo hæsiodi. ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κάκιστη. idest Consultū male cōsultori pessima res est. Indulgēt sibi. Terentius antique dixit cū accusati/ uo nimis me indulgeo. Est aūt indulgere nimiū alicui inhærere. Vnde indul gentia parentū est illa mollis educatio. Ille ergo sibi indulget qui nimiā licē tiam in re quā amat sibi cōcedit. Somno indulget qui nimis dormit. Ventri qui nimis ingurgitat &c. Indulgēt ergo sibi latius. idest plus auaricīæ studēt ac credideras. Qui paupertatē leuet. Qui potest septimi casus. ut sit qui. idest qua re leuet. idest leuiorem faciat paupertatē. Sicut in sermonibus Horatii. Hic ne prodigus esse dicatur metuens inopi dare nolit amico. Frigus quo di ramq; famem propellere possit. Melius autē est ut sit nominatiui casus. Et duas res dicat: stultum esse qui donet amico & Stultum esse qui leuet pau/ pertatem propinqui. Præposuit autem prudenter amicū propinquo. Quia sanctiores multo sunt amicorum q̄ propinquorum consanguineorū seu ne/ cessariorum diuitiæ. Illos enim uirtus nobis conciliat. hos natura & sanguis necessitudoq;. Propriis etiam uerbis dixit: donet amico. In uerbo enim do/ no ut notat Valla sæpe est munificentiæ & largi animi significatio. Propin/ quis autem tametsi nulla gratia nos demeruerunt/ subueniendum est in ex/ trema necessitudine. ut dicit. Qui paupertatem leuet & cætera. Amicis uero citra egestatem impartiendum est. Circūscribere est scripto decipere. In pectore deciorum. Decii duo fuerūt: quoꝝ unus bello latino: alter gallico

Indulgeo

se pro republica deuouerunt. Vnde Valerius libro quinto capitulo de pietate erga patriã. Publius Decius qui consulatum in familiam suam primus intulit: cũ latino bello Romanã aciem inclinatã pene iam & prostratam uideret: caput suũ pro salute reipublicæ deuouit. ac protinus concitato equo ĩ medium hostium agmen patriæ salutem: sibi mortem petens irrupit: factaq; ingenti strage: plurimis telis obrutus supercorruit. Ex cuius uulneribus & sanguine insperata uictoria emersit. Idem de filio Publii decii: Vnicũ talis imperatoris specimẽ esset nisi animo suo respõdentem filium genuísset. is nãq; in quarto consolatu patris exemplum secutus deuotione simili æque strenua pugna cõsentaneo exitu Labẽtes perditasq; uires urbis nostræ correxit Itaq; dignosci arduũ est/utrum Romana ciuitas Decios utilius habuerit duces/an amiserit. Quoniam uita eorum ne uinceretur obstitit: mors fecit ut uinceret Hæc ille. quæ ideo lubentius recitaui ut diligentiam poetæ conspicaremus: qui affectate amorem deciorẽ in patriam præter cæterorum uoluit adducere. Non tñ q; illi se pro patria deuouerũt. q̃ q; Publius ille Decius filiũ similẽ sui produxerit. Quasi dicat. quẽadmodum Decius ille Publius patriæ (quẽ usq; ad deuotionem sui dilexerat) filio amorẽ infudit. ita tu diuitiarũ quas summopere concupiscis filiis tuis sitim ingeris. Parcetur impsonaliter sumitur. Cauea tollet: naturam leonis depingit. qui predam depræhensam tollit. i. eleuat atq; concutit illico. Alũnus passiue hic accipit. Nam leo est alũnus quia alitur. Nonius aũt Marcellus inquit Alũnus eum significat & q ab aliquo alitur & qui aliquẽ aluit. Cui Valla in prima significatione suffragat. In secũda refragat. Docetq; non aliter accipi q̃ pro eo qui alitus est. Quẽadmodũ ergo leo interdũ in domitorẽ seuit ita filius in patrem. Statius in achilleide utitur huiusmodi exẽplo. dicẽs Achillem in habitu muliebri latentem in aula Lycomedis ita infremuisse uisis armis sanguine conspersis ab Vlixe uafre ꝓpositis. Quẽadmodum leo quẽ domuisse putauimus primum in nos irruit si mucronis ardore prouocatus sæuierit. Videtur autem inquit Domitius. Ex temporum suorum historia hoc dicere poeta. Nam leo mansuetus temporibus Domitiani. in theatro magistrum a quo fuerat educatus lacerauit. Martialis. Leserat ingrato leo perfidus ore magistrum. Alumnus

Cauea ergo secundum hanc historiam acciperetur quo modo apud Virgilium pro spacio eo interiore ubi spectacula exhibentur inter consessum & coronam populi. Est autem proprie cauus ille locus quo feræ & uolucres arcentur. Magno fremitu: nobilitatem indicat leonis qui non adoritur insidiis. Nota mathematicis genesis tua. hoc est quãuis astrorum ratione quam mathematici nouerunt uita tua prolixior pendeat tamen filius astrorum cursum interpellabit. nam te interficiet ante destinatum diẽ tibi a fatis. Fatorum enim dies præteriri non potest. Quod & nostri dicunt: Constituisti enim terminos eius qui præteriri non poterunt. Potest tamen ante ueniri: ut supra notauimus de triplici uia mortis. Nam alii natura. Alii fato. Alii fortuna urgente moriuntur. Dicit ergo/non attinges extremum fati tui. quia filius interrumpet fatorum stamina. Alludit autem ad parcas de quibus supra satis diximus Genesis dicitur quam nunc natiuitatem dicunt. Ex genisi enim colligunt iudicia de uita

futura. Obstas: id est molestus es filio tuo/tãq̃ obstes quo minus agat quic/quid uelit. Senectus ceruina. quæ ei ita molesta ẽ ac si uixisses diu ut Ceruus de quo Plynius. Vita cerui in confesso longa/post centum annos aliquibus capris cum torquibus aureis (quos Alexander magnus addiderat) adoper/tis cute in magna obesitate. Dicit ergo. Tu iampridem filio tuo inuisus es: ni miumq; diu diuitias possides. quocirca si amplius uiuere desideras opus erit tibi antidoto quo Mitridates se contra uenena muniuerat. intãtum ut dum uellet se ueneno necare non posset. Plurima in hanc sententiam subduntur. sed uereor ne ut patri filius. ita nos lectori molesti sumus. Apicem tamen ap/ponemus quo inanem diligentiam in parandis opibus poeta damnat.

Curatoris eget &c. Insanus inquit est & eget curatoris qui implet nauem usq; ad summũ latus mercibus suis: & distinguitur ab aquis supple dumtaxat uda tabula. Non enim operæprecium facit Cum: id est quandoquidem argẽ tum concisum in titulos & minutas facies. i. pecunia sit causa tanti mali & hu/ius discriminis. Concisum igitur argentum in titulos periphrasis est pecuniæ Nam pecunia inquit Calderinus uariis imaginibus & titulis. ut bigis. quadri/gis. naui. Iano. pecude. uictoria unde nummi uictoriati. quod Plyni? (inqt) scribit ne paginam illius recitẽ sic ille. Occurrunt nubes. mira temeritas ho minis qui anteuisa tempestate funem solui iubet. Ordo est. Nubes & fulgura occurrunt & tamen subaudi dominus frumenti & coemptor piperis clamat: soluite funem. hic color cæli & hæc fascia nigra. i. hæc nubecula nil minatur. tonat æstiuum. i. more æstatis. in qua naturalia & frequentia minusq; nociua sunt tonitrua. Et infœlix dominus frumenti cadet forte hac ipsa nocte. & ob/rutus premetur fluctu. & tenebit morsu. i. mordicus & leua manu zonam cui loculi ærarii inhærent. Occurrũt nubes uel humano constitui. uel occurrũt inter se: formidolosissima enim tempestas ex aduersis partibus concurrenti bus nubibus oritur. Quãuis nubes occurrunt ex diuersa parte tamẽ funem. i. retinacula quibus naues alligantur ad portum/solui iubet. Fascia nigra. rhe/torice extenuat. ut rem minus timendam persuadere uideatur. Nõ enim in/quit hæc nubes timenda/quæ non nisi fascia quædam est. Nam ut in Virgi/lio uidere licet/horrenda tempestas. cælum & sydera e conspectu eripit. Vn/de inquit in primo Eripiunt subito nubes cælumq; diemq; Teucrorũ ex ocu/lis: ponto nox incubat atra. Et in quinto. Olli cæruleus supra caput astitit im/ber Noctem hyememq; ferens & inhorruit unda tenebris. Aestiuum tonat Nomen pro aduerbio. quo maxime cum uerbis ad sensum pertinentibus uti mur. Vt apud Virgilium. Nec uox hominem sonat. & Toruumq; repẽte cla/mat. Sic dicimus hæc res sapit uetustatem. redolet antiquitatem &c. Hac ipsa nocte. Verba poetæ sunt qui econuerso periculum accumulat. ut quod præsentem mortem misero intentet. Similis locus in euangelio in quo ostẽ ditur improuidentia eorum qui delitiis & rebus terrenis oblectantur securi: quoniam forte ea ipsa nocte uenient qui tollent animam eorum. Cadet. re spicit ad genus mortis tametsi omnes qui moriuntur cadere seu occidere di/cantur. Qui tamen in naui sunt præcipue cadunt dum ea frangitur. Dicit aut affectate/& diserte. Fractis trabibus. quia prius ubi instans periculum uita

Noia pro aduerbiis

ri iussit dixit mortem distare dum taxat tribus digitis & hic uda tabula. Nunc post periculum ostendit nihil prodesse si ex trabibus ratem confeceris. Tanta enim ea quam contempsisti tempestas est/ut uel trabes confringat scopulisq; illidat. Fluctuq; premetur obrutus. Primum enim nauis atq; is qui in mari est obruitur aquis deinde premitur accrescentibus undis. Virgilius. illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum & rapidus uorat æquore uortex. Et paulo post. Fluctibus oppressos troas &c. Et zonam. Zona cingulum dicitur. græcumq; est. Nam & εὔζωνος benecinctus & expeditus dicitur. In zonis autem pecuniam habebant. Vnde illud in oratione. T. Gracchi. Romam profectus sum zonas quas plenas argenti extuli eas ex prouincia inanes rettuli. Alii uini amphoras quas plenas tulerunt eas argento plenas reportauerunt. Mirum autem ostenditur auariciæ studium cuius/ne in tanta quidem tempestate immemor esse potest. Vnde a christo nostro uere (qui enī ueritate ipsa aliter dicere tur) dicitur: Vbi thesaurus tuus ibi cor tuum. Nā & uitam periculo committunt ut pecuniam saluent. Aliud erat Iulii Cæsaris studium de quo sic Suetonius in uita eius. Alexandrie circa oppugnationem pontis eruptione hostium subita compulsus in scapham pluribus eodē præcipitantibus cum desiliisset in mare/nando per ducentos passus euasit ad proximam nauem: elata leua: ne libelli quos tenebat madefierent. Paludamentum mordicus trahens ne spolio potiretur hostis. Hæc ille. Quibus nobilis & auari animi facile studium dignoscitur. Sed cuius uotis. Ordo est. Sed cuius uotis: aurum quod tagus & pactolus uoluit in rutila harena non suffecerit modo: id est paulo ante dum nauem intrabat. ei sufficiēt panni uelantes frigida inguina. i. necesse erit sit contentus pannis uelantibus inguina. qui renera non satis sunt. Exiguus etiam: id est modicus cibus sufficiet dū ipse naufragus rate mersa: id est obruta aquis rogat assem. i. mendicat. & tuetur se. i. imaginem sui: & etiā suā. tempestate picta. i. depicta in tabella. Tagus dicitur habere harenas aureas. Vnde poeta alibi. Tanti tibi nō sit opaci Ois harena tagi quodq; in mare uoluitur aurū: Vt somno careas. Similiter Pactolus fluuius iuxta sardis aureas harenas effundit. quā rem fabulose pscribit Ouidius. xi. methamorpho. docens Midam regem ob beneficiū libero patri collatum ab eo conditionem accepisse ut quicquid tangeret in aurum uerteretur: qua re impetrata/cum & cibus in aurum uerteretur ille fame & in edia miser periisset nisi miseratione dei ad partolum fluuium se supponēs pristinam conditionem reciperet: uersis fluuii arenis in aurum. Nam ut inquit. Rex iussæ succedit aquæ uis aurea tinxit Flumen & humano de corpore cessit in amnem. Nūc quoq; iam ueteris pærcepto semine uenæ Aua rigēt auro madidis pallentia glebis. Solent enī qui naues frāgerent: naufragii faciē in tadella depictam in humeris portare uel ne singulis omnia narrare cogerentur dum mendici assem petunt. uel quo mœsta pictura mortalis animos ad miserādū cōmoueant. Solēt enī res tristes & miserabiles ī ea re depingui: quocirca Hora. ī de poetica ineptire dicit q cupressos & alias delitiarū arbores appingat Vñ ait. forte cupressū Sis simulare quid hoc si fractis enatat expes Naui bus ære dato qui pingit. Et Persius insanos dicit eos qui tristem tabel

Zona

Gracchus

Cæsar

Tagus

Pactolus

lam ex humero portant: & ut assem exorēt cantāt. Cū ut inquit Flacc⁹ tristia mœstū Vultū uerba dicēt iratū plena minarū. Nā ut inqt paulo añ. Vt ridē/tibus arrident ita flentibus assunt Humani uultus: si uis me flere dolēdum ē Primū ipsi tibi &c. Est ergo hic imitatio Persii qui ait. Men moueat quippe & cantet si naufragus assem Protulerim: cantas cū fracta te trabe pictū Ex humero portas &c. Tantis parta malis. Sūmū diuitiarū nititur excitare contēptū. Dū etenī parant: ad omne nephas nos ducunt quando uel parricidium perpetrare cogūt: cū summis periculis accumulantur. quando tam anceps ē mare monstrū. ut enī inquit Propertius uentor̄ est quodcūq; paras. haud ulla carina Consenuit: fallit portus & ipse fidē. At si qñq; parata congestaq; fuerint cū summa difficultate seruant. Quia ut dicit Seneca Maximo cū periculo custodit: quod multis placet. Sed qd pluribus placet q̄ honesta mulieris facies & blandus auri fulgor. Vnde poeta. Misera est magni custodia census. Census dicitur a censendo. quia cēsores cēsebant quantum cuiq; cesnum habere liceret. Accipit aūt pro magnitudine diuitiarū. Ouidi⁹. dat cēsus honores Cēsus amicitias pauper ubiq; iacet. Sēsit Alexāder &c Probat beatitudinē eē nō in rerum sed in animi possessione. de qua re iterum illud Senecæ de paupertate repetā. Honesta inquit Epicurus res est paupertas læta. Illa uero non iā pauptas est si est læta. Qui cū parpertate bñ conuenit diues est. Nonq parum habet: sed qui plura cupit paup est. Quid enim refert quātum illi arca: quātum in horreis lateat: quantum pascat aut fœneretur: si alieno īminet si nō acquisita: sed acquirenda cōcupiscit. Quis sit modus diuitiarum queris: Primo habere quod necesse est. Secundo quod satis est. Nulli pōt secura uita cōtingere qui de re producēda nimium cogitat. Nullum bonū adiuuat habētem nisi ad cuius amissionē parat⁹ sit animus. Magnæ diuitiæ sunt lege naturæ cōpositā paupertas. Lex autē naturæ scis quos terminos nobis statuit: non esurire: nō sitire: nō algere: Non est necesse maria tēpestate: nec castra sequi: facile est quod natura desiderat & appositum. ad superuacua sudatur. Miser est qui se beatissimū non iudicat: licet toti mūdo imperet. Si ad naturam uiues nunq̄ eris pauper. Si ad opinionē nunq̄ diues. Exiguū natura desiderat. īmēsū opinio. desideria naturalia finita sunt: ex falsa opiniōe nascētia ubi desinant nō erit. Nullus enī terminus falso est. ueritati aliquid extremū est. Rebus in aduersis facile est cōtēnere uitam fortius ille facit qui miser eē potest Non in rebus uitiū sed in aīo ipso est Sic nihil refert æger animus ī diuitiis an in pauptate sit Ne imparatos nos fortuna deprehendat fiat pauper/tas familiaris Securius diuites erimus si sciemus q̄ non sit graue pauperes eē. Incipe cū paupertate habere cōmertium Nemo alius deo dignus est nisi qui opes contēpsit Virgi. Aude hospes contēnere opes. & te quoq; dignū finge deo. Magnus ille est qui in diuitiis pauper est. Nemo diues nascitur. hæc & sexcenta alia apud Senecam offendes quibus que sequentur in poeta nostro apertiora erunt. quocirca non ab re abducta. Sensit Alexander. Alexander cum Corinthum uenisset ut scribit Plutarchus: illicq; esset Diogenes cynicus philosophus & ab eo non salutaretur. Ipse ad illum accessit. Interrogauitq; an aliqua re indigeret. nulla inquit nisi ut ne solem mihi occupes

Diuitiarū cō temptus

Parpertas

Diogænes Cynicus

quo apricor Mirãtibus aliis respõdit Alexãder. Diogenes esse uellem: si nõ
essem Alexander. Sunt qui ita dicant respõdisse. Quid mihi dones/ qui au/
fers quod cõferre nõ posses? loquebat enĩ de sole. Nam cũ in dolio reside/
ret semper solẽ uersus ostium domus quoquo ferebat habere potuit. Solis
aut irradiationẽ facillime quisq; aufert. nemo donat. Hãc autẽ Diogenis ab/
stinentiã sic Valerius describit. Alexãder uero cognomẽ inuicti assecutus Cõ
tinentiã Diogenis cynici uincere uõ potuit. Ad quẽ cũ in sole sedentẽ acces/
sisset. hortaretur q; ut siqua sibi præstari uellet indicaret quẽadmodũ erat in
crepidine collocatus: sordidæ appellatiõis: sed robustæ uir præstantiæ mox
inquit/ de cæteris interim uelim a sole mihi nõ obstes: quibus uerbis illa ni/
mirũ inhæsit sententia Alexãder, Diogenẽ gradu suo diuitiis pellere tentat: ce
lerius dariũ armis. Idem Diogenes Syracusis cũ olera ei lauanti Arristip/
pus dixisset: Si Dionysio adulari uelles/ ista non esses. Immo inquit si tu ista
esse uelles Dionysio non adulareris. Sensit ergo Alexander cũ uidit in illa
testa. quasi dicat in notissima testa. Testam autẽ uas uinariũ appellat: sicut &
Horatius sæpe. Nam uasa illa lignea circulis cincta Plinius non sane antiqua
docet. erant enĩ olim fictilia. Magnũ habitatorẽ. id est Diogenẽ illum ex
professione Cynicũ/ q; quasi caninã uitã degeret. qui reuera magnus erat ha
bitator, ppter integritatẽ animi. in paruo domicilio: Vnde antithetũ uenu/
stum confert poeta. Quãto hic scilicet Diogenes fœlicior esset: q̃ is qui po Alexander
sceret sibi totũ orbem ut ipse Alexãder qui misera cupiditate torquebatur.
Vnde poeta alibi. Vnus peleo iuueni nõ sufficit orbis. Et Valerius. nã Ale/
xandri pectus insatiabile laudis. Qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate
Democriti præceptoris ĩnumerabiles mũdos esse referẽti. Heu me inq̃t mi
serũ. q; nec uno quidẽ adhuc sum potitus. Angusta homini (inq̃t Valerius)
gloriæ possessio fuit/ quæ deorũ oĩum domicilio sufficit. Hæc ille. Si igit̃
pauper atq; infœlix est. Nõ tã qui parum habet: q̃ qui multa cupit. Erat, pse/
cto alexãder pauperrim⁹. Cõtra cynicus ille qui nihil cõcupiuit p̃diues. Ideo
aũt inquit poeta/ infœlix erat alexãder. Quod esset passurus gestis æquanda
pericula rebus. Nullũ numẽ abest &c: sic in codicibus. offendo alibi tñ ha/
bes legimus. Dicit ergo per antipophorã qua obiicere posses. Neminẽ se di
uitẽ: & ,pterea nec beatũ posse facere q̃m diuitiæ fortunæ sũt bona. Contra
quã dicit beatitudinẽ fortunæ legibus nõ subiacere. Quia si sit prudẽtia nul/
lũ numen abest. i. oẽm beatitudinis gradũ cõscẽderis. Sapiens enĩ oĩa possi/
det ut Stoici præcipiũt. uel nullũ numen habes ut sit o fortuna nõ habes nu/
men. i. potẽtiã. si sit prudẽtia. sed nos facimus te deã. ut diximus in libello de
uotis. Mensura tñ quæ &c. hanc sententiam iam uerbis Senecæ posuimus.
Quãtũ Epicure. Epicurus & Socrates rebus necessariis uixerũt contẽti ut ẽ
apud Iaertiũ. Vt uero apud Senecã est. Epicurus erat egregius pauptatis fru/
galitatisq; amator paruulis hortulis: quibus cũ animi trãquillitate utebat cõ
tentus Quocirca male merẽt de tali uiro/ qui uoluptatis illius quæ in ædẽ/ Epicurus
do & bibendo esset eum auctorẽ ponunt. Voluptatẽ enĩ quã ipse fũmũ bo Voluptas
num putauit sic diffiniuit σαρκὸς εὐζαθὲς κατάςημα. id est corporis cõstã
tem habitũ. Credebat ergo summum bonum ægritudine nulla confici. nul/
laq; egestate comprimi. At quia difficilis acquisitu ex rerum abũdãtia. Pro/

xīmā ad beatitudinē uiam putauit paupertatē amare: ſuiſq; contentum eſſe. Nam ea demū ſumma uoluptas eſt: animū ſine carnifice poſſidere. Seneca enim poſt laudabile illud Epicuri uerbū. Si uis pytocleā diuitem facere, non pecuniæ adiiciendā: ſed cupiditatibus detrahendū eſt. Probo inquit & libē tius Epicuri egregia dicta cōmemoro ut iſti qui ad illa cōfugiēt: ſpe mala inducti. qui uelamentū ipſos ſuorū uitiorum habituros ſe exiſtimant probent quocūq; ierint honeſte eſſe uiuendū. Cum audierint iſta audiēt iſtic hortulos & inſcriptū hortulis. hoſpes hic bene manebis. hic ſummū bonum uoluptas eſt. Paratus erit iſtius domicilii cuſtos. hoſpitalis: humanus: & te polēta excipiet. & aquā quoq; large adminiſtrabit Et dicet: Ecquid bene acceptus es? Non irritant inquit iſti hortuli famē ſed extinguūt: nec maiorem ipſis potionibus ſitim faciunt: ſed naturali & gratuito remedio ſedant. In hac uoluptate conſenui. De his tecum deſideriis loquor: quæ conſolationē nō recipiunt: quibus dādum eſt aliquid ut deficiant. Nam de illis extraordinariis: quæ licet differre: licet caſtigare & opprimere. hoc unū cōmune faciam. Iſta uoluptas naturalis eſt: nō neceſſaria huic nihil debes. Si quid impēdis uolūtarium eſt. uenter præcepta nō audit. poſcit. appellat. non eſt moleſtus creditor: puo dimittit: ſi mō das illi qđ debes nō qđ potes. hæc de illo Seneca. Ex qbus ſatis noti ſūt Horti de qbus poeta loqt. Quāuis aūt cōtinēs & ſobrius modiciſq; cōtētus fuerit epicurus: tñ qa ī uoluptate ſūmū bonū iudicauit plurimi nō uitā ſed uerba ſibi adæquātes uētri āpliter ī dulſerūt. Plurimiq; epicureæ pfeſſiōis ī turpi illa corpis uoluptate cōſenuerūt. uñ Philoxen⁹ gruis collū a dus īmortalib⁹ ſibi dari exoptabat: quo lōgior eēt īgurgitādi uoluptas. Socrates quoq; multos hoīes ꝓpterea uelle uiuere dicebat ut ederēt & biberēt: ſe bibere atq; eē ut uiueret. Horati⁹ āt q epicurū ſeq̄bat. mollē corpis curatiōnē ipſū admiſiſſe teſtat. iis uerbis: me pingué & nitidū bñ curata cute uiſes. cū rideret uoles epicuri de grege porcū. hæc iō latius executus ſū qm̄ quē alii uoluptatis atq; gulæ autorē ponūt: poeta cōtinentiæ atq; abſtinētiæ teſtē citat. Quæ diuerſitas ni fallor ex uoluptatis ūaria acceptiōe ꝓuēit. de Socratis frugalitate nēo dubitat: qñqdē oēs cōtinēteſ & frugales ſocratici ab illo dici poſſent. Ex his ergo ſatis ꝓlixe oñſū ē pr̄is maxīe ītereſſe ut filios ad uirtutē cohortēt: nihilq; turpe ī pñtia filioꝝ audeāt. Et qa mortale genus creſcentibus annis maxīe ad auariciā feſtinat: cauēdū eſt ne eiuſmōi flāmæ formēta dederis. Nā deteſtāda admodū ē auari uita. Quia (ut inqt Sene.) In nullo auarus bonus ē. in ſe aūt peſſimus. Nā īopiæ pua deſūt auariciæ oīa. Verū ad reliq.

n Aturæ impio &c.

Recepim⁹ apicē de cōi hominū officio noſ additurоſ: quem ex Iuue. nūc aſſūpſimus: & ueluti exfructifera arbore ramale uber/

Iuuenalis in fine. xv. Satyræ.

n Aturæ impio gemimus cū funus adultæ
Virginis occurrit uel terra claudit ſfans
Et minor igne rogi: quis enī bonus & face dignus
Archana qualem cereris uult eſſe ſacerdos

Vlla aliena ſibi credat mala ſeparat hec nos
A grege mortorum atq; ideo uenerabile ſoli
Sortiti ingenium. diuinorumq; capaces
Atq; exercendis capiendiſq; artibus apti
Senſum a cæleſti demiſſum traximus arce
Cuius egent prona & terram ſpectantia: mundi
Principio indulſit cõmunis conditor illis
Tantũ aĩas nobis animum quoq;: mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præſtare iuberet
Diſperſos trahere in populum & migrare uetuſto
De nemore & proauis habitatas linquere ſiluas
Aedificare domos: laribus coniungere noſtris
Tectum aliud: tutos uicino limine ſomnos
Vt collata daret fiducia: protegere armis
Lapſum aut ingenti nutantem uulnere ciuem
Cõmuni dare ſigna tuba defendier iiſdem
Turribus: atq; una portarum claue teneri
Sed iam ſerpentum maior concordia parcit
Cognatis maculis ſimilis fera: quando leoni
Fortior eripuit uitam leo: quo nemore unq̃
Expirauit aper maioris dentibus apri:
Indica tygris agit rapida cum tygride pacem
Perpetuam ſæuis inter ſe conuenit urſis
Aſt homini ferrum letale incude nephanda
Produxiſſe parum eſt: cum raſtra & ſarcula tantũ
Aſſueti coquere: & marris ac uomere laſſi
Neſcierint primi gladios excudere fabri.
Aſpicimus populos quorum non ſufficit iræ
Occidiſſe aliquem: ſed pectora brachia uultum
Crediderint genus eſſe cibi. quid diceret ergo
Vel quonam fugeret ſi nunc hæc monſtra uideret
Pythagoras. cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanq̃ homine: & uẽtri indulſit nõ omne legumẽ.

rimũ ꝓ inſitione
dẽpſimus. Nihil
etenĩ digni? ho-
mine q̃ humanũ
eẽ. Hũanus aũt ẽ
qſqs ſe hoĩem ſe
erga hoĩem ꝓfi-
tetur. Is uero ho
minẽ ſe ꝓfiteť q
manſuetus: cle-
mẽs: miſericors:
cõſpiciť. Quo et
enĩ a feris magis
deferimus: q̃ ſi
feri non ſumus.
Docet aũt inge-
nioſiſſimus poe-
ta rara quadã in-
genii ſui claritu-
dine: quantũ ho
mini feritas incõ
ueniens ſit. Du-
pliciſq; charitatiſ
ſtatim in princi-
pio meminit (di
co quidẽ in prin
cipio eius partis
quã excerpſimuſ
quæ toti? ſatyræ
ſup̃ma ẽ) Aut. n.
amam? aut rõne
& diſciplina. ĩ na
turali amoĩ nẽo
niſi iimico ſyde-
re natus: aut peſ-
ſima cõſuetudĩe
deprauat? deficit
In rõnali uero q̃
plurimi. Natu-
ra facit ut deplo
rem? uirgĩs nubi
lis pueriq; imatu
rũ obitum. Su-
auia uoluptuoſa
omnia amemuſ.

Disciplina uero ratio efficit: ut bonos uiros amenus: nõ tam q̃ amabiles eos natura effecit: utpote indulgentes: formosos: morigeros/ dulces comes affabiles bñficos: q̃ q̃ uirt⁹ & disciplina/ bonos & studiosos. Dolet ergo poeta naturã in hoĩe plus posse q̃ disciplinã. Quod etiã uir bon⁹ & sapiẽs attestat apud Maronẽ sic. Cur me natura magis q̃ disciplina trahit. Vt autẽ rẽ paucis absoluã ait sic. Naturæ imperio gemimus. ordo est. Nos gemimus impio naturæ. i. natura sic imperãte cũ p quãdo funus. i. põpa funerea Virginis adultæ. i. grãdis & maturæ uiro: cui⁹ ætas & forma sibi gratiã uẽdicarãt uel cũ ifans & minor igne rogi. i. q̃ cuius cadauer debeat cõburi occurrit nobis. Quasi dicat. natura oẽs ad cõmiserationẽ dicimur. nec uirtus refragat. Quis enĩ bonus & dignus arcana facẽ cereris: qualẽ facẽ sacerdos cereris uult esse: credit ulla mala esse aliena sibi. i. a se. q. d. Nullus est uir bonus habendus qui non mouet humaniter: quotiẽs aliorũ mala contuet. Vnde est illud Terentianũ in heauton. Homo sum: humani nihil a me alienum puto. De face Cereris alibi diximus. quærebat facibus, pserpinã raptã a plutone: Quia uero ad Cereris ãniuersaria solæ castæ matronæ admittebantur. Nihilq̃ ímpiũ adesse potuit. Clamitabat enim sacerdos procul hinc procul este prophani. Ideo periphrasticos uirũ pium ĩuit super alterius aduersitate nõ secus ac propria dolere. Quã rem facit humanitas atq̃ innocẽtia per quã dignus est face Cereris Vnde per cereris facẽ quã soli humani atq̃ pii ferebant: rõnis lumẽ circũloq̃ tur poeta: quod manifestius indicat quãdo sic pgit. Separat hæc nos a grege mortorũ. Hæc inquit fax quæ lumen intellectus & rationis est separat discernit segregat nos a greges mortorũ. id est facit ut uiui uideamur. Nã qui sine charitatis face uiuit obscurior est mortuo. Atq̃ ideo quia per solã facẽ charitatis homo se uiuere ostẽdit: nihilq̃ ab homine a quo humanitas dicit: benificẽtiæ pietatisq̃ rationẽ habet. Ideo nos soli homines sortiti sumus. id est pro sorte a deo suscepim⁹/ ingeniũ uenerabile: quippe quod in animo ad dei imaginẽ facto cõsistit: & nos soli capaces diuinorũ. i. rerũ dĩnarũ. atq̃ aptiartibus exercẽdis & capiẽdis. i. ad exercẽdas capiẽdas artes. traxim⁹ sensũ demissũ. i. deorsũ missũ & infusũ nobis a cælesti arce. hoc est æthereũ sensũ: mẽtẽq̃ cælestẽ hẽm⁹. Cui⁹ sensus egẽt cætera aĩalia ꝓna & spectãtiã terrã. i. quorũ uult⁹ ad terrã demittit neq̃ ad cælũ erigit. uñ Oui. ĩ prio de trãsformatis. Pronaq̃ cũ spectẽt aĩalia cætera terras. Os hoĩ sublime dedit cælũq̃ uidere iussit/ & erectos ad cælũ tollere uult⁹. Apti exercẽdis artib⁹. pulchre usus ẽ gerũdio uo hoĩe. quo uenusti⁹ q̃ utaris gerũdio ut poti⁹ dixeris sũ apt⁹ exercẽdis artib⁹ uel ad exercẽdas artes: q̃ ad exercẽdũ artes. ut ãt Noni⁹ Marcel. docet. Aptũ

Aptus

uario mõ accipit. aliq̃n significat necessariũ. ut Cice. nũerũ dierũ aptũ ad laborũ qetẽ. dixit. Aliq̃n elegãter & necessarie positũ. ut idẽ ĩ de of. Vt enĩ pulchritudo corpis apposita cõpõne mẽbroꝝ mouet oculos & delectat &c. Aptũ itẽ ẽ positũ pati. Ide fit aptare pare ut apud uirg. Interea classẽ uelis aptare iubebat ãchises. Aptũ rursũ cõnexũ & colligatũ significat. Cic. de natura deoꝝ li. ii. Quis. n. hoĩem hũc dixerit: q tã certos cæli mot⁹: tã statos astroꝝ ordies tãq̃ ĩter se oĩa cõnexa & apta uiderit/ neget his ullã ineẽ rõnẽ. Salust. histori. libro tertio. Quod ubi fruſtra tẽtatum est socordius ire miles non obrepere non aptis armis ut in principio laxiore agmine &c. Hæc ex illo. Sunt qui a

uerbo antiquo apiſcor aptũ declinent. Nã ut idem docet Apiſci pro adipiſci quod inde cõpoſitũ eſt reperiꝛ hoc eſt ꝓ inuenire & acqrere. Apti ergo hoc loco. i. elegãter cõiũcti & idonei. ſicut in illo Ciceronis. defi. bo. & ma. li. ter/tio: Itaq; natura ſumus apti ad cœtus cõſilia ciuitatis &c. Nũc ad reliqua. Mũdi &c. Cõmunis conditor. i. deus ipſe oium rerũ fons & origo indulſit. i. cle/mẽter impertiuit principio mũdi. i. dum primũ mũdũ crearet. illis. i. pronis aĩalibus tantũ animã. i. ſenſitiuã animæ potentiã. ſed indulſit nobis quoq;. i. etiã præter animã ſenſitiuã: animũ. i. intellectũ & rõnẽ animæ rõnalis. ideo inquit ut nos affectus petere &c. hoc eſt ut mutuo beneficio & ipſo officio in ter nos certaremus. Euidẽs ſatis eſt textura uerborũ. Maius aũt eſt ſentẽtia/rũ pondus q̃ ut paucis cõſequerer. Procedit ergo ſic. Primũ oſtendit hoiem natura impulſtrice ad cõmiſerationẽ duci præcipuæ in his quæ quadã gratia atq; uenere ſeſe nobis cõmendant. Deinde oſtẽdit hoiem qui lumen rõnis nõ offuſcat cuilibet cõdolere debere. Nã ideo faculã illam rõnis & particulã diuinæ auræ ſuſcepimus: ut per eã a beluis feriſq; differẽtes nos gereremus. Quod nõ alia uia melius efficeremus q̃ ſi mutua beneficẽtia & charitate de/uinciremur. Ideo inquã animũ ſuſcepimus ut cõcorditer uiueremus: cõuen/ticula cõſtitueremus: iniuriã coadunatis uiribus repelleremus. alius alii con/ſolationi in triſtibus uoluptati in lætis eſſemus. Tantũ tũ inquit abeſt/ut ea mãſuetudine inter nos uiuamus: ut etiã fere magis in ſuo quæq; genere con/ueniant. Nam ferarũ nulla in ſuã ſpeciẽ ſæuit ut homo in hoiem. Cuius fe/ritas eo creuit. ut nõnulli humanis uiſceribus ueſcanꝛ. hæc ſũma eſt. Nunc ad uocabula. Quia uero poeta noſter diſcrimen inter animã & animũ ponit: primũ uidebimus quid utrũq; ſignificatiõis habeat. tum quid de animi crea tione ſentiũt. Anima igiꝛ eſt qua uiuimus & ſentimus: ut ſit quaſi ſpũs ille ui talis qui & corpus & affectiões mouet. Nam ſpiritũ illũ uentorũ uel uentum ipſum græci ἀνέμους uocãt. Hinc quia halitus ille & ſpũs quo utimur reſpirã/do. uentus quidã eſt/uocamus eundẽ animã. unde Virgi. in Georgicis. Ani/mas & olentia medi. Ora fouẽt illo & ſenibus medicanꝛ anhelis. Et plautus ĩ aſmaria. An fœtet anima tuæ uxori: Idem ĩ mercato te Ieiunitatis plenus ani mã fœtidat. Et quia ſine huiuſmõi reſpiratiõe uiuere nõ poſſumus ❡ qui enĩ ſic expirãt ut nõ amplius inſpirent moriũꝛ ❡ hinc aĩam pro uita. uel pro parte qua uiuimus. poſuit poeta noſter alibi. Sũmũ crede nephas aĩam præferre pudori. Et ꝓpter uitã uiuendi perdere cauſas Virg. in Georgi. Animas ĩ uul/nera ponũt. Interdũ aũt pro quouis uento ponitꝛ. Vnde horatius. Impellũt animæ linthea thraciæ. Virgilius in ſeptimo Aenei. Quantũ ignes animæq; ualent. Luci. x. qnto. Aurarũq; leues animæ calidiq; uapores. Varro in mar/cipore. Noctiq; lucã tollo: ad fucũ fero: inflo. anima reuiuiſcit. Actiꝰ in Myr/midonibus. Laſſis trahere in ſalũ & uela uẽtorũ animæ ĩmittere. Plautus in aulularia de uẽto illo crepitante. Nequid emittat aĩæ dormiẽs. Itẽq; ſpũs il li uitales iracũdiã & furorẽ excitant: accipiꝛ aĩa ꝓ illo motu furoris. Plautus in amphitrione animũ cõprime. hĩc & animati & animoſi dicti qui etiam ab animo dici poſſent. melius autẽ ab anima. Anima

Eſt ergo ut Nonius Marcellus diffinit. aĩa qua uiuimus ſentimuſq; actuſq; uitales habemus. Animus uero Animus

quo ſapimus Actius in Epigone. Sapimus aĩo fruimur anima. Sine animo

anima est debilis. Varro in andabitis. In reliquo corpore ab hoc fonte diffusa est anima hinc animus ab intelligẽtiã tributus &c. Animi autẽ in pluratiuo nũero significãt audendi uirtutẽ. Vnde Virgi. Pone aĩos & pulsus abi. Quia ergo anima uiuimus. crescimus augmẽtamur sentimus: quod cæteris quoq; animãtibus cõe est. Animo aũt intelligimus: atq; disquirimus diuina atq; humana quod solis nobis datũ est inquit Mũdi principio indulsit. Cõmunis cõditor illis. Tãtũ aĩas nobis animũ quoq;. Ponũt autẽ naturales tris, animas & nõnulli quattuor. quarũ primã motiuã dixerũt in oĩbus quæ suapte natura mouentur. ut aquæ fluentes quæ ideo uiuæ dicũt Virgi. in secũdo. Donec me flumine uiuo abluero. Hinc uenti & cæli aĩas habent. secũdã uegetatiuã dicũt quæ oĩbus per alimenti cõuersionẽ uegetantibus & crescẽtibus conuenit. ut plãtis herbis animãtibus. Tertiã sensitiuã omni aĩali cõmunẽ ponũt. Quartã rationalẽ uni homĩ ascribũt. Et quia homo cũ oĩbus quæ in mũdo sũt participiũ habet: cũ inanimis esse cũ elemẽtis moueri & trãsmutari. cũ arboribus uirere. cũ animãtibus cæteris sentire. cũ cælestibus intelligere. mĩor mũdus dici solet. Neq; uero res diuersæ distinctæq; sũt huiusmõi in hoĩe aĩæ unũ enĩ sunt. Quantũ aũt ad animi substantiã uarias offendimus opiniones multi igneũ ponũt ut Virgilius. Igneus est ollis uigor & cælestis orĩgo. Qui quidẽ Virgilius asserit interprete Seruio nõ esse discrimẽ in animis nostris & pecorũ: sed in corporibus tm̃. Oĩbus enĩ æthereũ sensũ inesse putauit animãtibus. Vnde de apibus. his quidã signis atq; hæc exẽpla secuti. Esse apibus partẽ diuinæ mẽtis/& haustus Aethereos dixere: deum nãq; ire per oẽs. Terrasq; tractusq; maris cælũq; pfundũ. Discrimẽ aũt in corporibus ponit. Vnde secũdũ eũ humanũ corpus hoĩem facit. Cui pithagorici assentiũt/q hũanos aĩos etiã in pecora migrare docuerũt. Verũ poeta iuste diuersas aĩas homini atq; pecori dat. Cæterũ Plato in Timeo. dicit aĩas rõnales cõcreatas a mẽte diuina in mũdo supiore ex seminibus: oĩum rerũ musica rõne cõmixtis in patera. Præterea ait deũ opicem mũdi demisisse infra lunã rõnales aĩas tãq; semina hoĩum: cælestes uero deos subiunxisse irrationalẽ uitã oĩbus cõmunẽ. Quibus Plotinus etiam addit rationales aĩas esse hoĩum semina: quia ex ipsis pullulant uitæ quædã ꝓprie ĩrrationales &c. Iuxta horũ ergo sententiã dicit poeta. Sensum a cælesti demissũ traximus arce. Nostri uero (de christianis loquor) perfectius loquũt. dicũtq; aĩas nõ esse creatas anteq̃ demitterẽt aut infũderẽt. Sed infũdẽdo adeo creari: creãdoq; ifũdi. Sẽsus hic ad animũ refert. Nã aĩo quoq; sentim⁹ pcipim⁹ Terẽ. uix tãdẽ sensi stolibus Virg. in. vi. Aethereũ sensũ atq; aurai: simplicis ignẽ. Mutuus affectus Mutuũ dr quod ab utroq; in alterũ cõfert. ut si te amo tuq; me redamas mutuus est amor. Si tu mihi cõdoles & ego itidẽ tibi mutuus est dolor. Mutuũ itaq; dat qñ quod dat nõ ipsum qdẽ restitui debet: sed cõsimile & æquale. iuxta põdus numerũ & mẽsurã/ut late docet. ff. si cer. pe. Tũc enĩ fit mutuũ qñ dñiũ in accipientẽ trãsit. hoc est qñ de meo fit tuũ. ut dũ uinũ mutuo do/nõ eo aĩo quo idẽ recipiam do: sed ut cõsimile & tantũdẽ. Cõmodatũ aũt idẽ restitui uult ut uestes & suppellectilia reliqua. Quia uero humani affect⁹ liberaliter offerri debent: mutui merito uocant. ut cõdoleo tibi/nõ ut mihi hoc ipsum rependas ĩeri enĩ nõ potest. sed quia tibi ex animo bene uolo. tute tamen si uir bonus

Tres animæ

Mutuũ

Cõmodatũ

es itidē ubi in dolore me uidebis/cōdoleas oportet. Atq; ita mutuus erit dolor. Idē de amore. de pietate clemētia: cæteriſq; aī humanī motibus. Nā de ira ſæuitia feritate. rubroſo furore. cæteriſq; peſtibuſ poeta nō lo quit. eæ enī potius in beluā q̄ in hoïem cadūt. At poeta de ea face loquutus ē quæ ſeperat nos a feritate. Si igit hoïes eſſe uolumus ſcimus humani neceſſe eſt. humanū aūt eſſe nō eſt aliud q̄ mutuis būficiis diligēdi/amādi/obſeruandi. cohortandi cōſolandi: cōpatiendi: cōmiſerādi proſequi. hoc eſt quod dicit petere auxiliū & præſtare. Deinde poeta inducit inmatū eſſe hoī eiuſmōi animī affectū. Primi enī mortales per eū ſe hoïes primū cognouerūt. Nā & ciuitates & iura. & pax & ſecuritas rōne principe inuēta ſunt Vnde Hora. in de arte Siluestres hoïes ſacer interpreſq; deorū Cædibus & uictu fœdo deterruit orpheus. Dictus ob hoc lenire tigres rabidoſq; leones. Dict⁹ & Amphion Thebanæ conditor urbis. Saxa mouere ſono teſtudinis & prece blanda. Ducere quo uellet. Fuit hæc ſapiētia quondā publica priuatis ſe cernere ſacra, ppha/nis. Cōcubitu, phibere uago: dare iura maritis. Oppida moliri: leges incidere ligno &c. Dicit ergo Datū eſſe nobis animū qui iuberet trahere hoïes diſperſos in populū. i. cōuenticula & ciuitates. quæ ut teſtatur Cicero in principio rhetoricorū per eloquentē & bonū uirū fieri cœperunt. Quod idē Horatius poetis adiudicat. Verba Ciceronis ſunt. Sæpe & multū hoc mecū cogitaui boni ne an mali plus attulerit hoïbus & ciuitatibus copia dicēdi/ac ſūmū eloquētiæ ſtudiū: Nā cū & noſtræ reipub. detrimēta cōſidero/& maximarū ciuitatū ueteres aīo calamitates colligo: Nō minimā uideo per diſertiſſimos hoïes inuectā eſſe partē incōmodorū. Cū aūt res a noſtra memoria propter uetuſtatē remotas ex litterarū monumentis repetere inſtituo: multas urbes cōſtitutas plurima bella reſtincta: firmiſſimas ſocietates/ſanctiſſimas amicitias intelligo/tum animi ratiōe: tum etiam facibus eloquentiæ comparatas. Ac me quidem diu cogitantē: ratio ipſa in hanc potiſſimū ſententiā ducit ut exiſtimem. Sapientiā ſine eloquentia parum prodeſſe ciuitatibus: Eloquentiam uero ſine ſapientia nimiū obeſſe plerumq;: prodeſſe nunq̄. Quare ſiqs omiſſis rectiſſimis atq; honeſtiſſimis ſtudiis rationes & officii conſumunt omnē operam in exercitatione dicendi. Is inutilis ſibi: perniciosus ciuis patriæ alitur: Qui uero ita ſe armat eloquentia/ ut non oppugnare commodā patriæ. uerum propugnare poſſit. is mihi uir & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus atq; amiciſſimus ciuis fore uidetur. Et iterum ubi probauit per uirum bonum & eloquentē homines uagabundus in populum & ciuitatē collectos/ſic eloquentiā cōmendat. Ac mihi quidem uidentur homines cum multis rebus hūiliores & īferiores ſint hac re maxime beſtiis præſtare q̄ eloqui poſſint. Quare præclarū mihi quiddā uidetur adeptus/ qui qua re homines beſtiis præſtent: ea in re hominibus ipſis antecellat. Hæc ille. Præſtāt ergo homines cæteris animātibus eloquentia ipſa: quæ nimirum ratione animi dirigitur. Nam ſi uox eſt angelus. ideſt nūcius & interpres mentis: cærtū eſt. neminem bene multumq; eloqui poſſe quī non recte ſentiat. Quocirca qui primus facundiæ lepore homines in cœtū congregauit. Perſuaſitq; ut legibus uiuerent. connubia legitima ſeruarent. certos gnatos educarent. & homines deniq; ſeſe gererēt lumine rationis: & pulchritudine ſapientiæ:

Eloquentia

nimirum præditus fuit. Vnde poeta animo & ratiõi tamq̃ auctori omne ac/ ceptũ fert. Quãtũ uero hominibus beneficiũ præstitit qui prima oppida mu niuit. indicat poeta/ qñ tunc primũ homines siluestres ciuiles esse ceperunt: feri humani: iniusti legibus audientes. Infesti morigeri. seuí mansueti. rebel les: corrigibiles muti eloquentes. ímanes/ comes. tristes iucũdi. molesti ob/ secundãtes &c. Quantũ uero ciuitates ipsæ diis cordi sint indicat Cicero ĩ de sõnio Scipionis his uerbis. Sed quo sis Aphricane alacrior ad tutandũ rem/ pub. sic habeto. Oíbus qui patriã cõseruauerint: adiuuerint auxerint certũ est esse in cælo diffinitũ locum ubi beati sempiterno æuo fruant. Nihil est ergo illi principi deo (quod quidem in terris fiat) acceptius. q̃ cõcilia cœtusq; ho minũ iure sociati quæ ciuitates appellant. Datus est igitur homini animus cõtra omnis miserias egestatesq; quas ex Plynio statí in principio primi li/ belli recitauimus. Vñ mira uidet poetæ contẽplatio: qui beneficentia deoꝝ effectũ putat ut pro tot malis unũ animũ habeam?. Taciteq; probat ineptas fore querelas: quibus tam egestosos queremur. Nam si nullus aliena ope in digeret. nemo itidẽ misericors uideretur: miseriæ enim quas uidemus miseri cordes reddunt. Si nullus pauper quis largitate polleret. si nullus mœstus. qs consolationẽ afferat. Si nullus iniuriã inferre minitetur. quis ꝑpelleret &c. Ad animi igitur diuitias cõgregandas corporis mala patimur. hoc est quod dicit. Mutuus ut nos &c. Simili modo Iouem qui iuuans pater dicitur. dicũt aurea illa sæcula quibus sponte sua omnia ꝑueniebant/ ad labores reuocasse nonquo hõibus noceret: sed ut animis mortaliũ prodesset: qui inertia igna/ uiaq; torpebant. Vñ in primo georgi. pater ipse colendi Haud facilẽ esse uiã uoluit: primusq; per artem Mouit agros curis acuẽs mortalia corda Nec tor pere graui passus sua regna ueterno. Ante Iouem nulli subigebãt arua colo/ ni Nec signare quidem aut partiri limite campum Fas erat. in mediũ quære bant. ipsaq; tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat. Ille malũ uirus ser pentibus addidit atris Prædariq; lupos iussit pontũq; moueri Mellaq; decus/ sit foliís. ignẽq; remouit Et passim riuis. currẽtia uina repressit Vt uarias usus meditando extũderet artes. Vt sílicis uenis abstrusum excuderet ignẽ Tunc alnos primũ fluuii sensere cauatas. Item. Tum uariæ uenere artes labor oía uincit Improbus & duris urgẽs in rebus egestas Prima ceres ferro mortales uertere terram Instituit &c. Iuuenalis ergo animũ datum dicit discretum ab aliorum animis ut eius beneficio necessitudinibus nostris succurrere possu/ mus simulq; ut mutuo beneficio cõcertaremus. Maro labores additos dicit ne anímus ꝛegnicie torpeat. Veniant nũc ingrati & christiano nomine indi/ gni. qui omnia inuertũt: conq̃runturq; sup humani corporis sarcina. sine cu/ ius infirmitate animus pefici non potest. de tanta hominũ egestate/ sine qua tamẽ nemo homo uideret. omnis enĩ misericordiæ atq; humanitati uia se/ cluderetur. Ad hoc de duris laboribus corporis nescientes quantos fructus si lubenter fecerimus animo pariant. Quin multi male primũ parẽtem incu sant: per cuius culpam ad labores redacti sumus. sine qua in hortis uoluptatis sine egritudine ulla uixissemus. Non intelligentes Virgiliũ qui Iouem id ef feciſſe dicit ne ignaui essemus. At certe quãuis illa ignauia in qua humanum genus sub innocentia uixisset uitio danda nõ fuisset credere tñ licet eos qui

Ciuitates
Ad qd miseriæ & labores nobis dãtur

diligentia & labore charitatisq; precio cælum sanguine christi cunctis apertũ mercant̃: multo beatiores futuros. Sed de hac alibi lati⁹. Nos libẽter in poetarũ figmentis ueritatis lucem agnoscimus. Ordo ergo ĩ poeta nostro est. Conditor mũdi (cõtra eos qui mũdum ab æterno fuisse argumentantur) indulsit principio illis. i. pronis aĩalibus tm̃ animas uegitatiuas & sensitiuas q̃ busuigent & sentiunt. sed indulsit nobis quoq;. i. etiam animũ quo intelligimus & discurrim⁹ a noto ad ignoti cognitionẽ. Et quid bonũ quidue malũ. quid capessendũ. quid fugiẽdũ: quid uerũ quidue falsum disquirimus. Ideo autẽ rationalẽ illum animũ nobis dedit/ut mutuus affectus. i. mutua charitas & indulgentia iuberet petere & præstare auxiliũ. Et trahere homines dispersos (Dictũ est enĩ primos mortales in siluis more ferarũ uixisse/& iu cauernis cauatisq; arboribus cubitasse) in populũ. i. in ciuitatẽ & cœtũ popularem. & migrare. i. discedere migrãdo (migrãt enim qui habitationẽ mutant) de nemore uetusto & linquere siluas habitatas proauis. i. a maioribus q̃buscũq; Aedificare domos & coniũgere aliud tectũ nostris laribus. i. domibus/ut in urbibus uidemus: nã in pagis uillæ discretæ sunt. Item ut fiducia collata daret in uicíno limine tutos somnos. Et ut iuberet ꝓtegere armis ciuem lapsum ꝓstratũ: aut mutantẽ. i. uacillantẽ & titubantẽ ut qui ad casum festinaret ingẽti uulnere ꝓpter ingens uulnus. Erãt ergo prima arma inuẽta ad ꝓpulsandas iurias. Et ut Tibullus dicit in ipsas feras. Vnde ait. Quis fuit horrendos prim⁹ qui protulit enses. Quã ferus & uere ferreus ille fuit. Tunc cædes hominũ generi tũc prelia nata. Tunc breuior diræ mortis aperta uía est. At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra Vertimus in sæuas quod dedit ille feras. Diuitis hoc uitiũ est auri: nec bella fuerũt Faginus astabat cũ scyphus ante dapes. Cõmuni dare signa tuba. Cõmuni tuba quã oẽs noscũt ꝓ re cõmuni: qualis ẽ libertas: Patriæq; & cõciuiũ solus íflari. Vñ in. vii. Aenei. A lecto canẽdo pastoral esignũ dicit oẽs agrestes in arma uocasse. Nã solẽt & in pagis & in ciuitatibus hĩe belli signũ quo alias nõ utunt̃. Verba in septimo sunt. At sæua e speculis tẽpus dea nacta nocẽdi Ardua tecta petit stabuli & de culmine sũmo Pastorale canit signũ cornuq; recuruo Tartareã intẽdit uocẽ: qua ꝓtinus oẽ Cõtremuit nemus & siluæ intonuere ꝓfũdæ Audiit & triuiæ lõge lac⁹: audiit amnis Sulphurea nar albꝫ aq̃ fonteſq; uelini Et trepidæ mr̃es pressere ad ubera natos. Tũ uero ad uocẽ celeres qua buxina signũ Dira dedit raptis concurrũt undiq; telis Indomiti agricolæ &c. Defẽdier iisdẽ Turrib⁹. subaudi semꝑ iuberet. Notũ aũt est turres ꝓ defensione ciuitatũ esse. Defendier ꝓ defẽdi comica est adiectio: qua satyricis q̃ ex antiq̃ comœdia orti sunt uti licet. Atq; una portarũ claue teneri. Laudat monarchiam. ad monarcham enĩ portarũ claues nocte aduentante feruntur. Hanc inquit societatem hanc ciuilitatem. hancq; cõmunionẽ qua nihil dignius homine. animus quẽ ad hoc soli sortiti sumus efficeret si facem illã charitatis & humanitatis haberemes. Sed iam serpẽtum cõcordia &c. Rhetorice cõcordiæ bona cõnumerauit deinde feritatis atq; ímanitatis incõmoda infert. Ostẽdit q; turpe esse homini qui ad mã suetudinẽ: atq; pietatem ingeniũ benignum obtinuit: feras feritate uincere. Nam solus homo in suæ naturæ consortem speciem sæuit. Sunt autẽ sequentia uerba usque adeo similia illis quæ in prĩcipio totius siluæ ex Plynio sum/

pſimus: quibus fragilitatem humanam cõmemorat ut ab uno fonte ſumpta credideris. Verba enĩ Plynii ſunt Deniq; cætera animantia in ſuo genere p/be degunt, cõgregari uidemus & ſtare cõtra diſſimilia. Leonũ feritas interſe nõ dimicat. ſerpentũ morſus nõ petit ſerpentes: nec maris quidẽ beluæ ac piſces niſi in diuerſa genera ſeuiũt. At Hercule homini plura ex hoĩe ſunt mala &c. hoc eſt quod poeta dicit. Sed iam ſerpentũ maior cõcordia. parcit cognatis maculis ſimilis fera. fera ſimilis. i. cõſimilis ſpeciei hoc eſt eadẽ ſpecie parcit cognatis maculis. i. feris quæ habẽt eaſdẽ maculas/ quas ex cognatis maculis agnoſcit. Nã naſcẽtibus pleriſq; feris cognaſcũtur ſuæ maculæ. ut pãteris lincibus &c. Quãdo leom Fortior eripuit uitã leo: quaſi dicat nunq̃. Quo nemore unq̃ Expirauit aper maioris dentibus apri: quaſi dicat ĩ nullo. Ordo eſt. in quo nemore aper. i. ſus ſilueſter expirauit. i. ſpiritũ uitalẽ emiſit hoc eſt occidit dẽtibus maioris apri. Spirare eſt ſpiritũ. i. animã acceptã pro halitu agitare. Inde fit Expirare. i. ſpiritũ emittere/ quo emiſſo ſi nõ recipiatur qs moritur neceſſe eſt: quocirca accipitur pro mori: quod idem exhalare dicit. Sed utriq; poteſt dari actũs. Vt in primo Aenei. Illũ expirantem trãſſixo pectore flãmas. Inde etiã fit Inſpiro/ quod eſt ſpiritum recipio. Et quia leui ſuſurro aliquid taciti auribus inſtillant: Accipitur Inſpirare pro immittere ſpiritũ. i. animũ hoc eſt conſiliũ & uoluntatẽ faciendi. Ab eodem fit Conſpiro quod eſt collectis capitibus in cõſultatione ſimul ſpirare. Vnde fit ut Cõſpirare capiatur pro cõſentire ad aliquid patrandum. Sicut & Coniuro/ de quibus ſic Valla. Coniurare & cõſpirare fere in malũ accipiũtur. Quotiens in patriã aut bonũ principẽ coniuratio fit atq; conſpiratio. Sed ſi honeſta cauſa id fiat/ in bonũ etiam accipi debent. Nam & Mutius Scæuola ad Porſenã regẽ inquit Trecenti coniurauimus principes iuuẽtutis Romanæ ut in te hac uia graſſarenur. Et Cicero ad Cæſarẽ pro ligario. Fratrũ cõſpirationẽ dixit/ q̃ſi unanimitatem. Verũ cõſpiratio ut in hoc ipſo loco nõnunq̃ nemini pernicioſa eſt. In neminẽq; graſſatur. Cõiuratio ſemp in alterius perniciem graſſari ſolet. Hæc ille. Ab eodẽ fit reſpirare quod utrũq; complectitur & inſpirandi & exſpirandi munus: ſine quo uiuere ut dixi nõ poſſumus. Vnde qui ſeſe nimio labore defatigatos ſignificãt dicũt ſibi deeſſe reſpirandi locũ & poteſtatem. Fit itẽ ab eodem Aſpiro quod eſt annuo fauore. Tractũ ut reor auentis qui dũ nauibus aſpirãt ſecũdi & proſperi ſunt. Virgi. Aſpirat primo fortuna labori. Fit ad hoc Suſpiro: quod eſt ſurſum ſpiro/ quod fit quotiẽs gemitu deorũ auxilia ĩploro/ & cælũ ſuſpicio. Indica tygris agit. In India plurimæ ſunt tygres miraq; ferocitate & tamẽ indica tygris agit pacẽ. i. concorditer uiuit cum rabida tigride. Tygris enĩ animal maculoſum eſt mirãda pernicitate præditum. Nam nihil eſt tam longum quo nõ breui penetret. Nihil adeo antecedit quod nõ illico aſſequatur. Fallitur tamen a callido uenatore q catulos quos plures habet populat? aliquot ĩ uia ſparſos derelinquit quos dum fera ſingulos colligit ille nauigio cũ receptis aufugit. Et quia tanta uelocitate animal eſt: flumen Armeniæ ſuperioris rapidiſſime defluẽs Tygris uocatur quo nomine medi. telũ uocãt. Eſt enim unũ ex illis quæ ex paradiſo terreſtri defluere dicũtur. Quia uero animal ipſum inſigni feritate eſt poteris legere rabida. quod & melius eſt/ quia magis ad rem facit q̃ fera rabida a

Spiro
Expiro
Exhalo

Inſpiro

Conſpiro
Coniuro

Reſpiro

Aſpiro
Suſpiro
Tygris

consimili abstinet. q̃ q̃ rapida. Quia tamen uelocissima est posset dici rapida Posuit aũt si Seruio ascultãdum est licẽtiose tygride. Nam Virgilius de naui cui tygridi propter celeritatẽ (ut reor) nomẽ fuit: tygri iuxta regulam sic posuit. Massicus ærata princeps secat æquora tygri. Vbi Seruius Tygri secũdum regulam dixit. Nam græca noĩa quæ genitiuũ singularẽ in is mittũt in eo trñ & in datiuo crescũt. In accusatiuo & ablatiuo paria sunt nominatiuo. ut Tygris tygridis tygridi tygrim o tygris tygri. Isis: isidis: isidi isim o isis isi. Si aliter inueniremus abusiue dictum est ut in Lucano. Ocior & cæli flãmis & tygride fœta. Secũdum quæ hic etiam abusiue poneret & aliis tot locis. ut usu posse dici putes nõ abusu. Sæuis inter se conuenit ursis. bonũ epithetũ quia ut dicit Ouidius Instãt morientibus ursi. Elegãter etiam dixit Cõuenit inter se de qua re sic Valleñ. Cõuenit hoc mihi: aut cõuenit hoc nobis. i. decẽs est & cõueniens. Conuenit hoc inter nos. i. cõstat & controuersia caret. Conuenit mihi hoc tecum. i. sine cõtrouersia est inter nos quod ego dixi. Conuenit tibi mecum. i. sine cõtrouersia inter nos quod tu dixisti. Nõnunq̃ sine supposito sed tamẽ intellecto. ut cõuenit inter nos. subaudi hoc. Nonnunq̃ sine utroq; ut Cõuenit. sic ille. Hoc ergo loco possumus intellígere suppositum. ut sit agitare pace inter se cõuenit sæuis ursis. sed mallem accipere impersonaliter. ut sit Cõuenit. i. cõuenientia & cõcordia fit sæuis ursis inter se. i. í suo genere. Cõuenít iter nos

Ast hõi &c. Ast parũ est. i. parum esse uidetur hõi produxísse lætale i. mortiferũ ferũ. hoc est arma inuasiua: nefanda incude: qua ad nephas usus est. Sicut in Buco. Atq; mala uites incidere falce nouellas. mala falce dixít q̃ in opus malum utebatur. q. d. pernicioſa. Cũ primi fabri assueti coquere. i. tẽperare in igni trñ rastra & sarcula. í. arma hoc est instrumenta agriculturæ. & lassi. i. fatigati marris & uomere instrumẽtis illis quibus terra colitur. uel igit lassi marris & uomere coquẽdis. cum tãtæ esset agricolatio curæ ut uix arma sufficerent. Vel lassi marris & uomere quibus etiã fabri terrã colebãt / ut qui ab armis cudẽdis immunes nisi agriculturæ operam dedissent: uacui cessaſlent. Primi igitur fabri nescierint. i. nesciuerint pro nesciuerũt: subiunctiuum p indicatiuo / excudere gladios. Aspicimus populos quorum nõ sufficit iræ Occidisse aliquẽ: sed pectora brachia uultũ Crediderint genus esse cibi. Loquitur de ægyptiis apud quos subnoĩe militiæ exulabat hãcq; satyrã scripsit quos monstra colere & pecora & hærbas: deos negligere aut cõtemnere dicit humanis item carnibus uesci: caprinis abstinere. Vnde ait. Nefas illic fœtum iugulare capellæ Carnibus humanís uesci licet. Et paulo post. Labitur hic quidam nimia formidine cursum Præcipitans capiturq;. ast illum in plurima sectum. Frusta ac particulas / ut multis mortuus unus Sufficeret. totum corrosis ossibus edit Victrix turba: nec ardenti decoxit aheno Aut uerubus. lõgũ usque adeo tardumq; putauit. Expectare focos contenta cadauere crudo. Hinc gaudere libet q̃ nõ uiolauerit ignem Quem summa cæli raptũ de parte prometheus Donauit terris: el emẽto gratulor: & te Exultare reor: sed qui mordere cadauer Sustinuit. nihil ũnq̃ hac carne libentius edit. Nam scelere in tanto ne quæras & dubites an Prima uoluptatem gula senserit / ultimus autẽ Qui stetit absumpto iam toto corpore ductis Per terrã digitis aliquid de sanguine gustat &c. Ex his uides auiditatẽ ferocis hoĩs q̃ tam auide

hominem ingurgitabat. Cæterum multa hominū genera humana olim car/ne uesci solita accipimus. Nūc quoq̨ q̄plurimi ea feritate notandi sunt qui li cet carnē non absumant aut sanguinē ipsum bibāt: precio tñ humani sangui/nis aluntᷣ. Quot eteñ auro inducti bella iniusta mouent/iustisq̨ uitā auferūt ut diuitiis potiantur? Quot iudicia auro polluuntur? Quot latrocinia fiunt? Quot enī mercēnarioꝝ interuersa & detenta mercede sudore & sanguine mi serorū uescūtur. sed nolumus satyrā aggredi. nequa forte amara in nostris sil

Pytagoras uis arbor cōspiciatur. Quid diceret ergo. De pythagora satis dictū est in pri mi huius fine. ubi de littera eius per Virgiliū uidimus. Dictū enī est adductis carminibus Ouidianis ip̄m ab esu carniū abstinuisse. ꝓpterea q̄ crederet ani/mos hominū post mortē migrare in noua corpora uel hominū uel brutorū ne igitᷣ edēdo in aīos humanos sæuiret abstinuit ab omni carne. Similiter &

Faba fabis. Quia ut scribit Cicero inflationē afferunt. Vñ perturbatur animus & mens. Sūt qui dicāt ideo abstinuisse a fabis: quoniā ius fabaceū sanguinis co lorem habet. multosq̨ uermes recipit in quibus forte humanus fuerit anim⁹ unde fabā cognatam pythagoræ uocāt/dicūtq̨ tantopere fabas effugitasse/ut si necessitas subegisset potius ꝑ ignem q̄ per fabarū segetē effugisset. Var/ro etiā flaminē fabis uesci non decere docet propterea q̄ in flore earū litte/ræ lugubres reperiantᷣ. Solent etiam parētando absumi. hoc est quādo in fu/nere epulū datur. Aulus Gellius libro quarto capite. xi. ait. Pythagoram fa bis uesci solitū contra Callimachi Ciceronisq̨ autoritatē Aristoxeni musici Aristotelisq̨ auditoris autoritate cōprobatur. Itē paucis dumtaxat carnibus abstinuisse plutarchus Aristotelē ꝓbat præcepisse. uerba Plutarchi sunt ἀρι ϛοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλήφης καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαι φησὶ τοὺς πυθαγορικοὺς χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. i. Aristoteles a uulua: corde: & marina urtica/ atq̨ id genus quibusdam aliis ab stinere pytagoricos dicit. Cæteroꝝ autem usum habuisse. Hæc illi. Cōmuni/or tamen est opinio. Quā Calimachus. Cicero. Laertius. Ouidius. & sexcenti alii sequūtur dicētes eū omni carne abbstinuisse. Quin & Amiclas periisse di cunt q̄ more laconū pythagorica præcepta seruātes. ut ab esu ita a cæde ani/maliū abstinerēt. quocirca cū serpentes nō auderent iterimere ab illis interi mebantᷣ ut etiā attestatur Plynius. Pythagoras ergo abstinuit secūdum poe/tas a cūctis aīalibus tanq̄ hoīe. quia ut supra diximus credebāt aīos non dif/ferre sed corpora dūtaxat. Et uetri indulsit nō omne legumen utpote fabam

Legumen Legumē dicitᷣ quicquid manibus legitᷣ: ut faba. lupinus. pisum. cicer.

Et hæc de octauo siluarum.

Sequitur nonus.

Onū sil/ uarū ap/ to & q̄/ drāte (si nō fallimur ordi ne) excultissimis Baptistæ Mātuāi hortis excerpsi/

n

Fratris Baptistæ Mātuani Carmœlitæ theologi contra poetas impudice loquentes carmen.

s

Vnt qbus eloquii datᷣ aurea uena poetæ
Sed cadit in sordes inficiturq̨ luto
Nā cipriæ curas/ & olētia gaudia ponunt

Claraq; tam fœdo mergitur unda lacu
Hoc decus: hoc animis carmen cæleſtibus aptum
Rebus in immundis degenerare nephas
Dona dei-carmen nitidum: facundia præſtans
Mittitur exaſtris a ſuperiſq; datur.
Eſt tuba Romanæ fidei legumq; poeſis:
Quæ canat heroo ſacra deumq; pede

muſ. Is etenī un? eſt qui ſola/ anti quitate antiquis poſtponēd? eſt. Nam ſi ad carmi nis heroici maie ſtatē reſpicis: ne/ mo eſt quem ue rius conciuē Vir gilio dicas quiq; ad eius carmē p/ ximius accedat. ſin ad elegíaci terſos modulos/ nemo eſt' quē Tibullo iuſti? ſoniūgas. Si aūt ad ſentētiarū pondus: uerbo; copiam. fabularū diuitias. in/ genii fertilitatē: latínitatis ornamentum uidere uoles. nemine inferior erit. At ſi ad uitæ ſanctitatē. mo; pulchritudinē. relígionis obſeruationē. doctri/ narum integritatē pleno obtutu proſpexeris omnibus nimirū eo ſuperiorē dixeris: quo chriſtiana fides cæteris eſt præſtātior. Hunc igitur poſt ueteres poetas nō inepte ponemus. Exiguā dumtaxat particulam ex eius īmēſis ope ribus ſumētes. utpote qua carminis mūdíciā præcipit. Congruū etenī fuerat ut in nonū hortū de muſarum (quæ nouē dicuntur) officio aliquid afferre mus. Auido igitur aío nonū hoc carmē legemus. Dabitq; ueniā ſi qñ artifi/ cio ſuo interprætationē noſtram inferiorem offenderit.

Vnt quibus eloquii &c. Sūt inquit quibus natura diuitē uenam in carmina dederit: quiq; egregíā laudē conſequerētur: ſi materiam
1 dignā poeta aſſumerent: eamq; nō laſciuis uerbis inficerent. Dat ergo ſtatim ī principio egregiā doctrinā benignitate ſolius natu/ ræ neminē bonū eē. neminēq; laudatū. Nam multi bene bonaq; dicēdi ueñā a natura ſuſceperint. Quia tñ ad lubrica laſciuaq; cōuertunt nihil ueræ laudis merent'. Vtit' autē aptiſſima tranſlatione. Nā ut in ſuperioribus latius deductū eſt facilis illa ubertas dicendi uena uocat'/ eo q; ſuapte natura uerba p eam ueniant/ neq; extorqueātur. Nam in oíbus quæ pfluunt uenam dicimus. Aurea autem uena in metallis precioſiſſima eſt. Vñ quicquid bellū & pulchrū precioſumq; eſt aureū uocat' ut aurea uenus. aurea coniunx. ſic igi tur aurea uena. i. ppulchra & perq; elegāti uena dicendí. Neq; a natura abhor ret locutio. Nam reuera in metallis uena eſt. Quin & ipſa metalla terrarū ue/ næ dicūtur. Vñ in georgi. de italia. Hæc eadem argenti riuos æriſq; metalla Oſtendit uenís atq; auro plurima fluxit. Perſtat aūt docte in metaphora. nā ſicut mundius purgatiuſq; nihil eſt q; aurea uena. ut qua aurū purgatū forna/ cibus effluit. ita obſcenius atq; fetidius nihil eſt luto. Grauiter ergo peccāt & inſcite agūt qui aureā ingenii uenā argumenti ſordibus obruunt. Ordo eſt facillímus/ qualis ī hoc carminis genere eſſe debet. tñ ut uel puelli eū ad ma nū habeāt: faciāt talē. Sūt poetæ quibus datur uel a fatis uel a natura aurea uena eloquii. i. optimus ſtilus dicendi: ſed ea aurea uena cadit in ſordes. i. in ſordidā materíā & inficitur. i. obruit' & cōtaminat' luto. i. ſordibus argumēti quod aſſumūt. Probat. Nā ponūt. i. deſcribūt & cōponūt curas. i. amores &

cupidines cypriæ ſupple deæ.i.ueneris quæ in cypro potiſſimũ coliť.& gaudia olentia.i.uina & comeſationes quæ olét nidore. Et clara unda.i. purior ille fons poeticus mergitur tam fœdo lacu.i.tam ſordidis rebus quæ ſcribunť obruiť lumen illud æthereũ ingenii. Nephas aũt eſt degenerare.i.ad ignobilem uilitatẽ ꝓtrahere in rebus imũdis.hoc deo? & hoc carmẽ quod benignitas naturæ cõtulit aptũ.i:quadrãs & cõueniẽs & coniũctũ cæleſtibus animis. Quia ut in ſuperiori carmine Iuuenalis dicit.Sẽſum a cæleſti demiſſum traximus arce. Dona dei.nitidũ carmẽ & præſtãs facũdia quæ duo ſunt dona dei. mittiť ex aſtris benignitate aſtroꝝ & totius naturalis cõgeriei. & a ſuperis.i.a deo abs quo oẽ bonũ.quiq; naturæ habenas tẽperat. Poeſis.i.ipſa ars poetica eſt tuba.i.preconiũ legũ & fidei Romanæ.i.chriſtianæ cuius Romanꝰ põtifex in terris caput:& præſes. Quæ tuba canat.i.canere debeat heroo pede i.heroicis carminibus ſacra & deũ.i. ſacra dei.uel ſacra.i.res quaſlibet ſacras
Cypría & etiã deũ ipſum. ut more poetarũ principẽ ſacrarũ rerũ ſubiũgat. Cypriæ curas. Affectate dicit cypriæ potiuſq; ueneris. Nã uenus cæleſtis eſt honeſtiq; cõcubitus ceſtũ gerẽs. Vñ eſt Natís uenus alma creãdis. Et ut uidimus Lucretius eã omniũ ꝓductricẽ ponit. Vñ ait. Aeneadũ genitrix hominũ diuũq; uoluptas Alma uenus &c. Et a Virgi.uocať Diua creatrix. Et ut opinať Seruius/ipſa quoq; eſt mater deũ.de uenere ergo honeſta pñt hñi carmina. Sed tres ſunt ueneres ut alio loco diximus.quarũ quæ cypria diciť ex genitalibꝰ cæli & ſpuma maris ꝓgenita & in cõcha cypron aduecta diciť.ubi reuera mira libidinis uis regnauit.uenuſq; ſũmopere culta ẽ. Vñ Hora. Sic te diua potẽs cypri &c. Et Virgi.dicit eã in cypro hñe ſuas.i.ꝓprias ſedes. Vñ eſt illud ĩ primo Aenei. Ipſa paphũ ſublimis abit ſedeſq; reuiſit Leta ſuas: ubi tẽplũ illi cẽtũq; ſabeo Ture calent aræ ſertiſq; recẽtibus halãt. Paphũ enĩ urbs in cypro eſt quod Cicero ad Sex: iliũ ſic docet. Oẽs tibi cõmẽdo cyprios ſed magis paphios. habet ergo in cypro ſuas ſedes. Nã illuc primũ ut dixi ex mari appulſã dicũt. Vñ Tibullus. Et faueas concha cypria uecta tua. Hinc & κυπριβαρεία dixit Theocritus. Et cyprogenia etiã appellať & cypria. Libido auté & laſciui mores eius gẽtis illã ſibi aſciuerũt. Nã uirgines cypriæ nõ añ nubebãt q; apud portũ aduenas excipiẽtes cõcubitibꝰ dotes lucrarent. Scriptũ aũt eſt in ea hiſtoria quã priſci ſacrã appellãt Venerẽ artẽ meretriciã iueniſſe auctorẽq; mulieribus in cypro fuiſſe: ut uulgato corpore quæſtũ facerẽt ne ſola impudica & uiroꝝ appetẽs uideret. Lactãtius etiã autor eſt eã meretriciã artẽ inſtituiſſe Herodotus aũt ait antiqſſima omniũ tẽploꝝ ueneris fuiſſe duo Primũ Aſcalone urbe aſſyriæ.ſecũdũ in cypro ubi lege cautũ fuit oẽs mulieres ſemel ſalté ín uita in honorẽ ueneris eo ĩ tẽplo cũ alieno uiro cõcũberẽt. Quia ergo tãta in Cypro luxuries eſt ut ſecũdũ Virgiliũ centũ aris aſſidue illic colať.ubi & Paphũ oppidũ & Idalius mons & amathus & ſexcẽta alia loca ueneri ſacra ſũt. uſqueadeo ut cypria & cyprogenia inde dicať. bñ diligens poeta elegit nomẽ rei cõueniẽs dicẽs & cypriæ curas. Bñ aũt dicit curas nã uenus curas iniicit. ut & achidalia ſecũdũ Seruiũ diciť ἄχος enĩ cura eſt. Virgi. multis locis ꝓ amore curã poſuit. ut in prĩcipio quarti Aenei. At regina graui iãdudũ ſaucia cura. Et in. vi. Curæ nõ ipſa ĩ morte relinquũt. Et Hora. in poetica. Muſa dedit fidibꝰ diuos pueroſq; deoꝝ Et pugilẽ uictorẽ & equũ certamíe primũ

Et iuuenũ curas & libera uina referre. Dolet ergo poeta cꝫ relictis deis & pueris deoꝝ. oẽs nũc iuuenũ curas & olẽtia gaudia hoc ẽ uina canãt. Dicunt aũt secũdũ Seruiũ curæ cꝫ corurãt. Vñ in Virgilio. Vulnus alit uenis & cæco carpit igni. Dona dei carmẽ nitidũ. appositio ẽ. dicit nitidũ carmẽ: qa sordidũ & lasciuũ ab hoĩe nascit. Dicit ꝑstãs facũdia. quæ scilicet ꝑ sapiẽtiã dirigit. Nã ut dicit Hora. Scribẽdi recte sapere est & prĩcipiũ & fons Rẽ tibi socraticæ potẽrũt oñdere chartæ &c. Vt aũt docet Cice. Pernicioſa ẽ eloquẽtia ubi dẽsit sapiẽtia: sed nihil pniciosũ a supis dat. Poesis ẽ tota cõpositio poetæ. poema quoduis op⁹. poetice. ipsa ars q̃ & Poesis dicit. Canat. i. canere debeat. quo mõ Vallẽ. optatiua uerba sæpe posita docet. ut faceres. i. facere deberes. fecisses. i. fecisse debuisses. & sic de aliis. Heroo pede. i. quo heroũ gesta canũtur. Heroes aũt sũt ex deo & hoĩe nati. uel q ĩ corpe mortali æternitatẽ meruerũt. quoꝝ gesta hexametris scribũt uersibꝰ. q si sublimes sint diuinaꝫ & humanas psonas loquẽtes introducãt heroici uocant. Quibus Homerus in ilia de & odissea. Virgilius in Aeneide. Stachius in Theba usi sunt.

Carmina quæ sanctos deus ipse parauit ad usus
Impia mortiferi carminis arma facis
Quid maculas turpi diuina libidine dona:
Quid teris immundo munera tanta pede:
Non ita Hieremias docuit: nõ Thracius orpheus
Non ita Iessei regia musa senis.
Sancta prophanari scelus est delebile multo
Verbere: supplicio culpa pianda graui
Vita decet sacros & pagina casta poetas
Castus enim uatum spiritus atq; sacer
Si proba uita tibi lasciuaq; pagina: multos
Efficis incestos: in uenerẽq; trahis
Verba mouent animos: oris lasciuia pectus
Pulsat & in uenas semina mortis agit

Carmina q̃ sãcta⁹. Clariora sũt q̃ ut ordinẽ colligaꝫ. Pergit quo cœpit. Docetq; uerecũdiã maximedecere carmĩna De⁹ inqt parauit carmĩa ad sãctos usus. hoc est ad laudes diuinas & ad uirtutẽ excitãdã. Est ãt ut docet Plynius ipse Apollo autor & inuẽtor heroici carmis. Nã oracula phœbi & carmĩa Sibillina heroico pede cõstabãt. Vñ Horati⁹ Sic honor & nomen diuinis uatibus atq; carminibus uenit. Posthos insignis Homerus Thyrteusq; mares aĩos ĩ martia bella uersibꝰ exacuit dictæ ꝑ carmĩna sortes Et uitæ mõstrata uia: & gr̃a regũ Pieriis tẽtata modis luduscꝫ reptus Et lõgoꝝ opeꝝ finis: ne forte pudori. Sit tibi musa liræ solers & cãtor apollo Deus ergo pauit ad scõs usus carmĩa q̃ tu facis ĩpia arma. i. ĩstr̃a mortiferi carmis. p qd̃. s. ĩ luxuriã & libidinẽ qd̃ ẽ mortale uitiũ ferimur. Arma sũt cuiusli bet artificis instr̃a. ut agricolæ arma sũt aratrũ sarcula marræ bidẽtes. sutoris formæ & scalpra. Tõsoris peluis & nouacula: militis gladi⁹ & scutũ. Immũdo pede respicit ad carmẽ qd̃ pedibꝰ cõstat. Sicut ergo pedibꝰ rẽ quã uilẽ & fœ-

dā iudicamus cōculcamus: ita īmūdo pede teris tāta hoc ē diuīa mūera/ q̄ sic luto īuoluis. hoc ē laſciua canēdo abuteris ingenii uirtutibus. Hieremias no tior aūt eſt q̄ ut plura de eo dicā. eſt enī is Hieremias cuius libri extāt ī biblia noſtra. qui carmine plura conſcripſit unde ipſe poeta noſter cōtra eos q car/ mina proſcribūt Dicite. Hieremias ſanctus? At ipſe numeris threnos ſcripſit quo genere poematis primus Simonides apud græcos uſus dicitur &c. Or/ pheus Thracius a Virgilio quoq; dicit. Fuit enī ex Thracia unus ex antiqſſi/ mis poetis. quī ex doctrinis ægyptioꝝ plurima ſumpſit quæ cum iudaica ſcri ptura cōueniunt. Virtutem & ciuiles mores docuit. Vñ Horatius. Silueſtres hoīes ſacer interpresq; deorū Cædibus & uictu fœdo deterruit orpheus Di/ ctus ob hoc lenire tygres rapidoſq; leones. Nō igitur orpheus qui honeſtæ uitæ præcepta & deoꝝ laudes carmīe collegit ita docuit ut ſcilicet canas tam turpia tamq; impudica. Nō etiam regia muſa ieſſei ſenis. i. Dauid ꝓphetadi uinus qui ex ieſſei radice natus eſt. Ieſſei aūt a noīatiuo ieſſeus eſt. Nā ut do/ cet Priſcianus ſi barbara noīa ad latina eloquia trāſferre uoluerimus decli/ nabimus ea latine. Vñ in huius poetæ operibus legit Iſaacus Abrahamus ꝓ quibus hebrei Iſaac Abraham legunt. Et ab eo quod eſt Ieſſe facies noīatiꝰ ieſſes uel ieſſeus. Ná plurima quæ in es exeūt apud græcos etiā in eus exeūt Hinc etiam geminam declinationē reperimus. Nam ab eo q̄ eſt Vlixes fit ulixis in genitiuo & ab eo quod ē ulixeus uenit genitiuus ulixeos & ulixei: & ꝓ ſineriſim ulixi. Sic achilles achillis achilleus achilleos & achillei apud nos uel ꝓ ſineriſim achilli. Similiter orpheus orpheos. & orphei. Nereus nereos & nerei quæ ut docet Seruius etiam in es exeunt. ut eſt in Bucolicis orphi in datiuo. orphi calliopea lino formoſus Apollo. Sic igit hoc loco ieſſei poteſt eſſe genitiuus antō ꝓprii noīs hic ieſſeus. Vel reuera ab appellatiuo poſſeſſi uo. Nā ſi ieſſe in ntō dicit ē ꝓducitur quod etiā in deriuatione longū manet ut dirce dirceus. crete creteus. lethe letheus. utrocūq; ergo modo dixeris da uidis regis periphraſis eſt. Sācta ꝓphanari &c. facit ſyllogiſmū qui fit ut do/ cet Seruius ex ꝓpoſitione. aſſumptione. & cōcluſione. Propoſitio: quā maio rem uocāt eſt. Quæcūq; ſancta & ſacra ſunt nephas eſt ꝓphanari. Aſſumit ſi/ ue ſubſumit in mīnore ſic. ſpūs uatum eſt ſanctus & ſacer. Cōcludit ergo ſpiri tum uatū nephas ē ꝓphanari. Et iterum Quæcūq; ſancta & ſacra ſunt nephas eſt ꝓphanari. Carmina ſunt ſancta & ſacra. ergo ea nephas eſt ꝓphanari. Ma ior nota eſt. quia illud ſanctū eſt quod pollui nō licet. Minor patet quia ſpūs uatum diuinus eſt. dictū enī eſt donū dei carmen &c. Et Ouidius. Eſt deus in nobis agitante caleſcimus illo &c. Prophanari eſt fieri ꝓphanū. Prophanū aūt dicit quod procul debet eſſe a phano & a tēplo deorū utpote quod exe/ crabile impiūq; eſt & cui interdictū eſt pioꝝ cōciliis. Scelus delidile. hīc po tius neceſſitudinē q̄ poſſibilitatē affert. Vñ dices ſcelus delibile quod poſſit deleri uel qd aptum eſt ut deleat. uel qd facile ē deletu. ſed qd debeat deleri multo uerbere nedū uerbis. Efficis inceſtos. i. nō caſtos ab eo enī qd eſt ca ſtꝰ fit Inceſtꝰ a um. Et uerbū Inceſto qd eſt cōtamino & polluo. ut. vi. Aenei. totāq; iceſtat funere claſſem. Poſſet etiā dici a ceſto ueneris cīgulo quo legi/ time nubētes cingunt. Vñ ecōtrario iceſti dicūtur cōcubitꝰ nō q ꝑter legē: ſed q cōtra legē fiūt: ut cū cōſanguineis aut ueſtalibꝰ q̄s uulgo moniales uo/ cant. In uenerē. i. in luxuriā & libidinē. Docet erga nō ſatis eē uitā poetarū

eē castā. imo oportet ut uerba etiā casta sint. Vñ uidet̄ ꝙbare illud Catulli Castū eē decet piū poetā Ipsū: uersiculos nihil neceſſe ē. Qui tū deniq; habēt salē & leporē Si sūt molliculi ac parū pudici. Probatq; nō satis eē qđ Adrianꝰ impator de Voconio poeta sic ꝙfitet̄ lasciuus uersu mēte pudicus eras. Et qđ Oui. de se dicēdo. Crede mihi mores distāt a carmīe nr̄o. Vita uerecūda est musa iocosa mihi & Martia. lasciua ē nobis pagina uita ꝓba ē. Ex quo uerbo uidet̄ poeta subsumere. Si ꝓba uita tua ē lasciuaq; pagina: multos efficit incestos. in uenerēq; trahit. Si inqt forte tute q lasciua scribis castꝰ es: lectorē tñ in fraudē illicis. Quia uerba mouēt aīos. oris lascinia pectus pulsat: & in uenas semīa mortis agit. uñ Iuuenalis. Quod enī nō excitat inguē Vox blāda? &c.

Improbus has sordes in carmina seminat orchus
Cui studinm mentes cōmaculare pias
Non secus ac uitreum si quis uult lædere fontem
Proiicit in dulces putre cadauer aquas
Hoc animaduertas quicunq; poemata condis
Est opus: a stygio fer procul amne pedem
Pelle pharetrati cum matre cupidinis arcum
Atq; dioneo subtrahe colla iugo
Mater adulterii uenus est stupriq; repertrix
Atq; lupanari fornicibusq; fauet
Casta dei genitrix: castus regnator olympi
Mens capit ambrosias non nisi casta dapes
Lex uenerem festis uetat exercere diebus
Sacra ministrorum corpora casta uolunt
Pierides castæ: castæ libetrides undæ
Tota pudicitiam uera poesis amat.

Improbꝰ has sordes & cætera. Orchus deus est inferni: sed angelū malū intelligeſ Orchus ergo id est spūs malignus seminat in carmina has sordes Cui orcho ē studiū cōmaculare pias mentes Quia saluti hūanæ inuidet. Vnde dicit̄. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Dicit̄ autem. quasi urgus quia nos ad mortem urgeat Orchus

Nō secus ac uitreū &c. uitreum fontē duplici de causa dixit & ꝓpter colorē. est enī aqua nō turbida uitrei coloris. & propter lympiditatem: quia ut uitrū ita aqua munda pellucet. Dulces aquas. quales ut plurimū in fontibus. uel dulces. id est cōueniētes & amabiles. Sicut dulce satis humor: depulsis: arbutus hedis lenta salix fœto pecori. Fons dicitur ꝙ aquā fundat Cadauer dicitur a cadendo. unde & caduci dicūtur. Multæ autē sunt apud ignaros ridiculæ ethimologiæ. quibus etiā docti illusi sunt: ut Testamentū testatio mentis. Auarus/auidus æris. Parcus par arcæ. cadauer. caro data uermibus & multa alia. Hoc aīaduertas. Ordo ē. opus est ut tu quitūq; condis carmina aīaduertas. id est aīo cōplectaris & cōsideres. hoc uidelicet ꝙ orchus seminat sordes in carmina. q. ꝙ poemata inficiuntur lasciuis carmībus sicut fons purus cadauere. Fer ꝑ dē tuū procul a stygio. i. infernali amne. Hoc est ꝓspice nō orcho duce in sordes irruas. Pelle pharetrati: Cu/

pido filius ueneris amoris deus in altera manu sagittã ignitam in altera flam
mã habet. unde quia pharetrã quæ sagittarũ teca est portat. pharetratus di/
citur. unde Ouidius/abeas pharetrate cupido. Pelle arcũ cupidinis pharetra/
ti cũ matre. i. cũ uenere. Hoc est tolle cõcupiscẽtiã ueneris & etiam rẽ ipsam.
Et subtrahe colla tua dioneo. id est uenereo iugo. Dioneo inquit Seruius
ad illud in bucolicis. Ecce dionei processit cæsaris astrum/longe petitum est
epithetũ a dione matre ueneris. quod quidẽ uerum. si ad Cæsarem ut apud
Virgiliũ referat. Quia Iulius cæsar per longã progationẽ ab iulo origine du
xit. Iulus ab ænea. Aeneas ab uenere. Venus a dione. Proprie hic ergo dio/
neo iugo dixit. Quia uenus diones est filia. subtrahe colla iugo/notum est &
cõmodatitiũ hemistichiũ. Propertius dũ licet iniusto subtrahe colla iugo.

Mater adulterii &c. Probatum est in illo uerbo Cypria quomõ adulterii &
stupri inuẽtrix sit adulteriũ fit cũ muliere/& alterius cõiuge. Stuprũ cũ uirgi/
ne. uel uidua. uel quacũq; persona uiolẽter. Lupanar dicit. prostibulũ. dom⁹
meretricũ. quæ etiã lupæ uocant. a fœda rapacitate. Lupanar ergo est ubi lu/
pæ. i. meretrices sunt. Prostibulũ ubi prostituunt meretrices. Fornices sunt
arcus ædificiorũ quales in theatro/in quibus prostabãt togatæ. id est famo/
sæ mulieres. unde tractũ est ut fornices etiã lupanaria significent. Cũ omnes
arcus & in pontibus & in arcubus triũphalibus & in mœnibus & in muris for/
nices habeant. Hinc etiã/fornicari & fornicatio deducant. Casta dei geni/
trix. Docuit non auscultandũ ueneri quæ impudica est: moresq; impudicos
docuit: nũc docet pudiciciã amandã esse iis qui musas amãt. Quia sicut deus
regnator olympi castus & impollutus. ĩmo castitas & pudicitia mera est: sic
& genitrix dei perpetua uirgo maria casta est. Quasi dicat. Spũs sanctus nunq̃
obumbrasset uirgini mariæ. neq; de spiritu sancto saluatorẽ nostrũ concepis/
set: nisi castissima fuisset. Itaq; qui castũ musarũ spiritũ appetũt fontemq; si/
tiunt: necessũ est ut & ipsi casti sint: casteq; loquãt. Quia mens nõ capit am/
brosias dapes. i. deorũ nõ uescit epulis nisi casta. Regnator olympi factum
sũptũ a Ioue qui olympũ niualẽ/ut dicit homerus respiciẽs ad cretẽsem ha/
bitauit/Quia enĩ in illo iuppiter/qui sũmus deorũ interptat/ resedit home/
rus & post eũ perq̃ multi alii poetæ olympũ ꝓ cælo ponunt. Regnator ergo
olympi. i. cæli. Ambrosias dapes. Ambrosia apud medicos hærba ẽ de qua
Diascorides Ambrosia quã multi brotim aut artimisiam uocãt frutex ẽ mul
tas uirgas hñs lõgas palmis tribus/& folio ĩitio simillima rutæ Virgæ sũt ple
næ semĩe: ut sint quasi acini odorẽ uini habẽtes. nascit in capadocia quæ cir/
ca se habuerit amplectit. Fingũt aũt poetæ ambrosiã esse cibũ deoꝝ suauissi/
mũ. ut nectar potũ ipsoꝝ. Plato aũt ponit ambrosiã ꝓ cognitione rerũ cæle/
stiũ. Nectar uero ꝓ gaudio quod inde ꝓcipim⁹. Nõ igit capit mẽs ambrosias
nisi casta. Quod dinus maro etiã indicat in. ii. Aenei. ubi Aenei. cælestia con
tẽplari nõ potuit pẽsente uenere: q̃ remota illico ꝓspexit. Dapes aũt inqt ualla
uolũt eẽ aut deoꝝ aut nr̃os in sacrificiis deoꝝ. Lex uenerẽ festis &c. Multa
apud Romanos aliosq; ueteris deorũ culturæ erãt festa in qbus nõ licuit ha/
bere rẽ etiã cũ cõiuge. uñ Iuuenalis. Ille petit ueniã quotiẽs nõ abstinet uxor
Cõcubitu sacris obseruãdisq; dieb⁹. Maxie aũt ĩ festis isidis castitati mos ge/
rũd⁹ fuit. uñ Properti⁹ in eã irat⁹. Quæ dea tã cupidos totiens diuisit amãtes
Quæcũq; illa fuit semper amara fuit. In ambaruali etiã festo dũ uitulationẽ

Lupanar

Prostibulũ fornices,

Ambrosia

Dapes

pro frugibus faciebāt casti erant. Vnde in bucolicis. dū faciam uitula pro frugibus ipse uenito. Sacra etiā. ideſt res ſacræ uolūt caſta corpa miſtroꝝ. qualeſ ſacerdotes ſunt/quos caſtos eē oportet. qñqdē apud hæbreos male periit q ꝑdie q̄ ſacrā arcā tāgeret cōiugē cognouerat. pierides caſtæ &c. Pierides muſæ dicūt/ut alio loco oñdim⁹. Fabuloſū āt cēſet Ser. q Oui. eas ī picas cōuerſas dicit ī. v. de trāſformatiſ. Virgīes āt & caſtæ ſūt muſæuñ uirg. Vates pios & caſtos ī eliſio gaudere dicit ī. vi. Aene. Quiq; pii uates. & phœbo digna locuti. Quiq; ſacerdotes caſti dū uita manebat. Idē ſybillas uirgīes interpellat.

Ouidi⁹ dicit uates nō eē ſub cupidis iure. ut in pricipio elegiarū ad cupidinē
Quis tibi ſæue puer dedit hoc ī carmīe iuris pieridū uates nō tua turba ſum⁹
Caſtæ libetrides undæ. de hiis etiā dictū ē reqre ꝑ tabulā.

Eſt helicon uirgo. multis argumētis demonſtrat caſtitatē decere poetas. Sane ut docet Noni⁹ Marcel. oē caſtū ī corruptū ſub uirgīſ uocabulo ueteres appellauere. Cice. ī oratore. Phīa caſta uerecūda ī corrupta uirgo. hæc il. uirgi. āt uirginē a uiridiori etate uſurpauit ēt ꝑ ea q̄ iā mī eēt/ut de ꝑſi phae in buc. Ah uirgo ifœlix &c. helicō ut Solin⁹ & Plini⁹ ī quarto refert mōs ē boetiæ iuxta thebas Atque ut ſtrabo ī nono meminit phocidi uicin⁹ ē & nō ꝑcul a parnaſo. utpote Circiter q̄ndecī paſſuum milia. emuluſ eſt parnaſo & altitudine & circuitu: Eſt autem apollini ſacer & muſis. uñ & muſæ heliconideſ & heliconiades appellāt. Perſi⁹ heliconidaſq; palli dāq; pirenē. Lucrerius Adde heliconiadū comites quorū unus homer⁹. qa aūt a muſis quæ caſtæ

Virgo

Helicon

Eſt helicon uirgo: uirgo peneia daphne
Caſtalidaſq; aiunt uirgine matre ſatas
Ite procul ueneris uates heliconis ab amne
Virgineus ueſtro læditur ore liquor
Non hederæ uobis phœbi non conuenit arbor
Non amat inceſtas caſta corona comas
Taxus olens: eruca ſalax:: grauis herba cicutæ
Sordidulos uates talia ſerta decent
Salmacis eſt uobis helicon date uota priapo
Helleſpontiacis ponite thura focis
Sit liquor aſphalti uobis pro phocidis unda
Stringit ubi infames ſulphuris ardor aquas
Deſine: pone lyram uates inſane nec ultra
Cum ſtygiis dirches flumina iunge uadis
Proſtituis muſas meretricis imagine facta
Ante cauernoſi fornicis antra locas
Frangis honeſtatem frontis-gremiumq; ſinumq;
Soluis & infames mittis in ora modos
Omnia das turpi muſis loca ſacra-dione
Atq; pudicitiæ non ſinis eſſe locum
Propterea merito pro uate uocabere leno
Elogio ſceleri conueniente tuo.

sunt colit. illincq; uaticinia hauriũt. ut apud Virgilium. Pãdite nũc helicona deæ cantusq; mouete. ideo poeta dicit: Est helicon uirgo. i. castus & incorruptus. Ouidi. in primo de trãsformatis. Virgineũq; helicona petit. Quãdo ergo dicit. Est helicõ uirgo hyperpole est. q. d. incorruptissimus. sicut apud Terẽtiũ. p̃ sene senẽ p̃ sapiẽte sapientiã. p̃ sõniante sõniũ. p̃ sceleſto scelus & alia Virgo peneia daphne. Daphne penei fluminis filia cũ oĩum uirginũ quæ in thessalia essent/ speciosissima haberet. adeo ut oẽs sua pulchritudine caperet Apollo cũ eã cõspexissent forma eius expalluit. Quã cũ neq; precib⁹ neq; pollicitis obtinere potuisset: uim ut inferret instituit. At illa cursu cõspectũ ei⁹ effugere cupiẽs/ patrẽ inuocauit/ ut uirginitati suæ auxiliũ ferret quã ille audi/ tis precibus fauore deor̃ in laurũ cõuertit/ ut ẽ apud Oui. in primo metamorph. Apollo aũt qa uirgine potiri nõ potuit arborẽ sibi sacrã fecit. Atq; ex eã sibi coronã cõseruit/ Qua & poetæ coronãt. unde p̃ methonomian Daphne aliqñ p̃ lauro ponit. Est ergo daphne peneia uirgo. unde ipsa ad patrẽ. da mihi ppetua genitor charissime dixit uirginitate frui: dedit hoc pater añ dianæ. Ille quidẽ obsequit/ sed te decor iste qnod optas. Esse uetat uotoq; tuo: tua forma repugnat. &c: Castalidasq; aiũt uirgine matre satas. Castalides dictæ sunt musæ q̃ colãt castaliã fontẽ. qui a Castalio apollinis filio denoĩant. dicit ergo satas matre uirgine. quia fons a quo denoĩant purus est quomõ helicona uirginẽ uocauit: uel quia ut dicit Hesiodus musæ ex Ioue & Mnemosine natæ sũt. Mnemosine aũt mẽoria est quæ p̃ducẽdo musas nõ corrũpit. imo (ut dicit Quintilianus) Mẽoria excolẽdo sicut cætera oĩa auget. Supra memorauim⁹ Musarũ parẽtes: sequere tabulã. Verũ quia theologus est poeta christianus: solũq; christũ uera generatiõe de matre uirgine satũ scit: cõsulto addidit aiunt. Quomõ Virgilius fabulosum dicturus admonitos facit lectores præmissa huiusmõi pticula. ut aiũt. ut phibẽt ut fama ẽ ut dicũt ut dicit. ut fert. &c. ut ueritatẽ inqrãt. Satas. i. p̃genitas a sero seui satũ. ut notũ ẽ. Itẽ cul. ab ãne heliconis. i. a fonte q in helicone est musis cõsecratus. Virgineus liquor fõtis. Nã poetæ dicũt sese dũ canũt fõte musis sacro p̃lui. uñ persi. nec labra fõte p̃lui caballino. dicũtq; fõtẽ a musis hausturn canẽdo explere. uñ Stati. Tu mõ si ueteres digno depleuim⁹ haustu: da fõtes mihi phœbe nouos ac frõde secũda necte comas &c. Virgine⁹ igit. liquor. i. pur⁹ ille & dĩn⁹ spũs tibi infusus ledit. uĩo q turpia canitis ore. nã ueneris. i. luxuriei uates estis. Nõ hederæ &c. quoniã poetæ ĩ tutela bacchi seu liberi p̃is sũt hedera coronãt. qai tutela phœbi lauro. hac ẽt dere Seruiũ illusũ putãt q parnasũ quẽ oẽs bicipitẽ attestãt docuit diuidi ĩ citheronẽ liberi & heliconẽ apollinis. cui⁹ sunt musæ. nã graues autores docẽt parnasũ ĩ phocide eẽ. heliconẽ uero & citheronẽ mõtes iter se diuisos ĩ boetia Poetas ãt ĩ bacchi tutela eẽ multi poetar̃ loci declarãt. uñ Horati. ii. carminũ. Bacchũ ĩ remotis carmina rupib⁹ uidi docẽtẽ. Idẽ primo epistolarũ ut male sanos assr crípsit liber satyris fauniscq; poetas. Et luca. Nec si te pectore uatẽ accipiã cyrrhea uelim secreta mouentẽ Sollicitare deũ bacchũq; euertere nysa. Quia igit ĩ bacchi tutela sũt bñ hedera coronãt quæ baccho sacra ẽ. uñ p̃perti⁹. Mi folia ex hedera porrige bacche tua. Et horati. Me doctarũ hederæ p̃mia frõtiũ diis miscẽt supis. Et persi⁹. heliconidasq; pallidãq; pirenẽ Illis relinquo quorũ imagines lambũt hederæ sequaces.

Phederæ

Iuuenalis. ut dignus uenias hederis & imagine macra. & Virgilius. Paſtores hedera creſcẽte ornate poetã. Itẽ a te principiũ tibi deſinet accipe iuſſis carmina cœpta tuis: atq; hãc ſine tpa circũ: inter uictrices hederã tibi ſerpere lauros. Sane hædera dicit nũc in aſia naſci negauerat Theophraſtus: nec ĩ india niſi in mõte mero. harpolus ut in medis ueniret fruſtra multis modis laborauit. Alexãder uictor ex india ob raritatẽ coronato exercitu rediit exẽplo bachi: in cuius dixi diuitiis ẽ. Repit. mas & fœmina. Eſt alba & nigra. & ut Plinius docet elix. Eſt & fugẽs hedera quæ ſine adminiculo ſtat. ob quod ciſos dicit. Sũt & aliæ ſpẽs apud phiſicoſ mẽoratæ. Volũt dictã ab hærẽdo. quocirca per ſius hederas ſequaces dixit. Et ideo poetis in coronã dari: qm̃ laus quã conſequũt ꝑpetuo ipſis adhæret. unde Hora. in ſermo. de lucilio. Neq; ego illi detrahere auſim hærẽtẽ capiti multa cũ laude coronã. Verũ prima talẽ deductionẽ deſtruit. Nam hæreo prima lõga ꝑfert. hedera uero breui. dicit ergo poeta. nõ hederæ uobis phœbi nõ cõuenit arbor & ẽ zeugma ab inferiori. ordo ẽ. O ueneris uates arbor phœbi nõ cõuenit uobis & hæderæ nõ cõueniũt uobis. nã caſta corona nõ amat inceſtas comas. i. premiũ caſtoꝝ nõ debet inceſtis dari. Arbor phœbi ẽ laurus in quã qa daphne uerſa ẽ tãtope amauit ꝙ poetæ etiã coronãt. Dant enĩ coronæ ex illis rebus quarũ uirutẽ & naturã imitati ſũt. Nã fortiſſimis qbuſq; aĩs palma dat quæ cõtra põdus renitit. ſicut illi qbus dat cõtra aduerſa. Triũphales coronæ quæ ĩpatoribus uictoriã ex cõtinua uigilãtia cõſecutis. nũc aureæ olim laureæ conoræ dabant. ꝙ ut laurus ſemp uiret: nec frõdibus ſpoliat: fulmĩeq; nõ icit. ſic impator fortis ſpuigilãtia ꝑſpicit Opima a ſe ſpolia auferri nõ ſinit. A duerſis ſubito more Fulmiñ adoriẽtibus: neq; ꝑſternit: neq; ꝑſternat. Ciuica corona ex gramie in eo loco collecto ubi conciuẽ ſaluauerat/ dabat. Muralis corona ex muri pinnis dabat ei qui primus murũ trãſcẽdebat. Naualẽ meruit q prim⁹ hoſtiũ naues ingreſſus uictor egrediebat quæ roſtris nauiũ inſignita erat. Oualẽ coronã ouãti ex myrto dabat. quæ arbor ueneris ẽ ꝙ nõ martius ſed quaſi uenereus qdã triũphus foret. ut q nõ ex iuſto hoſte: neq; p bellũ rite indictũ ꝓueniret. Oleagina corona uti ſolebãt qui in ꝓlio nõ fuerũt ſed triũphũ ꝓcurarũt q nõ haſta & ægide paladis: ſed oleo uictores. Poetis igit & hedera ſemp cohærẽs & laurus ſemp uirẽs cõuenit. ſi mõ ingenio bono bacchi mũere præditi ſint. Aut phœbo digna locuti. Nec a muſarũ caſtiſſimis cõciliis & fõtibus adhorrẽtes. Nã lubrici & laſciui ſordida canẽtes alia corona. ut inqt poeta digni ſũt unde ait. Taxus olens &c. Taxus arbor gracilis & triſtis & minime uirẽs dura & nullũ ſuccũ habẽs. Mas aũt ſola fert baccas noxio ac letali fructu. In hyſpania præcipue uenenũ ineſt. Vaſa etiã uinaria ex ea facta mortifera fuiſſe ĩ gallia cõptũ eſt. Eſtq; in archadia tã præſentis ueneni ut ſi qs dormiat ſub ea cibũue capiat moriat. Sũt q toxica uenena qbus ſagittæ tingũt. hinc dicta putãt. Repertũ ẽ ĩnoxiã fieri ſi in ipſa arbore clauus æneus abdat. hæc fere apud Pli. offenderis. Virgilius dicit eã in locis frigidis & aquiloni expoſitis naſci. Bacchus amat colles aquilonẽ & frigora taxi. idẽ dicit taxũ apibus eẽ noxiã. unde in buco. Sic tua cyrneas fugiãt examĩa taxos. Et in quarto Georgicorũ Neu ꝓpius tectis taxũ ſere &c. Taxi enĩ odor apes necat. Nã ut iam dictũ ẽ capiẽtes umbrã aut ueſcẽtes ſub ea necari cõptũ ẽ. Corſica etiã mella amarorẽ

Coronæ Diuerſæ

Taxus

habent propter copiã taxi unde Cyrneas quæ latine corsicæ dicuntur/taxos apibus fugiendas dixit. Et poeta olente taxo coronãdos dicit poetas qui to/

Eruca xica carmina quibus animi inficiũtur. eduñt. Eruca salax ab effectu facit enĩ hominẽ salacẽ: id est luxuriosũ & ad coitum pronũ. dicit enim a saliendo qđ ad armentorũ coitum pertinet. Eruca autẽ plurimũ libidinẽ excitat. Vnde Virgilius in moreto: Intybaq; & uenerẽ reuocans eruca morantem. Digna igitur ex qua lasciuus poetis qui itidem uenerẽ reuocãt fiat corona. Grauis

Cicuta herba Cicutæ. Cicuta herba est quæ habet caulẽ fistulosum. unde in illo bucolico hac te nos fragili donabimus ante cicuta. pro fistula ex cicuta accipit. Cæterum hanc herbã Diascorides Comon uocat arabice dicit succara Eius frigiditas uim iterimendi pcipue hoiem habet. sed uino meraco & calefacto huic malo subuenit. Quia itaq; frigidissima est. frigiditas autẽ pigriciẽ parit Nam Virgilius frigus pigrũ uocat. pigricies autẽ grauem facit & demissi animi. dicit grauis hærba cicutæ. Quæ quia frigidissima est nihilq; ueris poetis magis contrariũ. Nam dicit Ouidius. Est deus in nobis agitãte calescimus illo. Enĩ uero minerua dea ingenii de patrio uertice nata est. i. de purissimo æthere. unde qui frigida præcordia habent obtuso ingenio sunt. Vnde illud Sin has nõ possim naturæ accedere ptes. Frigidus obstiterit circũ præcordia sanguis &c. Merito sordidis poetis datur. Vnde inquit Sordidulos uates talia serta decent. Talia serta. id est coronæ consertæ uel ex taxo uel ex eruca. uel ex cicuta decent sordidulos poetas. Sordidulos per diminutionẽ a sordido deduxit. Neq; tamen hic iminutionẽ importat/ sed metri necessitudine

Salmacis coactus est pro primitiuo ponere/ quod etiã alias liceret. Salmacis est uobis helicõ. Salmacis fons est cariæ regiõis de quo Strabo ait libro. xiiii. Salmacis fons nescio quãobrem calũniatus tanq; emolliẽs eos qui inde bibant: hominũ enim mollicies uidetur ab aere uel ab aqua causam trahere cum ea minime sint causa molliciei. Sed diuitie & uictus incõtinẽtia. Salmacis nymph a dicitur rapuisse hermaphroditũ qui mercurii qui hermes. id est interpres diuum dicitur. & ueneris quæ aspuma. unde genita & quæ græce ἀφροσ dicitur ἀφροδιτη nominata est filius fuit & utriusq; parentis effigiem præ se tulit. ut dicit Ouidius in quarto de transformatis. Vbi docet Salmacem nymphã puerũ nudum ut sese in fonte lauet inuitasse. atq; ibi ipsum amplexam usq; detinuisse reluctantem Et deos orasse: ut ne unq; quidem ab eius corpore diuelli posset. Quod etiam exorauit Nam ambo in unum corpus gemini sexus conuersi sunt. unde hermaphroditus animaduertens se plane neq; uirum neq; fœminã esse a parentibus impetrauit ne solus infanus esset/ ut quicunq; eius fontis aqua contingeret ut ipse molleſceret. Vnde Ouidius. Ergo ubi se liquidas quo uir descenderat/ undas Semi marẽ feciſſe uidet mollitaq; in illis Membra manus tendens: sed iam nõ uoce uirili hermaphroditus ait. Nato date munera uestro. Et pater & genitrix amborũ nomen habenti. Quisquis in hos fontes uir uenerit exeat inde. Semiuir & tactis subito mollescat in undis: Motus uterq; parens nati rata uerba biformis. Fecit & inserto fontem medicamine tinxit & cætera. Eandem rem approbat idem libro. xv. eiusdem operis ubi sic ait. Quodq; magis mirum sunt qui non corpora tm̃ Verum animos eatiam ualeant mutare liquores. Cui non audita est obscœ/

næ Salmacis unda. De effœminatis ergo uiris dici poteſt quod Cicero cõ/memorat in officiis adducendo uerba Enniana ſic. Itaq; in probris maxime in promptu eſt ſi quid tale dici poteſt. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Illaq; uirgo uiri. Etſi qd eſt eiuſmodi. Salmaci das ſpolia ſine ſanguine & ſudore. Quæ uerba ut pueri intelligant hoc dicũt. Vos iuuenes qui uirilem ſexum habetis geritis animos muliebres. & illa uirgo uidelicet Chelia quæ ſtatuam equeſtrem meruit geſſit animos uiri. Et ſi quid eſt eiuſmodi uerba ſunt Ciceronis. qui. Et ſi inquit quid. id eſt aliquid eiuſmodi etiam dici poteſt. quale eſt Salmaci & cætera. Ordo eſt. O Salmaci tu das ſpolia ſine ſanguine & ſudore. hoc eſt facile ab effœminatis uictoria acquiritur. Salmaci eſt ergo ibi uocatiui caſus: qui ablatas littera quantitatem ſeruat. ut enĩ breuis eſt ultima in pallas colchis, Salmacis: ita in palla colchi Salmaci. Et contra: ut longa eſt ultima in æneas anchiſes. ita in ænea anchiſe. Nunc ad poetam. Quia ergo Salmacis fons Cariæ homines in molliciem trahit. idẽ/q; laſciua ſcribentes efficere moliũtur recte ait Salmacis eſt uobis helicon.

Date uota priapo. Et ponite thura helleſpontiacis aris. Hoc eſt quia non muſarum qui caſtiſſimæ ſunt ſed priapiuates eſtis ponite deo ueſtro ſacrificia. nihil enim uos cum muſis rationis habetis. Priapus hortorum & deus & cuſtos dicitur. Vnde Virgilius helleſpontiaci ſeruet tutela priapi. Diodorus autem ubi de diis ægyptiis loquitur ſic ait. Hircum deificarunt ut græci priapum propter eam corporis partem a qua fit omnium ortus. Pudendis enim non ſolũ Aegiptii: ſed & alii ſacra faciunt: tanquã cauſæ animantiũ generationis. Alio autem loco refert Dionyſii & ueneris filium fuiſſe Priapum phiſica ratione. Nam qui uino calent in uenerem proni ſunt. Alii dicunt uirile membrum priſcos priapum appellaſſe/ & q; generandorũ hominũ cauſa ſit imortalitate donaſſe. Aegyptii aſſerũt Tytanas Oſyrim ex inſidiis laceraſſe: & ſignulos ſingula membra clam exportaſſe Virile ſolum membrum quod nullus exportare uoluerit/ in flumen abieciſſe. Itaq; Iſis cum reliqua reppe/riſſet membra & conſecraſſet: & ipſum uirile inuenire non poſſet. ſe orſum ut deum colendum inſtituiſſe. Appellant Ityphallum & non ſolum in templis habebant: ſed in agris quoq; cuſtodem uiribus & hortis adhibebant. Quin & faſcinationes prohibere putatur. hæc Diodorus. Datur autẽ inquit Landinus deus hortis: quia nullũ genus agrorum fertiliuſ & quod magis gignat iis eſt. Seruius dicit priapum de Lampſaco ciuitate helleſponti. de qua pulſus ppter uirilis membri magnitudinem poſt in numerũ deorum eſt receptus & numen hortorũ habitus. Vnde ipſe ad ſe apud horatiũ in ſermonib⁹ Olim truncus eram ficulnus inutile lignũ. Cum faber incertus ſcamnũ faceret ne priapũ Maluit eſſe deũ deus inde ego furũ auiũq; Maxima formido nam fures dextra cohercet obſcœnoq; rubet porrectus ab ingume palus. Aſt importunas uolucres in uertice arundo Terret fixa uetatq; nouis conſidere in hortis Strabo ubi de phrigia ſcribit priapuſ port⁹ è inqt & urbs ad mare ſita ſiue a mileſiis ſiue a Cizicenis cõdita & nomẽ habet a priapo q apud eos colit Sine ex horneis q apud Corinthũ ſunt nomẽ acceperit: ſiue liberi patris & nymphæ filius dicatur. homines ad eum colendum moti ſunt. Nam hæc regio & finitima pariana & Lampſacena uineis abundant. Hic a iunioribus deus

Priapus

habitus est. Nam hesiodus priapum nō nouit. Exhis aūt quisquis est obscœnum esse deum constat & a sordidis uenereisq; cultum. quod poeta indicat.

Sit liquor asphalti uobis, p phocidis unda. Phocis regio est in qua pnasus & plurimi fontes musis sacri. quibus boni & honesti poetæ labra proluūt. At uobis inquit sordidi poetæ sit liquor asphalti qui sulphure & cæno nemphitim exalat/ubi inquit poeta ardor sulphuris. sulphur eni facillime incendit/stringit cōstringit. ideſt fluxum impedit atq; ita cœnositatē inducit atq; efficit infames aquas. id est a poetis dānatas. Desine/pone lyrā uates insane. Torquet sermonē ad unū genus poetarū: utpote ad lyricos atq; ita singulari utitur. Lyricorū autem ut inquit Horatius in uersibus quos posuimus. Musa dedit fidibus &c. Est describere laudes hymnosq; deorū & hoīum Itē amores & cōuiuia. Sed poeta dolet eos plurimū lasciuiā & ebrietatem canere. rarissimū aūt deos aut sanctos. unde indignos censes qui lyram tangant. Ait ergo.

Desine pone lyram uates insane. Insanū autē uocatū huiusmodi poetam qui obscœna describit bipharia accipimus. Vel quia omnes ueri poetæ insani sunt: omnesq; sui minime cōpotes. quādoquidē nisi diuino furore raperētur nō possent certo futura dicere. quocirca Virgilius sybillā de qua dictum erat in tertio. Insanā uatē aspicies. docet i sexto. omnino furere & insanire & rabido ore oīa proloqui. ut nō ipsa: sed deus per ipsam loqui crederet. Quin poeticā exercere insaniā re uocāt. unde in bucolico illo Insanire libet &c. Dolet ergo uatē insanū esse. hoc est aureā habere uenā & poetico sacroq; furore rapi posse/atq; diuina canere: dono dei/in describēdis turpibus abuti. quocirca ait Vates insane desine obscœna canere: pone. id ē depone lyrā. Vel ideo insanū uocat: quia abutit opa: quomō male sana dicit. in quarto Anna quæ sororē amore incensam adhortando inflāmauit. Nec ultra cum stygiis &c. Ostēdit rationē quare uult ipsos desinere: ut nō iungāt ultra. id ē posthac flumina. id est illius fontis musis sacratissimi: cū stygiis. ideſt infernalibus & tristibus uadis. id est ut nō amplius poetico spiritu lasciua: unde mors & tristitia infernalis legentibus orit canere tentet. De styge palude infernali quæ tristitiam sonat alio loco ubi dictū est per tabulā require. Dyrce autē fons est iuxta thebas a Dyrce solis filia in eū cōuersa denoīatus. Nam ut antea quoq; tetigimus Linceus thebarū rex uxorem habuit antiopē/ex qua iuppiter Amphionē & Zetum filios sustulit. Alii Calaim terriū addūt. Verū hac re offensus cū illam pregnantē resciuisset Linceus: ea repudiata dyrcen solis filiā nouam uxorē superduxit: quæ a marito impetrauit: ut antiope in uincula cōiceretur. Sed iuppiter calamitatē cōmiseratus/eam soluit. quæ in Cytheronem montē ausugit ubi filios quos dixi peperit: qui expositi a pastore nutriti sūt. Zetus aūt cū adoleuisset/dyrcen thauro alligauit/a quo tracta discerptaq; ē/& tandē in fontem sui noīs imutata. qui quidem fons musis sacer est habitus atq; ab amphione uate thebano pindaroq; nobilitatus. Nā uterq; ab eo dyrceus dicit. Prostituis musas meretricis imagine facta. Augmentat sceleris turpitudinē. plus etenim est uirginē prostituere. id est copiā eius omnib⁹ facere q; abuti dūtaxat. Ordo est tu prostituis musas facta imagine meretricis: hoc est fingis eas meretrices quæ de se honestæ sunt. Nā ut mulier meretricia toga infamis cognoscit/ita & poeticus furor sordibus inuolutus sordidus

Dyrce

æstimatur. Ipseq; puellæ (de musis loquor) quæ merito uestales essent & diuinis honoribus deditæ/ ad quos ægros etiã mortales cohortarent/ nunc lubricæ atq; molliter cinctæ ad uenere puocãt: sicut mulieres in meretricio habitu prætereũtem alliciunt. Ante cauernosi fornicis antra locas/ & locas inquit musas ante antra cauernosi fornicis. de fornice iã dictũ est: quem cauernosum dicit/ quoniã cauernis ut feræ in lustris latescũt mulieres. unde etiã lustra dicũtur meretricũ domicilia sicut ipsæ lupæ. Frangis honestatem frontis &c. Mõstrat quomodo fiat in illis meretricis imago. Frãgis inqt honestate frontis. In fronte enĩ cognoscit uerecũdia & seueritas: quã tñ simulatã Iuuenalis docet. cũ dicit Fronti nulla fides: quis enĩ non uicus abundat Tristibus obscænis: habẽt pudicæ mulieres frõtem demissam & modeste uelatam meretrices apertã & elatam. Gremiũq; sinũq; soluis quæ duo meretrico aucupio aptissima sunt. Sinus enim intra brachia est in quo mãmillæ sunt. Gremiũ intra fœmora unde & oĩs genialis seminis receptaculum gremiũ uocãt unde & gremiũ terræ. Soluis ergo quia utrũq; cõclusum nulliq; peruiũ uirgines habent. & infames mittis in ora modos. quartũ quo allectant mẽbrũ lingua est/ quo plurimũ blãdæ meretrices põnt. Vnde Tibullus. Nec uos aut capiant pendẽtia brachia collo Aut fallat blãda sordida lingua fide. Et si pq; suos fallax iurauit ocellos Iunonẽq; suã perq; suam uenerẽ Nulla fides inerit periuria ridet amantũ Iuppiter & uẽtos irrita ferre iubet. Et satyricus. Quod enĩ non excit at inguẽ Vox blanda? Modos. i. uersus & carmina q modis & numeris cõstat Loquũtur aũt musæ prithmos seu numeros. unde & numeri dicũtur a metro & modo. Oĩa das turpi &c. Tu das oĩa loca sacra musis turpi dione. i. ueneris matri. Atq; nõ finis esse locũ pudiciciæ. Propterea merito p uate. i. loco uatis hoc est poetæ uocabere. i. uocaberis leno. Leno dicit q ex meretricio quæstu uiuit Meretritias puellas aut uendit aut locat. qui uero huiusmodi uenditioni præest. sicut & equorũ mango solet appellari. Lenones festus Põpeius ab alliciendo deducit quoniã iuuẽtutẽ alliciũt. quasi sit a uerbo quo in simplici nõ utimur lecio/ in cõpositione aũt frequenter allicio illicio &c. Quia igit lenociniũ facis pstituẽdo musas merito p uate uocabere leno. Et hoc dico Elogio. i. præconio cõueniẽte tuo sceleri. i. quadrãte cum tuo facinore. Elogiũ est (inquit Valla) testificatio de aliquo siue uituperationis siue honoris causa. Vituperationis. ut Quinti. Non est iudices q; putẽs ideo nullũ adiectũ ad exhæredationẽ iuuenis elogiũ: qa de scelere constaret: Honoris causa. ut M. Tullius. In quod elogiũ plurimæ cõsentiũt gentes uirũ esse ciuitatis primariũ &c. Et iterũ. Quid elogia sepulchrorũ &c. Quæ qualia sint ait Valla. Suetonius in Claudii uita ostendit dicens. Nec cõtentus elogio. tumulo eius uersibus ase compositis insculpisse: uitæ etiam memoriam prosa oratione composuit. Elogium

Si legeret casu spurcum Lucretia carmen
Conteret presso carmina lecta pede
Quod prohibet fieri) quod uult natura taceri

Si legeret casu spurcũ Lucretia carmẽ &c. probat aliis argumẽtis detestabile eẽ carmen turpem

mores ꝓfitens. ut qđ nō niſi ab īfami muliere legi dignum ſit. Si etenim Lucretia inqt. i. quælibet honeſta matrona caſu ſpurcū. i. inceſtū & immūdum carmē legeret. Cōteret carmina lecta preſſo pede. dicit ſignate caſu/ quia honeſtæ matronæ ſcientes īmūda nō legerent. ſed ſi forte in manus acceperīt arbitrantes longe alia eſſe/ tunc ubi ſe falſas pceperint indignabundæ cōculcarent. Spurcū dicit inceſtū & immundū. Nā ſpurcos uocamus ex īceſto procreatos ut ex adultera aut ex ueſtali/ quos legitīos fieri aut hæredes fieri leuetat. Sūt aūt talia carmina ſpurca. utpote quæ ex ſanctiſſimis uirginibus ꝓ ſceleratos poetas ꝓcreant. Artificioſe aūt mutat numerū. Nā ut Seruius docet plus eſt in ſingulari q̄ in plurali numero. cū enī dico. mare pmenſuſ ſum. totū elementū ſignifico. cū uero maria: tūc quædam maris genera ſignifico Similiter q terrā perambulat totū elemētū circumit. qui terras certas patrias. Accipit ergo totū ſpurcū carmen ignara ut legeret. & deīnde ubi perſenſit immūdicīē carmina lecta. i. partē carminis quā legit cōterit. Nō enīm Lucretia tale carmen perlegerit. De Lucretia alio loco diximus. ponit aūt eam ꝓ quauis pudica matrona qualis Lucretia ut ſuo loco oſtēdimus. Si tamē Ouidium de ea audiue uacat finē ſecundi faſtoꝝ perlegito. ubi tanto amore pudiciciam ꝓſecuta docet/ ut ea puim ablata/ amplius uiuere nollet quin ubi ſua manu occideret honeſtatis rationem habuit. Nam ut inquit Ouidius. Tum quoq; iam moriens ne non procumbat honeſte Reſpicit hæc etiam cura cadentis erat &c. Quod ꝓhibet fieri: quod uult natura tacerī Promis. Arguit eos qui turpis amores in pueros aut ꝓfitent aut canunt. eos enī natura prohibet fieri. Quin omnem rem ceneream natura tacitam uult. Vnde Tibullus. Celari uult ſua furta uenus. Promis. Promere ſpectat ad eum q̄ ex penariis aut potum profert/ qui propterea promus dicit. a quo omnis qui abditam rem in lucem profert eiuſq; uidendæ aut protundæ copiam facit/ eam promere dicitur. Promis ergo. i. profers & apertum facis & putas eſſe urbanum: id eſt facetum & lepidum quales urbani ſunt mores. ſicut agreſtes & duros/ ruſticos uocamus. Falleris haud aliter &c. hydri ſunt ſerpentes aquatiles Nam ἀπὸ τοῦ ὕδατος dicuntur. Aconitum herba uenenoſa eſt. quæ

Promis & urbanum mellifluumq; putas
Falleris haud aliter q̄ qui pro piſcibus hydros
Pro uiolis tribulos aut aconita legit.
Id canis a ſola q; ſit meretrice uidendum
Quod niſi laſciuo non queat ore legi.
Procul a grauium cœtu ſcelerate uirorum
Fer procul a ſacra relligione gradum.
Hæc leuitas grauibus fit pernitioſa poetis
Nanq; leues ſtudio credimur eſſe pari.
Non bene de fidei rebus ſentire putamur
Innocui culpæ lædimur enſe tuæ
Hii ueriti non ſunt ſanctas per ſcorta ſorores
Ducere/ & ad tantum ſollicitare nephas.

Lucretia

Promo
Promus

Aconitum

ab Auicenna Strangulator dicitur. Naſcitur in locis nudis & petroſis/ quos Aconas uocant ut ait Plynius. Alii Aconitum dictum uolunt ab Acone portu qui eſt in pōto. Seruius autem ἀπὸ τῆς ἀκοπῆς: id eſt a cote. qui dicit qđ dicimus τὸ ἀκοπῆτον καὶ τὰ ἀκοπητα. Creditur enim inquit herba hæc nata inter cotes ex ſpuma Cerberi quo tempore eum Hercules ab inferis traxit de qua re uide Ouidium de tranſformatis libro ſeptimo ubi ſic ait Eſt uia deliuis per quam Tirynthius heros Reſtantem contraq; diem radioſq; micantes Obliquantem oculos nexis a damante cathenis Cerberon attraxit rapida qui cōcitus ira Impleuit pariter ternis latratibus auras Et ſparſit uirides ſpumis albentibus agros Has concreſſe putant nactaſq; alimenta feracis Fœcūdiq; ſoli uires cepiſſe nocēdi. Quæ quia naſcūtur dura uiuacia caute Agreſtes aconita uocant &c. Videtur autem poeta noſter ad conciuem ſuum Maronem reſpexiſſe qui ſic in lecūdo georgi. inquit de italia. At rabidæ tygres abſunt & ſæua leonum Semina: nec miſeros fallunt aconita legentes. Cōtra enim dicit. Pro uiolis tribulos aut aconita legit. Quid canis &c. Non egent interprete uerſus hi At ne ſequētes quidem duo. Graues uiri dicuntur maturi & ſeueri & in quibus eſt autoritas & pōdus uerborum. ut primo Aeneidos. Dum pietate grauem ac meritis ſi forte uirum quem Conſpexere ſilent arrectiſq; auribus aſtant Ille regit dictis animos & pectora mulcet &c. Ite ergo p̄ cul a cœtu grauium uirorum quia iampridem ſine autoritate eſtis ex quo laſciua dicitis & ſcribitis. Plurimum enim uita honeſta ad ſententiarum uerborum pondus facit. Nam ut Aulus Gellius libro. xvii. capi. tertio recitat. Timarchus ubi optime ſuaſit: quia turpis uitæ erat ut inquit æſchines non approbatus eſt: ſed eius ſententia per uirum minus facundum ſed melioris uitæ recitata/accepta eſt. Vnde inquit. Hæc leuitas grauibus fit pernicioſa poetis. Quia inquit poetæ plurimi turpia nunc canunt ſanctiſſimum poetarū nomen odio aut contemptui eſt. Namq; leues ſtudio credimur eſſe pari. Nam & boni inquit poetæ eiuſdem profeſſionis eiuſdemq; uitæ exiſtimantur: atq; ita boni propter malos contemnuntur. Qui olim in ſumma ueneratiōe erāt. Quandoquidem primi Theologi poetæ erant. Nihil aliud eſt poetica q̄ priſcorum theologia omni rerum ſcientia exornata. Nam ut teſtatur Manlius. Omne genus rerum docti cecinere poetæ. dicitur autem a ποιέω ſeu a ποιῶ quod eſt facio. Nam deum quem nos modo factorem cæli & terræ. Modo creatorem uocamus. græci poetam appellant. Non igitur aſpernandum eēt poetæ nomen ſi ipſi dignas poetas res canerent. At nunc pauci boni multorū ſcelera luunt. Nā ut inqt poeta. Nō bñ de fidei rebus ſentire putamur. Qualia enī qſq; loqtur talis credit. Et q obſcæna ſcribūt primū īter poetas ſibi locū uēdicant. Nā gloriæ nō uirtutis auidi ſunt. Ideoq; oēs poetæ inhoneſtæ cenſentur. Reliqua facillima ſunt: qualia etiam hæc.

Vina mimalloniæ uobis dant cretica bacchæ
Et uetat infundi ſordida thyas aquam
Tale docet Semeles puer & lemargia carmen

Vina mimalloniæ uobis &c. Mimallōes bacchæ mulieres ſūt comua in feſtis bacchi quæ or/ Mimalloneſ

Bacchidas & ueneres iſta poeſis olet
Caſtalium ueri potant non uina poetæ
Sobrietas fons eſt ebrietaſq; merum
Qui bibit aſſidue gelidis de fontibus undam
Et uitrio ſiccam diluit amne ſitim
Carmina caſta facit. Veneris cõmertia uitat
Nec mouet ad ueſtus ora pudica leues
Vina iocoſq; canunt ueneris bacchiq; poetæ
Quod latet in uapido pectore carmen olet
Hi ſunt quos ſtatuens ſancti cõſortia cœtus
Eſſe procul iuſta iuſſit ab urbe Plato
Fautores ſcelerum corruptoreſq; iuuentæ
In mala deceptum plurima uulgus agunt
Dumq; licere uolunt ſuaſit quæcũq; uoluptas
In mores acuunt ſpicula multa pios
Improba garrulitas uerbiſq; procacibus ardens
Seminat in ſanctam noxia uerba fidem.
I miſer & ueniam ſuperos pro crimine poſce
Ante flagellati uulnera quinq; dei
Voce genu flexo: lachrymis & pectore tonſo
Fletibus erroris damna repende tui
Carmine qui celebrat ueſana cupidinis arma
Et ueneri neruos iugeniumq; dicat
Hic iacit in ſaniem uiolas: in ſtercus amomum
Atq; ſub obſcenos lilia uerna ſues
Sulphuream lethes haurit de fontibus undam
Et ſtygiam lato gutture potat aquam.
Se facit indignum ſeperos qui cernat & aſtra
Nam miſer in ſolam lumina uertit humum
Tranſfugit a ſuperis ad limina ditis: & ardet
Gaudia contempto luxurioſa deo.

gia dicunt ferentes eaq; ſpiritu ſiflãtes: cognoſcãtur ut nõnulli uolũt a Mima mõte Ioniæ: iuxta quem Strabone autore ſolennia & certamina libero pri quotannis celebrabant. uel ut alii uolũt a mimiſi. i. abimitatiõe q; bacchũ imitent in ferendis cornibus. de quo ſappho apd Ouidium. Accedant capiti cornua bacchus erit Quin & Caſſandram Lycophrõ clari Mimallonẽ appellauit q; i claro ubi Apollinis reſpõſa dabant artẽ uaticinandi ab eo edoctã illũ in uaticinando imitaret. Itaq; Mimallonides bacchæ ſunt imitatrices ſacerdotũ bacchi hoc eſt meretrices & potrices qbuſcũ uerſantur uinoſi & mulieroſi poetæ. Sic etiã a Perſio adducit. Torua Mimalloniis ĩplerunt cornua bombis. quaſi dicere talibus bombis quales Mimallones edunt. Accipies igitur ſic bacchæ Mimallõiæ. i. imitatrices dãt uobis cretica uina/ quæ hodie laudatiſſima. Nã

ea ſunt quæ uulgo maluatica uocantur/ ueniunt enim ex creta quæ uulgari/ ter nunc a candore candia dicitur. Et Thyas ſordida/ quaſi dicat præſes bac/ charum uetat aquam infundi. hoc eſt meracius bibitis quo ampliter ebrii ſi/ tis. uinũ purũ merum dicit̃/ & meracũ. uinũ aquatũ/ dicit̃ etiã dilutũ a diluo. male aũt latine ſciunt qui lymphatũ uocant: qñ ipſi potius ita uocẽtur. Thyas dicit̃ ab eo quod ẽ θυειν. i. furere. furiũt enĩ bacchi ſacerdotes unde de bacchari uerbũ ſumit̃. Acron Thyadas bacchas uocatas uult quaſi theadas a ſacrificio. Nam theon græci deũ uocant. Tale docet Semeles puer &c. i. bacchus filius Semeles ex Ioue uide ubi de utroq; diximus Lemargia luxus uoluptatũ eſt. Iſta poeſis. q. d. deteſtãda olet bacchidas & ueneres. Olet. i. appetere uidet̃ uel certe præſe fert. Vñ Horatius. Vina fere dulces oluerũt mane camœnæ. Bacchis meretrix comica ẽ ut apud Terentiũ. Bacchidas ergo græce declinauit. unde & recte breuẽ poſuit as ſicut ſemp in tertia declinatione. Eſt aũt cõueniens nomen: nam bacchides compotrices pleræq; ſunt. Veneres ergo & bacchidas p omnibus meretricibus poſuit. quæ poſt uina petũtur Vñ apoſtolus Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria. Et Comicus. Sine Cerere & baccho friget uenus. Caſtaliũ ueri potãt &c. Verus inquit furor poeticus a muſis non a uino oritur. Nam ueri poetæ caſtaliũ fontẽ non uina/ Sobrietas enĩ eſt ille fons quẽ poetæ potant. Nam ebrietas eſt merũ. i. uinũ impermixtũ. hoc eſt p ſobrietatẽ uenitur ad fontẽ muſarũ: per merũ aũt ad ebrietatẽ. Qui aſſidue bibit undam. i. aquã undantem & ſalientẽ de gilidis fontibus. Et qui diluit irrigando ſedat ſiccam ſitim. i. quæ ſiccas fauces efficit uitrio. i. puro & pellucẽte amne. i. aqua quauis facit caſta carmina/ & uitat commertia ueneris hoc eſt rem uenereã. nõ enĩ babet rationẽ cum ea. Nec talis mouet ora pudica ad leues. i. iocoſos & lubricos ueſus qbus leues. i. ſine grauitate & conſtãtia ſimus. Et ecõuerſo poetæ bacchi canunt uina: & poetæ ueneris canũt iocos. i. dicaces ſales dicteria & iocularia uerba. Carmen quod latet in pectore uapido. i. uini pleno unde uapores eriguñt̃. olet. i. odorẽ exhalat hoc eſt carmina quæ a uinoſis fiunt uini ſaporẽ habẽt. Nam qualis quiſq; eſt & talia loquit̃. Nã ut notũ uerbũ eſt Ex abundãtia cordis os loquit̃. Seneca. Imago animi ſermo eſt: qualis eſt uir talis oõ. Eſt enĩ uox (ut dicũt) angelus. i. interpres & nũcius mentis. Vñ in de poetica Hora. Format enĩ natura prius nos intus ad oẽm Fortunarũ habitũ/ iuuat aut impellit ad irã Aut ad humũ mœrore graui deducit & angit Poſt effert animi mot⁹ interp̃te lingua Hinc Seneca. Turpia ne dixeris paulatim enĩ pudor rerũ p uerba diſcutit̃ &c.

Hi ſunt quos Plato iuſſit abeſſe procul ab iuſta urbe: ſtatuens: id eſt cum inſtitueret cõſortia ſancti cœtus: id eſt ciuitatis quæ ſancta eſſe debet. Plato de repub. loquens dicit pernicioſiſſimum eſſe genus hominum qui turpia canẽtes & loquentes: animos uiriles effœminant/ eoſq; ut peſtem propulſandam monet. Nam fautores ſcelerum & corruptores iuuentæ: id eſt iuuentutis. uel reuera iuuentæ iuuentutis: id eſt iuuenum: Nam iuuentus iuuenes ſunt. Iuuẽtas ætas iuuenilis. Iuuentas dea ipſa. Agunt: id eſt impellunt uulgus: id eſt in doctam & improuidam plebem in multa mala. Et dum huiuſmodi poetæ uolunt licere: id eſt licitum uideri quæcunq; uoluptas: id eſt turpis libido: ſuaſit acuunt multa ſpicula in pios mores: id eſt multis argutiis uirtutem inuertũt

ac turpitudinem defendunt: asserentes sibi licere talia scribere dūmodo honeste uiuant unde illud quod modo adduximus catullianum. Nam castum esse decet pium poetam Ipsum: uersiculos nihil necesse est. quæ res efficit ut dum multi licenter iocosa & lasciua scribere studēt multos in nequiciam trahant. atq; ita spicula quæ iacula ad morem spicarum acuta sunt: acuunt in pios mores. Improba garrulitas &c. Garrulus dicitur qui ut auis/cuius proprium est garrire: omnia indifferenter loquitur. Inde fit Garrulitas. Procax fit a proco. Procus autem est qui cōiugem aut amicam sibi petit. quo nihil impatientius aut importunius sæpe est. Vnde penolope. Turba ruunt in me luxuriosa proci. Et Dido. Rursus ne procos irrisa priores Experiar: Inde ergo Procax/ qui pluribus uerbis & importunis rem efflagitat. Verba autem hic procacia sunt mollia & lasciuiuscula qualia a blandis procis fiunt. dū student animam puellæ allicere. Et quia ut dixi crebro aut importune id faciūt. dixit. ardens garrulitas. ardens & feruens dicitur quis studiose moliens rem efficere. sicut frigere cessantes & ociosi. Noxium dicit quod nocet. Contra autē fidem est defendere peccata aut asserere cuiq; licere impudice loqui. I miser &c. flagellati dei christi qui deus & homo. uoce. i. oratiōe. genu flexo/ eo modo quo diximus plenius quid esse in singulari q̄ in plurali. Non enim negat utrumq; genu flectendū esse. Repende. i. persolue. tractū a pœna pecuniaria quæ pendebat. Pendit enim qui mutuo dat aut fœneri aut quouis pacto obligat. rependit qui persoluit. Contra scribit qui se obligatum fatetur. Vnde Scribe decē uerio &c. rescribit qui: solutionis scriptum recipit. Repē de ergo fletibus quod peccasti iocis. Carmine qui celebrat: Nerui in carmine nexus illi quibus partes eius cohærent. Dicuntur item compages cuiusq; rei. dicūtur & uincula pedum. Vnde illud Catonis. Fures priuatorū furtorū in neruo atq; in compedibus ætatem agunt. Fures publici in auro atq; in purpura. Sic etiam dictum uidetur posuisti in neruo pedes meos &c. Qui igitur celebrat. i. celebria facit carmine. i. quouis poemate uesana arma aut iacula & flammas & incitamenta amandi. cupidinis. i. amoris. Et qui dicat. i. destinat addicit dedicat ingeniū & neruos. i. artem & uires ueneri. hic iacit uiolas insaniem. i. allegorice. Diuina munera sordibo obruit. & iacit. i. proiicit abiicitue amomū in stercus: id est in putredinem & iacet uerna lilia: id est formosa & tempestiua qualia sunt in uere/ sub obscenos sues qui cœno gaudent. Horatius. Et amica luto sus. Sulphureā &c. Hic etiam haurit de fontibus lethes illi? fluuii infernalis qui obliuionē significat/ sulphureá undam & potat lato gutture stygiam aquā. i. poculū tristiciæ ex styge lacu per quem tristicia connotatur. Se facit indignum &c. Ordo facillimus est. Sanies dicitur pus. i. sanguis corruptus & quæcūq; immundicies de corpore stillans ex corruptione carnis aut sanguinis. Stercus uocatur ex crementū alui. Et etiam omnis putredo. aut sordes. Vnde Dauid. Et de stercore erigens pauperem. Amomū ait Diascorides est genus herbæ odoratissimæ: cuius frutex similis est botruo in circuitu cuiuslibet arboris nascens. ramulos habens siccos & duros uirgulis assimiles coloris subrufi: circa quos folia copiosa. ex thyrso botruosum semen redolens & sibi connexum florem album ueluti uiolæ foliis similia bri oniæ habet. Brionia uero uitis alba est. Triplex inuenitur armenicum quod

Sanies
Amomū

cæteris prestat aurosi coloris uel fului. odoris boni. Secundũ medicum. Tertium ponticum. Plura apud Plynium leges. Sub obscenos sues. Bene usus est accusatiuo: quia mutationem loci importat. Obscænum dicitur turpe & fœdum quasi obuolutum ceno. Sus græce ὗς dicit. mutata ergo aspiratione in s fit sus. Lethe est fluuius obliuionis. styx tristitiæ. Se facit indignũ supos qui cernat & astra. honesta locutio. sic enim frequẽter utunt iis dictionibus dignus & indignus sequente relatiuo. ut dignus es qui ameris. q.d. ut sis is qui ameris. facit ergo se indignũ qui cernat. i. is sit q aspiciat. qa enim terrena amat & carnalia. ad res terrenas carnalesq; aspicere habet. non ad eas qui altiores sunt ut eis fruatur. Ditis. i. Plutonis quem quare ditẽ uocãt requires suo loco. Ardet. i. impatienter & cum ardore amat luxuriosa gaudia contempto deo. Maior autem culpa est q; deum contemnat q̃ q; gaudia luxuriosa amat Ideo autem deum contemnit. quia spretis diuinis præceptis: amicæ aut carnis iussa facit. Nam si pluris deum faceret: utiq; eius præceptis obediret. Negligentia ergo cõtemnit. Nã qui directe deũ spreuerit: nõ amans sed demẽs uocandus esset. Nec flagello sed face castigandus. Verum ad reliqua.

Est opus ardentem frenis arcere iuuentam
Nec sinere in mores luxuriare malos
Collige terrenis mixtum de sordibus aurum
Gemmaq; in illustri splendeat ista loco.
Est deus-est trinum semper laudabile numen
Vnde trahunt rerum semiua prima genus
Spirituum soboles cæliq; decemplicis astra
Astrorumq; uices multiplicesq; uiæ
Sunt animæ diuum nitido quos æthere uirtus
Donat-& hos sanctos indigetesq; uocant
Et quæ materiam præbent elementa caducis
Rebus & æternæ dant alimenta neci
Sunt erebi manes sunt tartara nigra, lacusq;
Sulphurei: & nigri regna profunda Iouis
Sunt loca pœnarum: sunt altæ erguſtula mortis
Sub quibus æterno lucifer igne calet
Sunt scelerum pœnæ: tormentaq; debita nostris
Sordibus-& ueneri carminibusq; tuis
Sunt ea quæ profert aer-quæ parturit æquor
Quæ generat pingui dædala terra sinu

Est opus ardẽtem frenis arcere iuuentam. Quantum flagitium sit iuuentutem ad nequiciam inuitare: poeta paucis perdocet. Nam ipsa natura fomitẽ sufficiente ardens est: quocirca nõ instigãda est: uerum quanta maxima diligentia fieri potest refrenanda. Neq; uero ꝓpterea nos poeta a musis auocat/q; a uenere & baccho reuocet: nec segnẽ iacere iuuentam nostrã præcipit. immo mille argumenti genera ostendit: quibus ingeniũ exercita

ri& ad lætam fru gẽ perduci poſ/ ſet. q̃ oĩa ordine fere quo de eis Plyníus in natu/ rali hiſtoria ſcri/ bit exequiť. Tan dẽ quib⁹ arbitris uenerabile poe/ tæ cognomẽ aut ſi mauiſ agnomẽ mereri poſſimuſ edocet. & hæc ſũ ma eſt. Opus eſt id eſt operæ pre/ ciumuel utile eſt arcere. i. reſtrĩge refrenis iuuentã ardentẽ. i. ad ue/ nerem & nequiſ ſimã uitã feruen tem. Nec & non ſinere .i. perpeti malos mores in ea luxuuiare. i. lu xurioſe & abũdã ter excreſcere.

Proinde. Colli ge aurum mixtũ de terrenis ſordi bus. Et iſta gem/ ma ſplẽdeat in il luſtri .i. eminẽte loco. Obſcurior

Multicolor facies agri ſiluæq; comantes
Multiſonæ uolucres multiuagæq; feræ
Sunt ſophiæ partes-eſt ingenioſa matheſis
Verbaq; clamoſi litigioſa fori
Sunt hominum uitæ: ſunt digna negocia uerſu
Plurima geſta foris: plurima geſta domi
Collige diuorum mortes: & fortia facta
Inclyta martirii bella rubentis habes
Iugera multiferæ tibi ſunt telluris & horti
Nauigium merces ueliuolumq; mare.
Sunt tibi pampineo ueſtiti palmite colles
Sunt iuga ſunt ualles: multicomumq; nemus
Arua: lacus: urbes: caſtella: ſuburbia: uillæ
Sunt caua: ſunt tenui flumina preſſa uado
Elige de multis aliquid: tibi copia rerum
Maxima: materiam carminis iſta feret
Nata freto uenus eſt: uenerem q; ſub æquora mitte
Infima qua nigris pallet abyſſus aquis
Id cane quod tetrici poſſint audire catones
Quod probet hyppoliti penolopeſq; pudor
Tunc ego te uatis dignum cognomine dicam
Tunc tua cantari digna poeſis erit
Tunc helicona bibes caſtiſq; rigabere lymphis
Si nenus in uerſu non erit ulla tuo.

eſt in his duobus uerſibus ꝓpter metaphoram ſentẽtia. nos tripharia interp̃/ tabimur primo ſic ut ſit figurata iuſſio: quæ tacitam prohibitionẽ habet. Col lige aurum mixtum de terrenis ſordibus. Aurum enĩ non eſt niſi lutũ indura tum & fuluo ſplẽdore perfuſum. ꝓinde quia mixtũ eſt ſordibus: multorũq; cauſa malorũ. Oblique uult ut aurum deſpiciamus & ad bonos mores prope/ rem⁹ur ĩ Iuuenalis ultima ſilua uidim⁹ auri fames plurimũ obeſt. Itaq; amare dicit Collige &c. Et iſta gẽma/ quã tu tãti facis nõ ꝓpter uirtutẽ/ ſed raritatẽ in duct⁹ ſplẽdeat ĩ illuſtri loco. i. i auro rutilo. oẽs enĩ lapilli p̃cioſiores/ & dec⁹ & uirtutẽ p̃cipue ĩ auro hñt. q̃ ſnĩa bona qdẽ eſt: ſed ſequẽtib⁹ minus q̃dr̃ãs. Se cũdo ſic Collige de ſordibus terrenis aurũ mixtũ. i. ex his q̃ ab amaſiis poetis amatorie & ſordide dicta ſũt collige tu Iuuenis. aurũ Quõ aiũt Virgiliũ cũ p/

cunctaret: atqui tãtope in ennianis libris uersaret. ita nõdisse Collige aurum de ennii stercore. i. uobilẽ sniam sordide dictã. Tertio põt poeta ꝓsua mo/ destia de se loqui extenuãdo uires. ut sit Collige de sordibus. i. de iis quæ mi/ nus lepide ꝓponã aureã ferraginẽ scribẽdi. & ista gẽma splẽdeat in illustri lo co. i. hãc tibi ad gloriã assume. Hæc aũt interpretatio sequẽtibus uiã apit: sed nõ tã hũilẽ se poeta cognoscit. neq; is est q ubi sordes uetat. se sordib⁹ pollui diceret. præsertĩ cũ primũ argumẽtũ de deo ꝓponat. Relictis ergo ambagi/ bus (nõ eteni hæc dixi ut assentires sed ut dissentire audeas). Collige aurũ .i. nobilẽ & p̃cioſam materiã & purã quale est aurũ purgatũ de terrenibus sor dibus mixtũ. i. ex tãta rerũ ferragine excerpe puriſſima quæq;. & ista gemma (quæ etiã ex sordibus colligit) splendeat in illustri loco. i. & eã materiã quã tibi sũpsisti cũ decoro psequere. Est deus. est trinũ &c. Nũc quas res ꝓ argu mẽto sumere possumus colligit incipiẽs ab fonte oĩum rerũ deo. Cuius inqt trinũ nomẽ est semp uenerabile. Nã ut christianus trinitatẽ personarũ ĩ una diuina essentia (si ita dicã) ꝓfiteꝫ. Prima semina rerũ sũt elemẽta. Nõ ergo ut qui creationẽ ex nihilo negarũt. chaos æternũ fuisse ꝓtestaꝫ. sed oĩa quæ citra deũ sunt a deo creata dicit. semina quidẽ rerũ ĩmediate. res uero cõpo/ sitas naturæ mĩsterio cuius deus arbiter & dirẽctor est. Trahũt genus. i. gene ratiões sui & ꝓductionẽ. Spirituũ soboles. i. naturas intelligẽtiarũ choros & ordines angelorũ. uel/si uis rerũ ordinẽ inuertere/quod me auspicẽ nõ fece/ ris/dices sobolẽ spirituũ qm̃ incubi perhibentꝫ sublecto semine genuisse. Sed qui auscultabit accipiet ꝓ spirituũ generibus. Sũt eteni secũdũ deum naturæ spirituũ. Melius aũt spirituũ dixit/q̃ angelorũ. quia angelicũ nomen ex offi/ cio datꝫ. dicũtꝫ eni angeli. id est nũcii. Cæliq; decemplicis astra. decẽ enim sũt orbes cælorum primus. i. citimus. hoc est ꝓximus ad nos est lunæ. secundus mercurii. tertius ueneris. quartus solis. quintus martis. sextus iouis. septim⁹ saturni. octauus fixarũ stellarũ. nonus est cristallinus. decimus est eius quod cælum empyreũ uocant. Bono ordine post deum & spiritus cælos ponit qa ut docet Macrobius a luna deorsum natura incipit caducorũ. Nam luna ipsa est in confinio transmutabiliũ & intransmutabiliũ. primũ ergo de perpetuis dicit. Astrorumq; uices multiplicesq; uiæ. uices. id est uicissitudines: quas in terris efficiũt uariis inter se conspectiõibus. uiæ sunt quibus cursum habent Inuitant ergo ad astronomiã. Sunt animæ diuum descendit ad partẽ cadu corum/e quibus primos qui ĩmortales sunt animos nostros elicit. sed tamẽ postq̃ hinc euolarint. Sũt ergo animæ diuũ. id est diuorũ hoc est sanctorum quos uirtus donat æthere. id est cælo/sicut cælũ pro aere & æthere ecõuerso reperitur. & uocant inquit hos quos diuos dixit/ sanctos & ĩdigetes. San/ctos quidẽ etiam apud nos indigetes apud priscos. apud quos etiam sancti di cebãtur. Vnde Aeneas ad patrẽ quem deum effectũ asseruit. Salue sancte pa rens iterum saluete recepti. Ne quicquã cineres. Indigetes autem sunt (inqt festus Pompeius) quorũ nomina uulgari non licet. Idem paulo post. Indi/ getes indigetis facit. hoc nomine Aeneas ab ascamo nominatus est cũ pugnãs cum mezentio. nusquã apparuisset in cuius nomine etiã templũ construxit. Hæc ille. Seruius dicit eundem efle uocatum iouem indigetem. auctoritate Ouidii/qui quartodecimo Methaphor. Iucunde docet eum omnẽ morta/

Indigetes

litatē inimico flumīe abluisse/qđ fabulosū nō credo.nā si in eo submersus ē. satisq; semel uiuenti semel mori.credere licet/ipsum mortalitatē moriendo deposuisse.uerba Ouidiana ad finem fabulæ sunt Quicquid in Aenea fuerat mortale repurgat. Et resperſit aquis: pars optima restitit illi. Lustratum ge/nitrix diuino corpus odore Vnxit/& ambrosia cum dulci nectare mixta.Cō/tigit os fecitq; deum quē turba Quirini Nūcupat indigetem temploq; ariscq; recepit.Et Tibullus ipsum utroq; nomine compellat. Illic sanct⁹ eris cum te ueneranda numici. Vnda deum cælo miserit indigetem. Sane sanctum est: quicquid sancitūe st.ne uioletur:aut cōtaminetur. Indigetes autem uocabāt qui ex homīe mortali ad immortalitatē receptí credebātur:quales sūt quos nostra religio sanctos dicit.Et quæ materiam præbent elementa caducis re/bus:nūc ad caduca uenit seruato ordine. Nam primo rerū principia quæ ele/menta uocantur memorat.sunt autē quattuor:terra frigida & sicca. aqua fri gida & humida.aer humidus & calidus.Ignis calidus & siccus. Quæ elemen/ta uocantur.uera tamen eleméta quæ omniū rerum principia sunt Aristote les Materiā formam & priuationē ponit. Nam & ipsa quæ elementa uocan/tur ex materia & forma sunt.Et æternæ dant alimēta neci. Maro enim docet animas purgari in quattuor elementis. ut libro sexto. Ergo exercentur pœ/nis ueterūq; malorū Supplicia expēdunt/aliæ pandunt inanes.Suspensæ ad uentos:aliis sub gurgite uasto Infectum eluitur scelus.aut exuritur igni.Ma/ronis autē uerbum siquis cum fide nostra conformare uolet. de his intelligi tur.qui in purgatorio sunt. Poetæ autē nostri de his qui in inferno.ubi æter/na est mors.quia semper moriūtur:nec tamen mortui sunt unquā. Qui aue/ro affligūtur a sæuissimis tortoribus non inepte dixit neci. Nihil autem chri stiano hæsitandum est omnes qui in mortali peccato decedunt in ignē æter num abire: quod ueritas ipsa. quæ neq; fallere neq; fallí potest protestatur. Sunt tamē qui de loco disputant. Nam non ignobiles sunt qui in globo aut regione ignis id fieri putent. Alíi in centro terræ quod maximū a sede beato rum abest. Propter ignem ergo qui æterno fontes cōburet dixit/& æternæ dant alimenta neci. Sunt erebi manes.exequitur & eas res quæ in plaga ca/ducorum perpetuæ sunt.Manes inquit Seruius animæ sūt quæ egressæ cor/poribus nondū alia intrarunt corpora.Sūt maximæ & dicūtur per antiphra/sim. Nam malū bonum est. Vnde & mane dictū.ut Eumenidas. parcas. bel/lum.lucum.per contrariū sensum dicunt. Alii manes dicunt a manando.Nā animabus plena sunt loca inter lunarē circulum & terram.unde defluūt. Alii manes deos infernales putant.Hæc ille. Cuius duæ priores opiniones erro/rem habent. Nam neq; in alia corpora transire:neq; ante infusionem creatas esse credimus. Tertia fabulosa est.uerum huic loco magis cōformis. Nā uel spiritus malignos uel animas peccatrices possumus Erebri manes apellare. Erebus autem græcū est & significat obscurū scribitur.sine aspiratione a peri tis dicitur q; ex nocte plurima generasse. Item. Sunt tartara nigra: lacusq; sulfurei & nigri regna profunda iouis. Nigri iouis.id est plutonis quē iouem stygium appellat Virgilius in q̄rto Aeneid. Sacra iouí stygio quæ rite ince/pta paraui. Perficere est animus &c. Dicit ergo nigri iouis ad discretionē cæ/lestis. Nam regna profūda etiā de cælo intelligi possunt. Nam Virgilius cæ/

lumq; profundū dicit. eo q; procul a fundo sit. Sed is iuppiter nō est niger. id est nocēs: sed iuuans pater. Vnde tris ioues tris iunones tris mercurios &c. legimus. Supernū infernū & mediū. Vnde de Iunone. Iunoni infernæ dictus sacer. Tangit ergo materiā quā homerus & Virgili⁹ de inferis tractarūt quæ ampliter se offert uolenti scribere. Sūt loca pœnarū &c. idē dicit, q; scilicet possumus describere pœnas ifernales. Sunt altæ ergastula mortis. Nonius Marcellus Ergastulum & ergastulus genere ita & intellectibus differūt. Nā neutro carceris locus est. Masculino custos pœnalis loci. Luc. in. xv. Noner/ gastulus unus & alius iudicem apposuit ut nemo sententiā libere q; ergastu/ lis dicere possit & cetera. Ergastula ergo altæ mortis. id est carcer infernalis Sub quibus eterno lucifer &c. Lucifer hic nō est sydus matutinū: quo modo secūdo Aenei. Iamq; iugis sūmæ surgebat lucifer idæ. sed p principe demo/ niorū. Sunt scelerū pœnæ. de quibus Virgi. in sexto. inducit admirabundū Aeneā percunctantē. Quæ scelerū facies o uirgo effare quibusue Vrgentur pœnis quis tantus plangor ad auras. Et sybillam post multa sic concludentē Non mihi si linguæ centū sint oraq; centum Ferrea uox: omnes scelerū com prendere formas. Omnia pœnarū percurrere nomina possem. de his igitur quilibet scribere potest. Sunt ea quæ profert aer. Nūc ad generabilia & cor ruptibilia transit. Primūq; de his quæ in aere proferuntur/ quæ a phisicis im pressiones uocant. de quibus Aristotelis in methoris. Cuiusmodi sūt fulmi/ na: fulgura nubes coruscatiōes tonitrua grandines: pluuie imbres niues ros pruina: iris: casma: hyatus. & id genus multa: præter animalia quæ demittūt Quæ pturit æquor. oīa enī aīa aliū genera quæ ī terris etiā ī mari eē uolūt. at/ q; alia q̄plurima. uñ Virg. in. vi. Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pōt? Quæ generat pīgui dædala tra sinu. dædala. i. affabra artificiosa q̄lis dæ dalus. de quo alio loco. sinus dī oīs curuatura ī sinū collecta. uerū uidet hic sumi p gremio iuxta prius dicta. Multicolor facies agri. facies. i. spēs uirg. de rosa. Tot spēs tātosq; ortus uariosq; nouatus Ipsa dies aperit cōficit ipa dies. Sane facies dī oīs rei spēs & forma. uñ in qnto Aenei. Quibus aspa quondā Visa maris facies. de hac re Nonius Marcel. Faciē totius corporis formam. προσωπον. i. os posuit antiquitas prudēs. ut ab aspectu spēs. & a fingēdo fi/ gura. ita a factura corpis facies. Plautus in penulo. Sed ea nutrix qua sit facie mihi expedit? Statura nō magna corpe aquilino ipsa é. Pacu. Nupta ætate in tegra. feroci ingenio: facie, pcera Salustius historiarū li. ii. Sardinia in africo mari facie uestigii hūani in occidētē q; in oriētē latior. Valla dicit. Facies ma gis ad corpus. Vultus ad aīum refert atq; uolūtatē. uñ descēdit. Ná uolo su pinū hēbat uultū &c. Nō ē ergo solius oris uerū totius facturæ facies. Est er/ go multicolor facies agri. Quia agro; quattuor sunt spēs teste uarrone. oīs enī ager aut aruū ē. i. sationalis: aut arborib⁹ cōserēdus: aut pascuus pecorib⁹. aut floridus ī quo sūt horti apib⁹ cōgruētes. itaq; Virg. iiii. geor. li. scripsit. Sil uæq; comātes. i. frōdētes & emētes uarias comas. uñ illud hora. diffugere ni/ ues redeūt iā grami a cāpis arboribusq; comæ &c. Siluæ si latinū ē ut qdā uo lūt a silēdo p inīm scribit. Si a græco ὕλη hoc ē hyle quā materiā primā uo/ cāt p y scribet. & p h sumet ut sæpe fit. s. ut ἐχ sex ἓμι semi &c. Multisonæ uo lucres. i. uariorum cantuū & sonorū: quasi multis modis sonantes in siluis.

Ergastulum
Ergastulus

Facies
Species
Figura

Vultus
Agrorum
Species

Siluæ

Multiuagæ q; feræ. i. multis uagãtes modis uel multæ uero uagabundæ. ſi/cut luna dicit noctiuaga: qa noctu uagat. hñt ergo actiuã ſignificationẽ. Sũt ſophiæ ptes. ſophia eſt ſapia ſed græcũ eſt. Vnde afranius in togata cui fellæ nomẽ eſt inducit ſapiam ſic loquẽtẽ ad po. Ro. Vſus me genuit. mi peperit mẽoria Sophiã uocãt me graii uos ſapiam &c. Sophos enĩ ſapiẽs ẽ/quo mõ antiq; ſapiẽtes uocabãt. donec pitagorigas ſe nõ ſophõ. i. ſapiẽtẽ. ſed philoſophon. i. amatorẽ & ſtudioſũ ſapiẽtiæ uocari uoluit. Sũt ergo ſophiæ. i. ut nũc dicũt philoſophiæ partes. ut quæ de deo eſt quã theologiam uocant. de re/bus ſupnaturalibus. quã metaphiſicã. de naturalib⁹ quã phiſicã. de moribus quã ethicã dicũt. Eſt ingenioſa matheſis. quã mathematicã uocant. Verbaq; clamoſi litigioſa fori. de foro iudiciali intelligit. atq; ita leges & iura. amplã uolẽti ſcribere materiam præbere docet. horatius uafrum & nodoſum uocat ſane litigioſum eſt forũ. Sũt hoĩum uitæ &c. geſta foris. i. militiæ & in lega tione. geſta domi. i. in pace & ocio. Collige diuorũ. i. ſanctorum mortes. in/telligit de morte aĩalis. nõ aiæ. Nam iuſtus in perpetuũ uiuet. Martyr græcũ eſt ſignificat teſtẽ. Rubentis ergo martyrii dicit uulgarẽ ſignificationẽ de/terminet qua martyres uocamus qui ſanguinẽ pro fide. aut uirtute. fuderũt.

Iugera &c. Iugerũ eſt quantũ iugũ. i. par boum uno die arare põt. Sane. hic accipit. ut ſint arua. Nauigiũ quo merces uehũt. & ueliuolũ mare. ſic Virg. in primo Aenei. Deſpiciens mare ueliuolũ. i. in quo uela uolãt. Vñ dædalus uolaſſe fingit. Sũt ibi pãpi. Virgi. Liber pãpineas inuidit collibus umbras. Pãpini ſũt frondes uitiũ. Palmes itis ramus uitis ſicut Termes oliuæ. Sunt iuga. Iugũ ps mõtis ſub uerticibus nem⁹ multicomũ. i. multas comas emittẽs Virg. de ramo aureo ĩ. vi. Sed nõ añ dat telluris opta ſubire auricomos q; qs decerpſerit arbore fœtus. ẽ ergo ei⁹ ímitatio. Arua. ab arãdo ut inqt Varro dicũt. Lacus ẽ ubi fontis aqua colligit. fõs ẽ ſ aquæ ĩitiũ inqt donat⁹ ad illudí viii. Aenei. Quo te cũq; lacus miſerãtẽ ĩcõmoda nr̃a fõte tenet quocũq; ſolo pulcherrim⁹ exis. Vrbes. uel ab orbe qñ ĩ orbẽ fiebãt. uel ab urbo. i. pte illa aratri q; deſcribebãt dicũt. Caſtella ſũt i morẽ caſtror̃ cõſtructa. Suburbia ſt ædificia ĩ cõplexu urbiũ. uulgo uillagia uocãt. Cõuẽticula tñ illa pago ſ uocãt quo ruſtici cõuenerũt. Nã Villæ ſingulæ domus ſũt circa q; s poſſeſſiões nr̃as habemus. errat qui purbe aut oppido accipit: uulgari gallico inducẽte Caua ſũt ſine uiſibili corpe loca. ſiue unde lapides exciſi. uel terra ut foſſam faciant ablata ẽ. Eſt enĩ ſermo abſolut⁹. ut fit cauæ res. Sũt tenui flumĩa p̃ſſa uado. ad diſcrimẽ mariũ & altorũ fluminũ. Vado. Vadũ dicit. per quod uadere li/cet. prior tñ ſyllã diſcrepat. Elige de multis aliqd. cõcludit docẽdo quare has res propoſuit: ut ſcilicet relictis turpibuſ & obſcœnis honeſtioris arguméti rẽ ſcribamus. Nata freto Venus eſt. hoc in prĩcipio huius interpretatiõis oſtẽ dimus/eſt enim uenus nata de ſpumis maris ut eſt apud Ouidiũ quarto me/thamor. ubi ſic ad neptunũ loquit. Si tñ in medio quondã concreta pfundo Spuma fui gratũq; manet mihi nomẽ ab illa. dĩ enĩ a ſpuma quæ aphros ap/pellat aphrodite. hinc ad eã neptunus. in fine qnti Aenei. Fas oẽ ẽ cytherea meis te fidere regnis Vnde genus ducis. Infima abyſſus. Abyſſus eſt profun ditas aquarum immenſa. Infima ergo abyſſus. id eſt uorago. Id cane quod Tetrici poſſint audire catones Tetric⁹ mons ĩ ſabinis aſperrimus ẽ. uñ triſtes

Lacus
Fons

rigidi & seueri hoīes tetrici uocāt. sed nulli catonibus in cēsendis uitiis seue/
riores. Cane ergo quod tetrici catones. i. seueri & graues uiri possent audire
hoc est cane rē honestā. Quod ꝓbet hyppoliti penolpesq; pudor. de hyppo
lito Thesei filio ut ꝓpter castitatē a nouerca falso accusatus ab eq̄s discerptus
est uidimus. Penolpe aūt ulixis cōiūx: castissima phibet uiginti ānos marito
absenti iuiolatū thorū seruasse: tāetsi ab innūeris ꝓcis sollicitaret. nā ait i pri
ma epistola apud Ouidiū Turba ruūt in me luxuriosa ꝓci. Fefellit aūt eos eo
pacto ut ptexto qđ cœperat stamie ipsis cōsentiret: sed quātū interdiu texue
rat: noctu retexuit. itaq; optata ꝓcis dies nō euenerat. Dicit ergo cōcludēdo
poeta. Scribe aliqd quod castissimus q̄sq; legere pōt / quodq; pudicas auris
nō offendat. Et dignū cognoīe poetæ te censebo. Nā p̄sertim ut inq̄t Acron
apud græcos poetæ salutabāt hoc agnoīe tāq̄ laudatissimū eēt. uñ dicebant.
Χαῖρε ποιητης. quod est Salue uel aue poeta. Vñ Hora. Descriptas seruare
uices operūq; colores Cur ego si nequeo ignoroq; poeta salutor &c. Si ita q;
nulla uenus. i. nullū uenereæ ꝓfessiōis uerbū erit i tuo uersu/tūc poesis tua. i.
totū opus poeticū tuū erit digna cātari. i. lege more carminum. Et tūc bibes
helicona. i. uerū haustū dīni furores sumes & rigabere. i. rigaberis hoc ē ꝓlue
ris & madefies castis lymphis. i. fōtibus musarū q ut musæ casti sunt. Respicit
aūt ad epigrāmaticū cū dicit. Si uenus i uersu nō erit ulla tuo. Nā apud Mar/
tialē eadē uere uerba sed dispari rōne ponunt. Ex his aūt oībus uidere licet
q̄ urbane: q̄ntūq; uenustis argumētis poeta quā christo deuouit castitatē præ
cipit. Eniuero nihil piculosius ac detestabilius est q̄ turpia dicere & scribere.
Nā q turpia faciūt secreta: loca q̄rūt. qui loquūt. audiri uolūt. Qui uero scri/
būt. ab oībus legi desiderā. Itaq; faciēs in se dūtaxat spicula arcuit si id secrete
fiat. Qui uero turpia scribit i oīs mortalis Graui? aūt & formidādū magis est
peccatū quod per alios q̄ per nos patramus. Nā nos dū uolumus aut gratiā
obtinuimus resipiscere possumus illos aūt quos seduximus difficile sane ē re
ducere q̄ñ ipsoꝝ arbitriū penes nos nō ē. Hæc habui uiri clarissimi ex q̄bus
nouē moralis argumenti libellos colligerē. In quibus multa apprime salu/
bria præcepta cōtinēt. ad bñ modesteq; uiuēdū. Reliq sūt adhuc tres libelli.
Nā ut Macro. ad Saturnalia cōuiuia tā musarū q̄ grārū nūerū adhibuit. Ita fil
uis nīis post nouē ordines cū musarū nūero æquatos. trīs cū grārū æquādos
adiiciemus/nō multū a gratiis ꝓabhorrētes. Nā ut ille facetæ & lepidæ puellæ
sūt ueneriq; comites. ita sequētes tres libelli/puerile qddā sonabūt. Neq; tñ
iucūdo lepore aut bona fruge carebunt. In horū aūt auspiciis uestra uenia
discipulos meos affabor. Valete.

Iamq; nouem uestro dulcissima lumina ~ freti
Auspicio metam fecimus ordinibus
Quotq; ferunt musas totidē plantauimus hortos
Nunc charitum choreis grata uireta seram.
Blandius eloquium blandis aptabo puellis
Atq; iuuentuti carmen inerme dabo

Non ſemper tetricos prodeſt audire catones
Nec ſemper rigida ſtridula uerba fide.
Redditur inualidus nimium dum tenditur arcus
Et grauis aſſidue uir grauitate caret
Nec tamen a dictis puto degenerare ſeueris
Qui fricet urbano dogmata priſca ſale
Quin etiam reliquos ſi forte uidebitis hortos
Multa uel hic ſæuis digna legetis auis
Sed ueniam dabitis poſthac iuuenile docenti
Carmen: ad inueſtes uerba referre genas

Io. Ba. Aſcēſi⁹. Clemēti de Auriliaco diſcipulo ſuo dilectiſſimo ſalutē dicit

DEcimū ſiluarū ex carmine qđ Sulpitius uerulanus uir nr̄a tēpeſtate facile diſſertiſſimus iuuenile inſcripſit: cōpoſituro/ tu mihi fili in/dulgentiſſime/primus cui hāc opellā deſtinarē dignus uidebaris/ Nā cū in eo de moribus urbanis qbus iuuētus imbuēda ē/decētiſ/ſime diſſeri uiderē: reſpexi illico ad ſuauiſſimos mores tuos: ad benignā in/dolē/ad mite ingeniū/ad facetias & urbanitates/qb⁹ne a familia tua degene/res: recte te ornari pmiſiſti. Nā qđ de domo iſta par eloquar. i qua habes ma trē ipſis charitibus blādiorē. & ipſa urbanitate facetiorē. q cū ſcā pudicitia: fa ceť lepor: oportuna facūdia ppetuæ cohabitatōis fœdus pcuſſerūt. Ex q̄ dñs yuo frater tu⁹ germanus uerū honeſtatis & li aturæ decus ꝓdiit. Vñ itē ꝓfect⁹ frater miōr natu. falco totis uirib⁹ præcedētē & ætate & doctrina cōfratrē cō ſeqť. Dignū ergo te tuiſq; facis/q; te ꝓbitati mācipaſti. proinde bonis oculis opuſculū hoc perleges. in quo maternas nimirū inſtitutiōes agnoſces. Neq; tñ ꝓpterea ſolū hāc operā deſtinatā arbitraberis: q⁹ tuis morib⁹ quadret. Nā cōdiſcipuli tui qbus nō minus debeo egregiā quoq; laudē in ea re ſibi uēdica re pñt. Atq; itidē iter patrios penates quos in te mēo rauim⁹ lepores oſtēta/re. uerū illis ſuus poſthac erit loc⁹. Hūc aūt peculiari iure tibi uēdicare potes qñqdē Sulpitius ipſe Verulan⁹ oīs neruos ſuos/ad Clariſſimū uirū Falconē Sinibaldū Patritiū Romanū Protonotariū Apoſtolicū. Apoſtolici q; fiſci cu ſtodē iuſta debita q; laude donādū intēdit. Cui grāmatical e op⁹ī quo hoc car mē offendim⁹ totū dedicauit. Is aūt dñs falco egregiū domus tuæ & decus & ꝓſidiū ē: fratrēq; tuū cognominē ſibi effecit filiiq; loco ſuſcepit. Proinde ue/luti carmen ipſū hereditario quoda iure ad fratrē tuū falconē ptinere uideť. ita interꝓtatōes has tuas eē uolum⁹. Ne forte i iuriarū mecū agat/ſi ſuā meſ/ſem alio pellici reſciuerit. Neq; uero ea ꝓbitate ſumus. ut quē a tam lauda tis uiris Qualeſ. Sulpitius ipſe & Baptiſta Mātuanus Carmœlita: tam ſeuere laudatū uidimus. Et de quo tot laudes in domo tua quotidie audimus: eius nō meminiſſe poſſimus. Acceptū igiť feres eius dñationi ſi qd tuæ imortali tati hac in re cōſulimus. Vale iucūdiſſime, adoleſcēs. & quo cœpiſti perge.

Io. Sulpitii Verulani de moribus puerorum Carmen Iuuenile.

Vos decet ī mēſa mores ſeruare docemus
Virtuti ut ſtudeas litteruliſq; ſimul
Quæ prius admoneo miti puer indole ſerua
Præq; tuis oculis hæc mea iuſſa tene.

q Vos decet mēſa &c. Sulpitius Verulanꝰ grauiū uiroꝝ teſtimonio ininſtituēdis docēdiſq; pueris ornādiſq; uiris uiuētiū peritiſſimꝰ Carmē hoc ꝓpter ea q̄ ad iuuētutē ꝑtineat/iuuenile ĩſcriptū: magno artificio cōpoſuit Nā luculenta & cādida uena ꝑ iuuenū cōmoditate uſus ē Cuius īſtituti rōnē fuiſſe cōmiſci lícet: tū q̄ quæ a barbaſculo illo quē facetū noīant ſcripta ſūt tametſi multa nō aſpernāda. ineptius tamē exprimūt: q̄ quæ iuuenibus quibus optima quæq; prima danda ſunt/ſubminiſtrent. Quæ uero ab eo cui Catoni cognomentū uulgo eſt præcipiunt ꝓuectiorem ætatem expoſtulent. Tum q̄ multa quæ ab urbanos pertineant/aut frigide dicta aut prætermiſſa ſint. Frugē autē & utilitatem huius lucubrationis poeta primo uerſu cōſequitur. In quo iuxta maiorū inſtitutiones reddit auditores dociles beniuolos & attētos. Dociles q̄ a quo tramite ad lr̄as ad eundē ſit docet utpote puirtutē & pulchros moreſ. Beniuolos. q̄ ſe doctorē fore pollicet. dicēs docemus Attētos aūt q̄ neceſſū eē ut bonis moribus polleamus docet cū dicit. Quos decet. Quod enī decet/negligēdū nō ē. Decere aūt moribus & opatōibus incūbere nedū philoſophicis cōtēplatiōibus. Plato cuius uerba Gel. trāſtulit/ſic docet: Philoſophia o Socrateſ res ē elegās: ſi modice q̄ſpiā ꝑ ætatē attigerit At ſi ſupra modū tēpus ī ea cōtriuerit hoium ē corruptela. Nā ſiq̄s uel animo ſit acriq; ingenio: ultraq; ætatē philoſopheť: neceſſū ē eū rerū oīum eē imperitū Quārū uſu calleat oportet: q̄ſq; honeſtus ꝓbusq; ē futurus &c. Facit ēt poeta more maiorum ſtatim ꝓpōnē/ꝓponendo de quo dicturus utpote de moribꝰ Nec tñ īuocat: at ne īuocare q̄de ſaluo decoro poſſet Quia cū de moribus hūanus loq̄t/quos ipe citra muſaꝝ numia p̄ſpicere poſſet: īuocatiōi locus nō erat. uñ Flaccus ī poetica. Nec deꝰ iterſit niſi dignus uindice nodus inciderit. Vt āt mīmus q̄q; carmē hoc. itelligat licet clariſſimū ſit elucidare tū conabor. Cōſtruat ergo ſic: nos docemus. i. præcipimꝰ quos mores. i. q̄lia ī/ſtituta decet. i. decēſ & decoꝝ ē: ſeruare. i. obſeruare ī meſa. i. iter comedēdū ut o puer ſtudeas. i. diligēter ícūbas & operā des ſimul. i. una opa uirtuti & litterulis. i. ſciētiis quæ ī lr̄is cōtinent. Sed ſup. o puer miti ídole. i. miti & docili ingenio/ſerua. i. obſeruaea ſup. quæ ego admoneo prius q̄. ſ. de moribꝰ mēſaꝝ loq̄r. Et tene. hæc mea iuſſa. i. īſtitutiōes & præceptiōes meas præ tuis oculis i. añ cōſpectū tuū ut ſp mēor eoꝝ ſis. Vt ſtudeas. ītudere ē cū ſtudio. i. uehemēti aīæ applicatōe alicui rei incūbere. & cū datiuo cōſtruit. ut hic Virtuti ut ſtudeas. Qui uero ſtudeo hāc rē dicūt trāſſumūt ut ſit diſco ſtudioſe. ſed tute cū dtō cōſtruxeriſ. Litterulis ꝑ diminutionē dixit ꝓ lr̄is. Lr̄as āt uocamus etiā diſciplinas & omnia quæ ex litteris diſcunt. Eſt tamen in hac diminutione quidam gratiæ ex decoro obſeruato. Nam prima quæ diſcūtur elementa

Quatenus philophādū ſit

litturulæ sunt. Itaq; ad ætatẽ respexit. tãetsi hoc carmẽ efflagitat. Quæ prius admoneo. dicimus etiã admoneo te huius rei. Indoles dĩ ab indoleo quod compositũ est ab in & oleo interposito d. sicut in aliis multis ut reddo redhibeo redeo. Indolẽ inquít Nonius Marcellus tãtũ adolescẽtiã cõsuetudo dicit quasi noua soboles. Indoles aũt etiã ícremẽtũ ueteres senũ dixerũt. Plautus in milite. Sí albus capillus hic uidet: neutiq; ab ingenio senex/ineſt Mẽs ætas suasibi ingenua indoles. Seruius autẽ ad illud decimí Aenei. Quid pius Aeneas tãta dabit indole dignũ. Indoles inquit, proprie est imago uirtutis futuræ. Iuxta hoc ergo dicit. hic puer miti indole. quasi dicat qui docile & flexibile ingeniũ obtines. serua &c. Nõ absurdũ esset si legeris. Quæ pius admoneo. ut sit facito bono aío & miti indole/quod ego pius. i. motus pietate admoneo. sed scríptũ ĩueni prius itaq; scribẽdũ puta: ut sit priusq; docebo quos decet ín mẽsa mores seruare &c. Iussa Laurentius docet declinare hic iussus huius iussus &c. Iuxta quartã declinatiouẽ. In plurali aũt hæc iussa iussorũ in neutro genere & secũda declinatiõe similiter euẽtus & permissus.

Indoles

Sit sine labe toga: & facies sit lauta manusq;
Stiria nec naso pendeat ulla tuo.

Nunc incipit præcipe eaquæ admonita prius uoluit q̃ de honestate mesæ loq̃re tur. Inuitatq; ad decentẽ elegantiã: mũdiciãq; uestiariorũ. Neq; præter maiorũ instituta/hæc præcipit. Nã Pythagoras ille Samius philosophus. Nullum erudiendũ suscepit: cuius nõ ante diligẽti oculo oẽm corporis habitudinẽ perscrutaret. Ne operã luderet. Nã qui corpus negligeret aut abiecte sineret situ sordescere & uinci. uix animum colat. Dicit ergo præceptor. Sit sine labe toga. Ordo est. Toga. i. uestis tua. præsertim exterior sit sine sorde. sine immũdicia. facies sit lauta. i. lauata & mũdata. Manusq; sit lauta. i. lota. Nec ulla styria. i. putredines & sanies pendeat tuo naso. Toga dicitur a tegẽdo uestis qua alia tegimus. quæ nõ dabat olim ante quartũdecimũ annũ. quo tẽpore inceperũt esse tyrones. i. noui milites. capit hic p quouis uestimẽto qđ oculis nostris obiicit. Lauta si nomẽ est idẽ est quod mũda si participiũ quod mũdata. Styria est glacies illa concreta quæ dependet de tignis ubi guttatim cõstringitur. ad cuius similitudinẽ mucor ille ĩmũdus de naso pendet. Reperit hic nasus hæc nasa & hoc nasum. substãtiuũ tũ abundantia generis ætherocli tum. Plautus enĩ sagax nasum habes inqt. Nũc aũt potius hic nasus dicitur.

Et nihil emineant: & sint sine sordibus ungues
Sit coma: sit turpi calceus absq; luto

Et ungues inquit nihil emineãt. i. extẽt. uel uideant longiores q̃ carnes digitorum. & sint etiam sine sordibus. Coma. id est capillorum cæsaries sit sine turpi luto. & calceus. id est calceamentũ sit sine turpi luto. quod additur. qa non potest calceus sine luto interdum seruari: sine turpi luto potest Vngues habentur in digitis diuisis. ut in homine aue leone cane. Vugulæ in perpetuo & indiuiso pede ut in equo. asino. mulo.

Linguaq; non rigeat: careant rubigine dentes
At q; palam pudeat te fricuisse caput

Lingua non rigeat. i. nõ stet rigida & inflexilis propter adhærentes sordes/& dentes careant rubigine. i. sorde qualis ea quæ ferrũ incultum exedit. Et pudeat te fricuisse palam. i. corã hoĩbus caput. Dicit palam/quia quædam uitia in mores sunt/quæ si occulte fiant culpã non habẽt. Quæ uero in legem dei peccant ubicũq; & quocũq; animo fiant mala sunt. Quia aut dicit Seneca. Nihil interest quo animo facias quod feciſſe uitiosum est. Palam aduerbium est. Iuxta regulam Seruii grãmatici quæ hæc est. Omnis pars orationis dum desinit esse quod est in aduerbium migrat. Quia ergo præpositiones a præponendo dicũtur. neq; possunt dici præpositiones si non præponant. constat aduerbia fieri. Vñ dici solet. Voces præpositæ nequeũt sine casibus esse Si careant illis iam tũc aduerbia dices. Sed ne tibi oẽs præpositiones aduerbialiter ponere licit ũ putes. scias paucas ꝑ aduerbiis poni. ut clam. corã. palã usq;. Contra. ante. pone. prope. ultra. supra. secus &c. Inepte ergo dixeris. ut barbasculi pueri lagena currit extra ꝑ eo quod est perfluit. Itẽ præpositio præpositioni nõ iungitur. non ergo dices econtra sed econtrario. A busq; autem & aduſq; Seruius aduerbia uocat/& accentum primæ syllabæ dat sicut & alonge delonge. deinceps deinde &c.

Exprimere & pulices scabiemq; urgere nocentem
Ne te sordidulum qui uidet ista nocet

Cõstrue cũ superioribus sic. Et pudeat exprimere extrahere p̃mẽdo uel ex capillis uel ex cute uel ex uestibus pulices uermiculos q nõ pungũt. Et pudeat urgere cõprimere scabiẽ. i. pruriginẽ nocẽtẽ. Ne is qui uidet ista. i. istos tuos mores turpes uocet te sordidulũ. Sordidul' diminutiuũ ẽ ab eo qđ ẽ sordid'.

Seu spuis aut mungis nares: nutaſue memento
Post tua concussum uertere terga caput.

Ordo ẽ. Seu siue tu spuis. i. emittis sputũ. aut mũgis. i. purgas mũgẽdo nares ue ꝑ uel nutas. i. sternutas memẽto uertere caput cõcussũ post tua terga.

Mucorem haud tangas digitis. sputumue resorbas
Panniculo nasum mungere nempe decet.
Et ruptare caue quin ora in terga reflectas
Stringe os & crepitum coge tenere nates

Mucorem &c. haud tãgas. i. nõ tãgas digitis mucorem. i. ĩmũdiciã nasi. nẽpe nam certe decet mũgere nasũ pãniculo ad hoc deputato. ue ꝑ uel haud re

t

ſorbas ingluties ſputum.i. imũdã ſaliuã. Et caue ruptare.i. remittere uaporẽ cibi e ſtomacho quin reflectas ora in terga. hoc ẽ ſi crudo es ſtomacho/ neq; potes nõ ruptare. reflectas ora in terga.i. poſt tergũ. ne forte aut ſputo mẽtã aut graui halitu diſcũbentes polluas. Stringe cõſtringe & cõprime os ne nidor imũdus exhaleť:& coge nates.i. podicẽ tenere: cõtinere crepitũ.i. bõbũ .i. caue ne pedas. Reſorbas hic tertiæ eſt cõiugationis. nã ſi reſorbeas lege/ris abũdet ſyllaba. Frequẽs aũt ẽ ut inqt Seruius ex uerbo ſecũdæ cõiugatõis facere uerbum tertiæ ablata e ſi a ut tergeo tergo. ferueo feruo. caueo cauo. Hæc aũt p̃cepta ex faceto excerpta uidenť: ſed hic faceti⁹ multo exprimunť.

Munditiæq; tibi placeant medio quoq; cultu
Vtere ne turpis uel uideare leuis.

Munditiæ placeant tibi & utere medio cultu ne uideare turpis ſi fueris nimis abiecte ueſtitus. uel leuis.i. facilis & incõſtãs ſi nimis elegãter. Præceptũ hoc a ſanctis uiris anxie ſeruatũ legiť: qui habitum licet nõ precioſum: mundũtũ habere curarunt. Sane ut in omni re mediocritas in cultu adhibẽda eſt. Nam ut apud Horatiũ uidimus. Eutrapelus cuicũq; nocere uolebat. Veſtimẽta dabat precioſa/ beatus enĩ iam Cũ pulchris tunicis ſumet noua conſilia & ſpes Dormiet in lucẽ ſcorto poſtponet honeſtũ Officium &c. Sane qui cultu plus æquo eſſe uoluntolim elegantes dicebãtur. Elegãtia enim ut docet Aulus Gellius olim uitio dabatur quaſi nimiæ indulgentiæ eſſet. quã. M. Cato ĩ libro de moribus inter uitia enumerat. Auariciã oĩ auicia habere putabant. Sũptuoſus: cupidus: elegans: uitioſus: irritus qui habebať is laudabať. Ex quibꝰ uerbis inquit Gellius apparet elegantẽ dictũ antiqtus: Nõ ab ingenii elegantia: ſed qui nimis læto amœnoq; cultu uictuq; eſſet. Poſtea elegans repræhẽdi quidẽ deſiit: ſed laude nulla dignabatur niſi cuius elegãtia erat moderatiſſima. Sic Marcus Tullius. L. Craſſo. &. Qu. Scæuolæ/ nõ merã elegantiam/ ſed multa pſimonia mixtam laudi dedit Craſſus inquit erat parciſſimus elegantiũ. Scæuola parcorum elegantiſſimus. Nimis aũt elegans cultus uiris ſũ mopere uitio olim dabať. Vñ Ouidianũ illud. Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti Fine coli modico forma uirilis amat. Hinc eſt amara illa uituperatio Aeneæ per hiarbam in quarto. Et nũc ille paris cũ ſemiuiro comitatu Meonio mentũ mitra crinemq; madentẽ Subnixus rapto potiť &c. Et ĩ nonoin oĩs troianos q; nimiũ culti eſſent numanus ſic inſurgit. Vobis picta croco & fulgenti murice ueſtis: Deſidiæ cordi iuuat indulgere choreis Et tunicæ mãicas & hñt redimicula mitræ. O ueræ phrigiæ (neq; enĩ phriges) ite p alta Dindyma/ ubi aſſuetis biforẽ dat tibia cantũ Tympana uos buxuſq; uocat berecyntia matris Ideæ: ſinite arma uiris & cædite ferro &c. Qui itaq; in ſordida ueſte procedit ſordidus habendus eſt. At qui nimium cultus eſt leuis æſtimatur: id eſt facilis immodeſtus: ſed utrũq; fugiendum.

Elegantia

Nec maledicta refer: nec promas turpia dictu
Eſt ſtomachoſa quidem dicere turpia tibi

Nec refer.i.reiice maledicta conuitia & imprecationes nec ꝓmas.i.ex pecto/ris penu educas turpia dictu: hoc est ut dicantur. Est quidē tibi qui adhuc pu/er es turpe/dicere ſtomachoſa.i.uerba ampullata & ſexquipedalia.hoc est in flata & cū ſtomachi eruptione.quod iracūdoꝝ & grauiū est. Vñ Stomachari est ex ira maledicere.cū dignatione cōmoto ſtomacho. Refer pōt eē ſimpli cis ſignificationis ut ſit Ne refer .i. nō dice uel nō dic maledicta. uel propriæ quā ex cōpoſitiōe habet. Referre est ei q̄ priꝰ tulit ferre. Vñ Referre gr̄as/ē eaſdē res aut æquales illis quas accepimus repēdere. Referre uerba/ est quæ ab alio accepimus narrare. Plus aūt est non poſſe referre maledicta: q̄ nō poſ ſe ferre. Minus ſi quidē dānandū puto q̄ laceſſitus refert q̄ qui ꝓuocat. Vtrūq; tū puero cauēdū est & ne ferat & ne referat ferēti.i.dicēti conuitia.placide & modeſte reſpōdere debet.quia mollis reſpōſio frāgit irā. Dicit tibi quidem turpe est/ quaſi dicat nō oībus. quia caſtigatoribus uitioꝝ licet ſeuere loqui. Quidem aūt ſic poſitum exceptionem innuit. Nā plerūq; habet poſt ſe dictio nē exceptiuā.ſed uerū at &c. Vt bonus quidē es ſed non formoſus.

Moribus urbanis curato præditus eſſe
Parce gulæ turpi luxuriamq; fuge.

Paulatim poeta ad mores labitur.docuit modeſtiā & mundicieī in ueſtitu & cultu corporiſq; curatione. Nūc aūt uitia tam animi q̄ corporis dānat. Cura/to inquit.i. curā adhibeto eē ut ſis præditus præter cæteros ornatus urbanis i.pulchris & ciuicis moribus. Parce turpi gulæ.i.abſtine a turpi gula & fuge ſic luxuriā.i.incōtinētiam & lībidinē.tam carnis q̄ cæterarū rerū. Aulus Gellius de ſobrietate & uigilantia puerorū ſic diſſerit. Pueros impuberes cōpertū est ſi plurimo cibo nimioq; ſōno uterētur hebetiores fieri: minuſq; adoleſcere. Idē pleriq; alii medicoꝝ philoſophorūq; & Marcus Varro in longa hiſtoria ſcripſit: quæ inſcripta est capis aut de liberis educādis. Vrbanus na nū dicit ab urbe.quod uocabulū tēpore Ciceronis nouitiū erat.ut docet Quintilian⁹ in capite de ornatu. Nūc uero in ſūmo uſu est. Præditus participiū eſſe uide tur tametſi uerbū in uſu nō est. Nā præditus est uirtute. cui data est præ cæte/ris uirtus. Parcere uarie ſumit.aliq̄ est abſtinere. Vñ etiā de malis dicit ut Parco
prīo Aenei. Parce metu citherea/manēt īmota tuoꝝ fata tibi. Tibul. Imme/rito iuueni parce nocere dea. Ouidi⁹. Parce tuū uatē ſceleris dānare cupido. Aliq̄ est conſeruare cū parſimonia & hoc figurate ſatis cū accuſatiuo & da/tiuo. Vt in decimo Aenei. Argēti atq; auri memoras quæ multa talēta Natis parce tuis. Est etiā parcere abſtinere ab ultione. & quaſi ueniā dare & ignoſce re.ut Parce mihi dñe: nihil enī ſunt dies mei. Parcimus ergo ei ſi quē pdere poſſumus ſeruamus. Hoc ergo loco. Parce gulæ.i.abſtine a gula ſitate. Gula enī est uia q̄ cibū deglutiūt lurchones qbus ea ps larga ꝓminet. Accipit aut ē ꝓ auida edacitate. Vñ Iuue. Quāta est gula quæ ſibi totos Poſcit apros aīa l ꝓpter cōuiuia natū. Bono aūt ordine dicit parce gulæ turpi luxuriāq; fuge: qa ex gula luxuria naſcit. Vñ comicus Sine cerere & baccho friget uenus. Est er/go gula mater luxutiei: & luxuries paupertatis ut docet Plautus.

Parce & auariciæ: bilem frenare memento
Inuidulus: tumidus: non odioſus eris
Deſidiam fugies: atq; omnia turpia pelle
Et ludi turpes ſint procul atq; uiri

Cætera quoq; mortifera peccata uitare iubet de qbus in primo ſyluarũ abun de dixim⁹. Et ĩ octauo apud Iuuenalẽ uidimus quãto dedecori ſic iuuenibus auaricia q ſenectutis morbus ẽ. Ordo ẽ. Parce. i. cõtine: &. i. etiã te ab auaricia & memẽto ſis memor frenare. i. reprimere bilẽ. i. irã q̃ ex bilí mouet. dicit iu xta ea quæ in Virgilio diximus memẽto frenare bilẽ. Nõ enĩ fieri põt ut pe/ nitus qs expellat. Vñ illud in ſermonibꝫ Hora. Deniq; q̃tenus excidi penit⁹ uitiũ iræ. Cætera itẽ neqeũt ſtultis herentia &c. Et ꝓpterea non dixit Virgi. iraſcere. ſed iraq; ceſſet. Bilis ẽ colera q̃ ſi abũdauerit furorẽ excitat. debemuſ ergo frenare bilẽ. Fruſtra aũt præcipet ut uitaremus oĩno/qa primi aĩ motus in ptãte nr̃a nõ ſunt. Sed ut inqt Hora. Ira furor breuis ẽ animũ rege &c. In/ uidulus: tumid⁹. nõ odioſus eris: Nõ eris ĩuidulus. i. ĩuidus ut ſit diminutiuũ ꝓ prĩcipali. uel reuera ĩuidulus dixit iuxta decor⁊ ꝓſonarũ. Nõ enĩ pueri per ætatẽ multũ ĩuidí eẽ pñt. quocirca etiã uitio dãdũ ſi uel ĩuiduli. i. parũ ĩuiden tes. deberẽt enĩ eẽ cãdidi liuorí q̃ oĩs exptes. Nõ eris tumidus. i. ſupbus iſla/ tus elat⁹. erecta ceruice. Solet enĩ aĩmus hoĩs uani glorioſi & ambitioſi ĩflari Odioſus Neq; reuera aliud q̃uẽtus ẽ in quo hõ ſe iactat. Nõ eris odioſus. i. moleſt⁹ & plenus odio. Nã Laurẽ. Vallẽ. odioſus & ĩuidioſus inqt paſſiue accipiunt. ut Odium q odio & q ĩuidiæ habet nos q odit aut ĩuidet. Et hoc qdẽ uerũ inqt cũ auer bo ueniunt. ſecus cũ a noĩe. Nã odiũ moleſtiã quoq; antiqtus ſignificabat. Terẽtius ĩ phormione. Nunq̃ odio tuo me uíces. Et iterũ. Si porro eẽ odioſi ꝓgitis. i. moleſti. Cice. ad atticũ. Sed cũ horas tris fere dixiſſet: odio & ſtrepi/ tu ſenatus: coactus ẽ aliq̃n porare. Et ĩ Catone maiore. Infirmo corpe odioſa eſt oĩs offẽſio. Et de oratore. Verũ ſi placet qm̃ hæc ſatis ſpero uobis qdẽ cer te maioribꝫ moleſta & putida uideri/ad reliq̃ aliquãto odioſiora pergamus. Odioſiora dixit q̃ſi moleſtiora. hæc ille. Itaq; põt dici nec eris odioſus. i. mo leſtus & iniurius. & monitoribꝫ aſp & infeſtus. Nã ſi odioſũ ꝓ eo q odit acce/ peris bis idẽ diceret. nã nõ eẽt aliud q̃ inuidulus. Deſidiã fugies. de hoc mõ ſtro in fine primi ſaris dictũ eſt. Eſt enĩ deſidia q̃ qs ceſſit abũdus deſidet & pi/ greſcit. q̃ res iuuẽtuti ſũmope uitio dat. debet enĩ eẽ opoſa & naua. nõ ſegnis nõ iacẽs nõ torpẽs. Atq; oĩa turpia pelle. generalis turpiũ ꝓhibitio. ad ſpẽs tñ uenit dicẽs. Et ludi turpes ſint ꝓcul atq; uiri. de ludo diximus apud Virgi. í prĩo ut iã ſæpe notaui. Cicero de ludo ſic í prĩo offi. Ludẽdi etiã eſt qdã mo/ dus retinẽdus: ut ne nimis oĩa ꝓfũdamus: elatiq; uoluptate in aliquã turpitu dinẽ dilabamur. Suppeditãt aũt & cãpus noſter: & ſtudia uenãdi honeſta exẽ pla ludẽdi &c. Turpes ergo ludiſint ꝓcul. & turpes uiri ſint ꝓcul. debet enĩ bis poni í cõſtructiõe illud adiectiuũ turpes. Nõ enĩ fugiẽdi ſũt ludi. uerũ turpes ludi: nec uiri: ſed turpes uiri. præcipue ſi cũ pudoris periculo inter eos uerſeris Nã ut notũ eſt uerbũ Cũ ſancto ſanctus eris & cũ puerſo puerteris. Vñ Iuue/ nalis ſatyra ſecũda. Armenius zelates cunctis narratur ephebis Mollior: ar/

denti sese indulsisse tribuno: Aspice quid faciant commertia: uenerat obses. Hic fiunt hoies: Nam si mora longior urbē Indulsit pueris nonnunq; deerit amator &c. Cōmercia inquit faciunt ut castissimi corrūpant' iuuenes. Proinde sint procul a uobis turpes uiri. i. q inhoneste uiuūt. Nam turpitudo ppríe illicitam libidinem significat. nam ad mores & uitam spectat.

Fidus sis: audensq; bonis: temerarius esse
Despice non audax sis timidusq; nimis.

Reiectis & castigatis peccatis uenit ad præceptionē uirtutis. & primo ad iusti tiā & fortitudinē inuitat. Ad iustitiā quidē cū dicit sis fidus. fundamētū eni iu stitiæ ut docet Cicero fides ē. Ad fortitudinē uero: ꝓhibēdo extrema utraq; uitia & audaciæ temerariæ & meticulositatis. Neq; uero putabit qs ad sola bel la fortitudine opus esse īmo ad oīa negocia ipsi locus est. Nā forti aío aduer sa oīa tolerāda sunt: & læta moderāda. Quinetiā ad studia lr̄arū/quæ quædā militia est fortitudo maxime cōducit. qā quod humeris par est fœliciter ag/gredimur. quod impar si inferius ē generose cōtēnimus. si supra uires prudē ter effugimus. Sis igit' fidus. & deo & hoibus. Nā etiā hosti ut docet Cicero fides seruāda est. Audēsq; bonis. i. in bonis rebus quæ uera fortitudo ē. Sūt aūt quidā tā pusillo aío ut nō auderēt arduā uirtutē aggredi: qualis est diuiti as preter uulgi instituta cōtēnere. Vñ Virgilianus Euāder ī octauo. Aude ho spes cōtēnere opes & te quoq; dignū Finge deo &c. Itē ueras lr̄as discere pau ci audēt q; sibi persuasum habeāt fieri nō posse ut latine loquant'. aut ad uerā alicuius scientiæ frugē pueniant. Cōtra quos dicit'. Audensq; bonis. Neq; uero dicit audax. Is enī audax dicit' q assidue audet & cuius audacia sine fœlicitate est: ut Turnus apud Virgiliū. Audens uero ē ꝑ tēpore: qui scit ubi: quomodo qñ audendū sit. Fortes ergo uiri nūc audentes sunt: nūc metuentes & timen/tes. Nunq; uero audaces: nunq; meticulosi & timidi. Sis audēs in bonis rebus: quia in malis pernicioſum esset. Temerarius eē despice. Temerarius ē qui temere facit res suas sine rōne loci tēporis aut psonarū. Affectate aūt utit' sæ/pe noīatiuis cū uerbo esse: ubi forte actō etiā locus esset. Nō audax sis timi/dusue nimis: exponit prædicta. Nā despice eē temerarius. est nō sis nimis au/dax. sis audēs bonis. i. ne sis nimis timidus. Turpis enī timor est q nos a uera uirtute abstineret. Dicit nimis: Quia modeste timere/prudētis est. Et tēpera te audere uiri fortis. Nā (ut dicūt æthici) in medio duorū uitiorū cōsistit uir tus. Vñ Flaccus in epi. Virtus est mediū uitiorū utrimq; reductum. Vni ergo uirtuti ut docet Aristoteles duo uitia opponuntur. ut fortitudini timiditas & audacia. Liberalitati. auaritia & prodigalitas.

Nec penitus mutum nec te decet esse loquacem
Conuenit ille thoro conuenit iste foro

Præcipit modum loquendi. Decet te esse nec penitus: id est plane hoc ē om/nino mutū. i. elinguem & taciturnum. nec loquacem. i. garrulum & dicacem

Ille.i.mutus & profunda taciturnitate insignis conuenit thoro.i. in cubiculo iste.i.loquax cõuenit foro iudiciali.de quo Baptista Mãtuanus. Verbaq; clamosi litigiosa fori. Thoro põt eẽ in lecto in quo dormimus uel in quo cænamus.in utroq; enĩ taciturnitatis amor esse debet. Sed potius de dormitorio intelliges. Nã mutus mensæ nõ cõuenit ut docet Marcus Varro Cuius hæc apud Gelliũ sunt uerba. Nec loquaces aũt inquit cõuiuas nec mutos legere oportet.Quia eloquẽtia in foro & apud subsellia.Silẽtiũ uero nõ in cõuiuio sed in cubiculo esse debet &c.E quibus uerbis hæc emanasse putes.

Et mansuetus eris:rectum te lectus habebit
Detege nec socium nec tua membra moue.

Et mãsuetus eris.i.placidus & modestus erga oẽs.& lectus in quo dormis habebit te rectũ: hoc est cruribus nõ protẽsis in altũ aut in latũ/qa sic aut sociũ detegas aut inepte pulses.unde sequit/nec detege.i.& nõ detegas.i.denudes sociũ.i.eũ qui tecũ dormit.nec moue/imodeste supple tua membra.ne eius quieti odiosus sis. Si dixeris solus cubo. Nõ tũ immodestiæ locus erit. Quia si solus imodeste iaceas:dũ cum honesto iacẽdũ erit/ad ineptos mores te inuitũ natura coget:præcipue/cũ dormieris.Nam/ut æthicũ uerbũ est. Difficile est cõsueta relinq̃re.Cõsuetudo enĩ est altera natura. Naturæ aũt uix ratio quæ dormiẽti oĩno occlusa est resistere põt. Assuescẽdũ ergo est modestiæ.

Nec sis difficilis nimium.nec credulus esto
Dedecus & metues:& reuerere probos

Nec sis difficilis nimiũ.difficilis hic actiue accipit̃.p eo qui cũ difficultate & morosa cũctatione oĩa facit.quod senectutis uitiũ est.pinde alienũ a iuuẽtute eẽ oportet. Ne sis igit̃ nimiũ difficilis. ad agendũ & credendũ:nec esto nimiũ credulus.Scriptũ enĩ est.Omni spiritui ne credas.Metues.i.uitabis & effugies dedecus.i.uitã inhonestã & ꝓbro dignã/& reuerere.i.uerecũde obserua ꝓbos.i.honestos uiros.hoc est facu tute ꝓbus sis.& ꝓbos colas.

Futilis & mendax nunq̃:nimiumq; seuerus
Esto:sed & comem munificumq; uelim.

Mediocritatẽ in oĩbus rebꝰ seruatã oportere docet. Esto inqt nunq̃ futilis.i.uane uerba effũdẽs.i.loquax & garrul⁹.& mẽdax.i.ne nimiũ loq̃ris:qa mul tiloquo nõ deest pctm̃. Difficile enĩ est multa dicẽti uera oĩa dicere. Non esto etiã nimiũ seuer⁹:sed uelim te eẽ comẽ.i.facetũ & lepidũ & cõcinnũ & munificũ.i.morigerũ. Futilis ẽq effũdit uerba & oĩa nõ habita rõne:loci: & tpis: & psonaꝝ rerũq; loquit̃.Quiq; secretũ cõmissũ retinere nõ põt. Vñ indignat̃ sibiq; succẽset In Andria Pãphilus:q; seruo futili fortũas suas credidisset. Set uius grãmatic⁹ ad illud.xi.Aenei.Cõsiliis habitus nõ futilis autor. Nõ futilis

Futilis

inqt.i.nō inanis. Nā futilis uas quoddā est lato ore:fūdo angusto:quo utebā tur in sacris uestæ/qa aq̄/ad sacra hausta in terra nō ponit: qđ si fit piaculū est Vñ & excogitatū uas ē qđ stare nō posset:sed positū statim effunderet. Inde & hō cōmissa nō retinēs futilis dicit. Hæc Seruius. Eadē Donat⁹. in Terētii cō mētariis attestat. Mēdax dicit q assidue mētit. Mētit aūt q cōtra mentē lo quit. de q̄ re sic Aulus Gel. Nigidius quē. M. T. Cicero ingenii doctrinarūq; noīe sūme ueritus ē:inqt. Qui mētit ipse nō fallit:sed alterū fallere conatur. Qui mēdaciū dicit ipse fallit. Itē Vir bonus inqt præstare debet ne mentiat. prudēs ne mēdaciū dicat. Seuer⁹ dicit rigidus & dur⁹ sequēs uerū. ut q nulli cōcedere uelit aut pcere:ut apud Valeriū late patet. Neq; uitiosū ē ee seue/ rū si modeste fiat lōq; dixit:nimiūq; seuerus. Comis dī cōcinus affabilis cō mod⁹. &(ut inqt Valla)Comis ē beign⁹ hō & facilis q aliis nō grauate iseruit.

Mentiri
Dicere men/ dacium
Seuerus

Sis pius. atq; coles superos. uenerare parentes
Et noceas nulli surripiasq; nihil.

Paulatim inserit p̄cepta decalogi. Sis pius. Pietas ut alio loco oñdi:ē erga de os:parētes & oēs necessarios nr̄os aī q̄dā beniuolētia & clemētia. Atq; coles deos. Virgi. In primis uenerare deos. Illud enī antiquū pytagoræ & deinde Platonis dogma ē oībꝰ ī rebꝰ a diuino cultu auspicādū ee qđ Virgi. diligētis sime cōscribit. Hoc quoq; ī lege diuina habemus & a redēptore nr̄o didicim⁹ Primū q̄rite regnū dei. Possumus aūt sic distiguere. Sis pius ī deū. coles supe ros. i. sanctos. uenerare parētes. i. pgenitores p̄rem & matrē. Et noceas nulli. Modeste p̄ceptū & diserte. Nā deo:sāctis:& parētibꝰ:qbꝰ oīa debemus. nō sa tis ē nō nocere:imo oportet ut sacrificiū: honorē:& reuerētiā ipēdam⁹. Cæ/ teris aūt qbꝰ obnoxii nōsumus/si pdesse nolumus:obeē tñ & nocere nō pos sumus. Noceas ergo nulli/ & surripias nihil:id est neq; rem/ neq; honorem: neq; coniugem:neq; aliud quoduis. Quia surripere est clam rapere & subdu/ cere ut faciunt fures & abigei.

Nec sis uinosus: quamuis potasse Catonem
Fama refert. fugias sumere uina mera.

Nec sis uinosus inqt Valla. mulierosus & libidinosus & similia dicunt q; qs af/ fectus sit ad hæc & amat uinū mulieres & libidinē. Nigidius ut autor ē Gelli/ us. hoc inqt inclinamētū uerboꝝ hmōi Vinosus mulierosus religiosus &c. significat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur. Quocirca re/ ligiosus is appellatur qui nimia & superstitiosa religiōe sese alligauerat. Eaq; res uitio dabatur. Au. Gellius post multa legem dare uidetur. ut earum rerū quarum usus certus esse debet ut uini. mulieris &c. copia uitio datur. Earun/ dum nomina in osus uituperium habeant. Earum uero quæ quanto copio/ sius tanto decentius conueniunt. laudi. ut formosus. speciosus. generosus. animosus. gratiosus. studiosus &c. Est ergo uinosus amator frequens uini:

Osus finita

nimioq; uino indulgẽs/quæres dãnaꝫ Vñ diciꝫ. Ne sis uinosus/& quãuis fama refert Catonẽ potasse. i. largiter bibisse: fugias tñ sumere uina mera. i. nõ diluta aqs. Potare est satis & abũde bibere. Vñ potos uiros ebrios uocam⁹. Nulli aũt dubiũ est Catonẽ bibisse: itaq; nõ bibisse dixit: sed potasse. Seneca quidẽ uir grauissimus citius ebrietatẽ laudare se aiebat: q̃ Catonẽ dehonestare ꝓpter ebrietatẽ. Fama ergo refert Catonẽ potasse. Mera uina. i. impmixta

Merum

Est enĩ adiectiuũ merus ra rũ. Sed qñ absolute mera dicimus intelligimus uina. Sicut qñ mustũ. subaudimus uinũ recẽs exp̃ssum. Nã mustus quoq; adiectiuũ est. Nã Plautus Mustã puellã dixit. Et Neuius ĩ gymnastico. Vtrum est melius uirginem an uiduam uxorem ducere? Virginem si musta est. Mustũ ergo dicitur quicquid nouellum est: ut dicit Festus Pompeius.

Mustum

Non sis derisor: non somniculosus: iniquus
Non iudex: nec tu testis iniquus eris.

Non sis derisor. Derisio enĩ aut ex supbia: aut ex inuidia nasciꝫ. Grauiter aũt in derisores aĩ aduerteꝫ presertim ĩ eos q cũ cõtumelia irridẽt. Vt patet Matthei. v. Neq; iniquũ est grauiter puniri qui grauem iniuriã infert. Modestius ãt sæpe miseriã q̃ derisionẽ patimur. Vñ solet dici. Est misero peius derisio q̃ dolor eius. Vñ Miser ille de quo Gnato Terẽtianus. At ego infœlix Neq; rudiculus eẽ neq; plagas pati possum. Hinc etiã Iuuenalis. Nil habet infœlix paupertas durius ĩ se Quã q̃ ridiculos hoĩes facit. Maligni ergo aĩ derisor ẽ ut q quos miseretꝫ irridet. Proinde inqt Nõ sis derisor. Nõ sõniculosus. i. dedit⁹ nimio sõno. iners cessabũdus. qd̃ uitiũ quasi cõtrariũ est derisioni. Nã deriso res acre fel hñt. Sõniculosus formaꝫ nõ a sõno. sed ab eius diminutiuo sõniculo. Valla enĩ docet ea in osus sæpe a diminutiuis ꝓpter cõcinnitatẽ deduci ut siticulosus a siticula nõ a siti. meticulosus. a meticulo nõ a metu &c. Iniquus nõ iudex nec tu testis iniquus. Bñ ex mutatiõe tẽporis seruauit decoꝝ psonarũ. Nã cũ pueris p̃cipiat. q deridere & ftertere pñt dixit. Nõ sis derisor nõ sõniculosus. Quia uero pueri non cõstituuntur iudices. neq; admittunt testes. dicit Nõ eris iniquus iudex si q̃ñ iudex cõstituaris. Nec tu testis iniquus eris: quãdo maturior ad hoc citaberis. Sunt autem præcepta decalogi.

Omnibus in rebus studeas precor esse modestus:
Sis auidus laudis: sit tibi cura boni.

Sãctissima præcepta & singula Apollinis oraculo digna. Quin & primũ illud oraculi socĩetatẽ meruit. Est etiã Chilonis q præcipit. ne qd̃ nimis. Precor ergo puer studeas esse modestus. i. modũ & mẽsurã tenens in oĩbus rebus. Vñ dicitur. Omnibus adde modum/ modus est pulcherrima uirtus. Et Flaccus. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; nequit consistere rectum. Et quia apprime utile est. inquit poeta precor. Itẽ sis auidus laudis. Bene hoc subiungit. Quia ut inquit Cicero ubi de adolescẽtis officio ad gloriam comparandam loquitur. Prima commendatio incipit a modestia.

tum pietate in parẽtes in ſuos beniuolẽtia: facillime/& in optimã partem co/gnoſcũt adoleſcẽres qui ſe ad claros & ſapiẽtes bñ cõſulentes uiros reipub. cõtulerũt: quibus ſi frequẽtes ſunt opinionẽ afferũt populo eoꝝ fore ſe ſimi lesquos ſibiipſi delegerũt ad imitãdũ &c. At ſi laus & æthici dicunt uirtutis bñfacto ũq; premiũ eſt. neq; uerã laudẽ ſine uirtute cõſequaris. bñ præcipit/ſis auidus laudis eo etenĩ pacto ad uirtutẽ maxime accẽdimur/ut atteſtat. ci/cero. unde & Ouidius. Deniq; nõ paruas aĩo dat gloria uires. Et fœcũda facit pectora laudis amor: Itẽ laudataq; uirtus Creſcit/& ĩmenſũ gloria calcar ha/bet. Auiditatẽ aũt laudis in rebus bellicis Virgilíus in multis locis oſtẽdit plu rima poſſe. uñ Mortẽ cõtẽnũt laudato uulnere getæ. Itẽ de certãtibns in na uali certamĩe. uitãq; uolũt ꝓ laude paciſci. Et etiã Eurialus. Eſt hic ẽ animus cõtẽptor lucis & iſtũ. Qui uita bñ credat emi quo tẽdis honorẽ. Sane ut do cet Nonius Marcellus: Auarũ & Auidũ diſternũt. Auarũ ſemp in repræhen ſiõe eſt. Auidũ aũt ab auẽdo eſt etiã honeſte cupiẽdo. Saluſt. in Catilina lau/dis auidi pecuniæ liberales erant. Siue igit ad bellicã ſiue ad litterariã mili/tiã iuuenes tendũt auiditate laudis plurimũ accẽdũt Quocirca adhibẽda eſt a præceptoribus cura: ut iacẽtes aĩos laudando erigãt. Neq; uero quis credat auiditatẽ laudis ambitionẽ eſſe hoc loco. de qua Cicero. Miſerrima eſt oĩno ambitio honorũq; cõtẽtio. At ne elationẽ quidẽ animi qua temere ad inex/pugnabilia nõ uirtutis ſed gloriæ cupiditate trahimur. De qua idẽ. Sed ea aĩ elatio quæ cernit in periculís & laboribus ſi iuſtitia uacat pugnatq; nõ ꝓ ſalu/te cõi: ſed ꝓ ſuis cõmodis in uitio eſt. At eã laudis auiditatẽ præcepit qua cũ cõmilitonibus cõcertãt adoleſcẽtes gaudẽtq; ꝓ bñfactis laudari. Nobilis enĩ & ſancta eſt ſupbia qua ſine noſtri exaltatiõe uitia deſpicimus. Malit autẽ uir bonus ſe dignũ eſſe qui laudet/& cõtemni: q̃ indignũ laudari. Cõtra glorio/ſus ſentit. Vnde poeta ut ſpecificet quõ quis ſit auidus laudis. addit. ſit tibi cu ra boni. q. d. laudẽ/per uirtutẽ acquiri. Cura aũt boni põt eẽ honeſtatis & iu/ſtitiæ. quia ut inqt Cicero. Iuſtitia e ſtqua ſola uirtute uiri boni appellantur.

Auarus
Auidus

Sic bene moratum laudabimus atq; colemus
Sic & honorus eris ſic eris ipſe grauis.

Sic bene &c. cõcludit primã particulã huius opuſculi in q̃ receperat ſeſe nõ nulla dogmata daturũ de mõ uiuẽdi. priuſq̃ de moribus & facetiis menſæ lo/quat. Ordo eſt. Nos laudabimus atq; colemus. i. uenerabimur te ſic bñ mora tũ. i. habẽtẽ bonos mores. Et tu eris ſic. i. poſtq̃ ꝓ uirtute & modeſtia lauda/beris. honorus. i. in honore & ueneratiõe. & ĩpe. i. tu eris ſic grauis. i. tãdẽ ĩ ui/rũ grauẽ euades. Moratus dicit morib⁹ ornatus. Plautus in aululatia. Dũ/modo morata ueniat dotata ẽ ſatis. Moroſus aũt ẽ inqt Nonius Marcel. cõ/trariís & peruerſis moribus Tullius de ſenectute. At ſũt moroſi & anxii iracũ di & difficiles ſenes. Laurẽtius aũt de ualla. Moroſus inquit a more uenit nõ a mora. primã enim habet longã ut mos moris: ſignificatq; eũ qui nimis exa/ctæ ni miſq; ad unguem fieri/omnia poſtulat. ut aliquãdo ob id indigneť: at/q; iraſcatur. ut Suetonius de Cæſare. Circa corporis curam moroſior. ut non ſolum tonderet diligẽter: ſed etiã uelleret. Et idẽ de Tyberio. Sed affectiõe

Moratus
Moroſus

& morositate obscurabat stilũ. Cicero de senectute. At sunt morosi &c. Idem secũdo de oratore Me qdẽ hercule illa ualde mouẽt stomachosa & quasi sũ/ morosa ridicula Nã cũ a moroso dicũt/tum enĩ nõ sal: sed natura ridet. Sue/ tonius accepit ꝓ cupido nimis & exactæ diligẽtiæ. Cicero uero adiũgit impa tientiã & iracundiã. In significato tñ illo superiore posuit in de oratore. Vsq; adeo morosi sumus/ut nobis nõ satisfaciat ipse demosthenes. Deniq; sic dici tur morosus a nimia diligẽtia & seueritate ut curiosus a nimia cura &c. Hæc il li. Ineptiũt ergo qui Catonẽ aut Senecã morosum appellãt eo q; de moribus scribat. Talis enĩ moralis dicit. Morigerũ aũt appellamus qui morẽ gerit. hoc est qui instituta uiuẽdi accipit ut alicui placeat. Ad cuius placitũ morem gerit. unde in eunucho. Mos gerundus est thaidi. Et in andria. Seu tibi mori/ gera fuit in rebus omnib⁹. Et hæc de prima particula huius carminis.

Moralis Moriger

n Vnc faciles aures animum quoq; trade serenum
Morigerare mihi mollia iussa dabo.

Nũc faciles. Nunc puer inquit ubi te uestiũ linguæ animiq; modestia de/ corauimus. trade auris facilis. idest paratas & intẽtas ad audienda ea quæ de moribus mẽsæ dicemus. & trade mihi serenũ. i. purum & impturbatũ animũ Morigerare. i. ausculta & obsequere mihi. ego dabo mollia. i. facilia factu/ & nõ illepida iussa. i. institutiões. Facile ut dixi: est quod facile fit & facile facit Faciles ergo aures. i. qui faciliter audiũt. faciles dii. idest exorabiles faciliter faciẽtes quod precamur. Trade cõpositũ est a trans & do. corrupta præpo/ sitione. quod in paucis fit. unde solet dici. Trans in cõpositis nil deserit inte/ gritatis: Trado traduco trano aufero traiicio ꝓ. Significat aũt tradere a ꝓpria ptãte in alterius trãsferre præcipue iuxto eo qui tradit. Vnde traditores dicti qui dolo quẽq; excipiũt & hosti cõmittũt. Neq; tñ id trado necessario signifi cat: ut dolo fiat. unde hic trade. i. exhibe præbe mihi animũ serenũ. i. imptur/ batũ & docilẽ. Morigerare impatiui modi est. Nã dicimus morigeror. mo rigeraris. ꝓ eo quod est morẽ gero. Nã a noĩbus cõpositis ut moriger belli/ ger uocifer &c. antiqui uerba faciebãt. Mollia iussa. Nõ aspera nõ sæua. cõ/ tra in nono Aenei. Iuppiter irrim demisit germanæ haud mollia iussa ferentẽ Nonius Marcel. ponit uarias notões huius dictiõis. unde inquit Molle ẽ nõ durũ. Virgi. li. viii. Mollibus e stratis dura ad fabrilia surgit. Idẽ Georg. lib. secũdo. Quid nemora æthiopũ molli canẽtia lana. Molle recẽs nouũ Vir/ gi. in buc. Castaneæ molles. Molle oportunũ Virgi. Aenei. li. iiii. Sola uiri molles adit⁹ & tpa noras. Idẽ ecquæ mollissima fandi tpa⁹. Molle lene cõtẽ/ nẽdũ. Virg. geor. li. iii. Tua mecœnas haud mollia iussa. M. Tulli⁹ de senectu te. Quod ferẽdũ ẽ molliter sapiẽti. Molle nõ arduũ nec erectũ. Virg. in buc. Qua se subducere colles. Incipiũt: molliq; iugũ demittere cliuo. Molle dul/ ce iucũdũ. Virgi. geor. li. ii. Molles sub arbore sõni. M. Tulli⁹ de legib⁹. li. ii. In aĩos teneros atq; molles influere q̃uarios canẽdi sonos. Idẽ de senectute. Oĩs absterseris senectutis molestias: sed etiã effeceris mollẽ atq; iucũdã sene ctutẽ. Molle placidũ. Acti⁹ in thelepho. nisi patit nauẽ i fugã tradũt subter sa xa ad leuã q̃ mons molliebat mare. M. Tulli⁹ de senectute. Et hãnibalẽ iuue/

Morigeror

Molle

niliter exultãtẽ patiẽtia ſua molliebat. hæc ille. Laurẽti⁹ Vallẽ. ſic. Mollis hõ dĩ & molle opus. hoc in laudẽ. illud ĩ uitupationẽ. Virgi. India ĩmittit ebur molles ſua thura ſabei. Idẽ. Excudẽt alii ſpirãtia mollius æra Credo eqdẽ ui/uos ducẽt de marmore uultus. Quod nõ ſine rõne factũ ẽ. Nã q nõ fuerit ſe/uerus: fortis cõſtãs: & ĩ morẽ rei duræ patiẽs: reſiſtenſq; fortunæ uel aduerſæ uel blãdæ. hic mollis ẽ ſimilis ceræ aut tenellis plãtis: cũ præſertĩ q mollicu/la mẽbra hñt: fere molli ſũt mẽte: ut pueri fœmĩæq;. Cõtra ãt milites nautæ agricolæ: ut corpe ita aĩo indurati putãt. hoc igit mõ mollis accipit ĩ uitium In laudẽ uero/qñ durũ uitupat: ut durus cibus/durũ cubile. durũ ſolũ: ita du/rũ ĩgeniũ/ueluti durus equus ad domãdũ/durũ ĩgeniũ ad docẽdum. & ut ſic ad ſculpẽdũ. Eadẽ rõne molle dicet qd nõ ẽ durũ eritq; laudabile. Quint. de ſignis loquẽs ĩqt. Illius opa duriora: molliora huius. Dicũt ãt ſigna opa ſcul ptilia ſiue fuſilia. ſiue cætera ad eiuſmõi effugiẽ aĩ aliũ fabricata: quẽadmodũ tabulæ opa pictoꝝ. Siqdẽ ĩ tabulis antiq pingebãt nõ in parietibus. hæc talia magis dicẽt mollia quæ fiũt: q̃ ĩgeniũ qd facit. ſic Valleñ. Ex his oĩ bus ĩferri licet. Vnũ idẽq; epitheton uni laudi & alteri uitio dari. Serenũ dĩ. ſudũ. cla/rũ ſine nubibus unde ſerenat uerbũ. Virg. in. i. Aenei. Vultu quo cælũ tẽpe/ſtateſq; ſerenat. Debet aũt animus diſcipuloꝝ eſſe ſerenus & imperturbatus. Quia ut dicit Ouidius Carmĩna proueniũt animo deducta ſereno.

Sígna

Serenũ

Non ſum qui laudem ſummo te accumbere mane
Iudice conueniens me dabit hora cibum.

Incipit dare præcepta. & primũ de tpe comedẽdi dicit nõ eẽ nimis mane co mendũ: Cuius rõ facilis inuẽtu eſt. qa priuſq̃ pridiano ſiue heſterno cibo ſto machus euacuatus fuerit ſi nouũ ſupponeceris crudus efficieris. minuſq; ad ſtu dẽdũ aptus. Cõſtrue ſic. Ego ſulpitius nõ ſũ is ſup. q laudẽ. i. cõmendẽ. i. lau/di dem accũbere. ĩ. aſſidere ad mẽſam ad ueſcẽdũ. ſũmo mane. i. prima luce. tpe matutino. hora cõueniẽs. i. matura & tẽpeſtiua dabit tibi cibũ. me iudice. id eſt ſi meo iudicio acqeſcere uoles. Laudẽ uerbũ ẽ. Mane: nomẽ. qd̃ plau/tus etiã declinauit dicẽs a mani. dictũ aũt eſt inqt Varro. Diei principiũ ma/ne: q tũ manet dies ab oriẽte. Niſi potius q bonũ antiq dicebãt manum ad cuiuſmodi religionẽ græci quoq; cũ lumen afferẽt ſolẽt dicere φωσ ἄγαθον.

Mane
Manum

Accũbere eſt aſſidere menſæ Virgi. in primo Aenei. Tu das æpulis accum/bere diuum: Idem eſt accubare: ſed compoſita a cubo ſine m ante bo primæ ſũt: cũ. m. tertiæ cõiũgatiõis. ut accũbere accubare. Incumbere incũbare &c.

Nec uos ante focum cænas producite longas
Hoc faciat caupo: qui ſapit iſta fugit.

Vetitũ ẽ ne citius æquo accũbas. nũc uetitat ne diutius q̃ oportet. ſcite etiã nũerũ mutat. Nã ſoli ſub debitũ tp̃s accũbere poſſum⁹: ſed cænas cũ plurib⁹ p ducim⁹ nec uos ſcholaſtici p ducite cænas lõgas añ focũ: caupo uẽditor uini & lurco faciat hoc. i. p ducat lõgas cænas añ focũ. q ſapit. i. ſapiẽs fugit uitat iſta. i. iſtas res uiles & inhoneſtas. focus ẽ locus ubi ignis fouetur. errãt qui putant

ignē esse. tametsi uulgari cōsonat. Caupo dicit qui unū uenale habet. Caupona/domus mercenaria ubi pro precio aut dormimus aut couiuimus.

Sterne toros nitide lautosq; appone quadrantes
Atq; salem & cererem: flumina: uina: dapes.

Graphice describit officiū eius qui seruiat discūbentibus. Ordo est. Sterne nitide. id est mūde & decenter. toros & appone quadrantes (quæ uulgaliter scissoria q; super ipsos quibusdē in locis obsonia scindant dicūt) lautos. i. lauatos & mūdatos. atq; salem. & cererē. i. panē. flumina. i. fontem uel aquā fluminis ad uina temperāda. uina & dapes. i. esculēta: Ordinē rerū administrandarū obseruat. primū enim toralia. gausape & mātalia super mensam pones. deinde quadras siue orbes. tū salē. tum panē. tum aquā & uinū. tunc carnes aut pisces. Toros dicit. quia olim in toris & lectis discūbebant. Prosternebant aūt toralia. id est lintbea aut bombicina. ne autē uestiaria accumbētiū: aut lodices lectorū uiolētur. Vnde illud Horatii secūdo sermonū. Tenlapidesuarios lutulēta radere palma. Et tyrias dare circum illota toralia uestes.

Torus

Quadrantes Quadræ

Varro torum a toruo deducit. Quadrātes supra quos comedimus quadrāgularis figuræ. qui etiam quadræ quas panitias ex frustis panis quadrangularis faciebāt dicūt. Vnde Iuuenalis. Vt bona sūma putes aliena uiuere quadra. Virgilius eo q; mensarū uicē habent etiā mēsas dixit. ut in tertio Ambesas subigat malis absumere mēsas. Idē quia orbiculares sunt interdū orbes uocauit in eodē septimo & cōfuse quadras: q; quadrangulares partim essent uocauit etiā cereale solū q; cererē sustinerēt uel q; ex cerere. i. pane fierēt. uerba ei⁹ sūt. Et cereale solū pomis agrestibus augēt. Cōsumptis hic forte aliis: ut uertere morsus. Exiguā in cererem penuria adegit edēdi. Et uiolare manu malisq; audacibus orbē. Fatalis crusti patulis nec parcere quadris. Heus etiā mēsas cōsumimus inqt iulus. uel potius heu mēsas etiā cōsu. &c. In qb⁹ ut sæpe alias per antonomiā Cererē, p pane ex cerere posuit. Et præcipue primo Aenei. ubi officiū idē sic describit. Iā pater æneas & iā troiana iuuētus. Cōueniūt: stratoq; super discūbit ostro/dāt manibus famuli lymphas cererēq; canistris expediūt. tōsisq; ferūt mantilia uillis &c. Atq; salē. Sal ut ipse auctor in grāmatica sua inqt sp masculinū est. Quidā tñ ex uetustissimis neutro genere protulerūt. Affranius Quicquid loqmur sal merū est De hac re dicit sic Seruius ad illud primo Aenei. Et spumas salis ære ruebant: Salē quo utimur singulari nūero tñ dicimus cū iocos significamus/pluralē tñ ponimus numerū: secūdū Luc. qui ait. Nō soliti lusere sales. Aliquādo aūt & urbanitatē i singulari nūero significam⁹ ut Terētius. q habet salē qd in te ē: qd. i. quæ res in te ē. masculini enī generis ē nō neutri: & nentra triptota sūt. nec ab eo actō noīatiuus eē pōt hoc salē. Donatus aūt ad illud Terētianū in eunucho Qui habet salē &c. Sal inqt neutraliter cōdimētū ē. Masculini sapīa. hæc donati. si mō donati sunt uerba/multi sequunt. unde Barbasculus dicā græcista ille. Sal neutri generis cōdimētum notat oris hic sal si dicas id quod sapiētia/signas Cuius plurale repræhēsio dicit esse. hinc Alexāder. Sal mōstrans dicit te misit aquis eliseus. Hoc etiam theologi nostri ut plurimū sequūtur. Verū

Sal

tamen si latine loqui uolumus dicemus cum poeta nostro salem. Neq; tamẽ sanctas litteras aut dãnabimus aut mutabimus: multa enĩ quia dicta sunt ser/uabũt: nõ ut dicant. De eodẽ noie (ut eos quos quasi triũ uiros in grãmati/ca habemus simul accitẽ) sic Priscianus differit. In al neutra sunt oĩa: ut tribu nal. ceruical: uectigal. Excipit unũ monasyllabũ/masculinum/ut hic sal salis. Terentius in eunucho. Qui habet salẽ quod in te est: Salustius in Iurgutha. Neq; salẽ. neq; alia irritamẽta gulæ. Inueniũt tamen quidã uetustissimi/etiã neutro genere hoc ptulisse. Hũc ergo se quit doctrinale. hic sal hocq; dabis Quod ineptuli interpretãtes dicũt hic pro urbanitate. hoc p oris cõdimento Cum p eo irritamẽto potius masculinũ reperiat. Dapes generaliter posuit.

Te uitare uelim cupidus ne ut lurco sonoras
Contrectes fauces: mandere rite decet

Paratis esculentis docet quõ sumas. præcepitq; ut modeste non auide. ta/cite sine sonoritate: mãdẽdo nõ ingurgitãdo. Vnde ait: Velim te uitare. i. ut tu uites ne cõtrectes. id est frequẽter cõtrahas comedẽdo. fauces sonoras. id est multũ sonantes ut Lurco. id est epulo seu comedo cupidus. id est cibi aui/dus. quia decet mãdere rite. id est saluo ritu. & decoro. Lurcones inquit no nius Marcellus dicti sũt a lurcãdo. Lurcare est cũ auiditate cibũ sumere. Lu/cil. Satyrarũ. lib. ii. Nam quid Metino subiectoq; huic opus signo: ut lurcare lardũ & carnaria. Pompo. Siris lapathiũ nullã utebat Lardũ lurcabat lubens Plaut. in persa. perẽnis hærbæ lurco edax furax fugax. Lucil. Saty. lib. v. Viui te, lurcones comedones uiuite uẽtres. Varro in eumenidibus. Cõtra cũ psal/tepisia & flora lurcare astrepis. festus pompeius. dicit lurca ẽ os culei uel etiã utris. unde lurcones capacis gulæ homies: & bonorũ suorũ cõsumptores. So norus a sono deflectit. sicut canorus a cano. uel sonor & canor noibus licet in raro usu sint. Mãdere est malis & dẽtibus/molaribus ob hoc dictis/cibũ cõ tere priusq; in stomachũ demittat. quæ res ad urbanitatẽ & etiã ad sanitatem plurimũ facit. Vorare autẽ est ipsum integrũ inglutire. unde Cicero. Partim uorãt inquit partim mãdũt. A mãdo fit nomẽ mãdo mãdonis & uerbũ mã duco cas & inde nomẽ: nomẽ mãduco. Manducones autẽ (inquit Nonius) qui & mãduci dicti sũt & mãdones: edaces dicũtur. Põpo. in pictoribus. Ma/gnus mãducus Camillus cauterius. Lucil. atq; oẽs mandonũ gulæ. Varro in margo: Magna ut tremiscat Roma/& magnæ mãdonũ gulæ. hæc ille. A uer bis ergo ut diximus sæpe fiunt nomĩa. ut ab epulor epulones. a comedo co/medones. a lurco lurcones. a mãdo mãdones a mãduco mãducones &c.

Lurcones
Lurcare
Mãdo
Voro
Mãducus
Mãduco

Et licet antiqui cubuissent pectore prono
Te colla hæc ætas recta tenere iubet

Præcipit ut recti sedeamus tametsi prisci proni. idest ad terrã inclinati di/scũbebant. uel pudicitiæ amore. uel quia ita instituta illa prisca sese habebãt. hæc aũt ætas. id est nostra tẽpestas iubet ut erecto uultu sedeamus: ubi poeta

generaliter præcipit/ut nos tẽpori: loco & personis accõmodemus atq; apte mus. Nam quæ ad mores faciũt præcepta uniuersalia nõ sunt. Nam ut notũ est uerbũ. Cuiq; suos mos est nõ uoto uiuitur uno. Conformaberis ergo dummodo si sit honesta/& personis quibuscũ uesceris. Ordo est. Et licet antiqui cubuissent. id est cubuerint dum accũberent prono inclinato pectore. hæc ætas id est nostra tempestas iubet. idest uult uel præcipit te tenere colla recta.

Et finito mensæ cubitis hærere potentes
Tu tantum faciles pone repone manus.

Aliud præceptũ de situ ad mensam. iubetq; ne iuniores mensæ incũbant. aut cubitis inhæreant. Id enĩ potẽtibus uix licitũ ẽ. Construe. Et finito. id est permittito potentes. id est diuites & potestate aliqua præditos hærere cubitis/mensæ. at tu puer tñ. id est tantũmodo pone & repone manus faciles. id est agiles & operatrices. hoc est. ubi opus erit ponas manũ nõ cubitum super mensam. Cubitũ dic in brachio quod genu in crure. Est autẽ cubitus septimi casus. id est ablatiui instrumentalis.

Tuq; puer iubeo sedeas uel raro sed astans
Pocula mitte celer pone ue tolle dapes.

Præceptiões has in illo faceto etiã habebis. sed quanto discrimine quo ad eloquentiã etiã surdaster nouerit. Puer iubeo ut tu uel. i. etiã raro sedeas. sed tu astãs mitte celer & pone celer pocula & tolle dapes. i. mistres discũbẽtib9 tã potũ q̃ dapes Turpe aũt est adolescẽti & puero iacẽtẽ & tardũ esse. Ideoq; dicit. Mitte. i. appone celer. i. cũ celeritate ue p̃ uel pone. depone celer. & tolle. i. depone celer dapes. i. esculẽta & quicquid superfluum in mensa uideris.

Iuraq; conuiuas super importare minister
Effuge: nam turpis sæpe fit inde toga.

Trãsit ad hũilẽ cõditionẽ. Si mister inqt fueris. & iura aut carnis aut piscis aut alteri9 quæ facile fũdãt portare ad mẽsã p̃cipiaris. caueto ne sup cõuiuas i portes: qa ihonestũ ẽ añ discũbẽtẽ uel manũ errare Turpissimũ aũt ipsũ iure aut alio quouis liquore fœdare & imbuere. hoc ẽ quod ait Et tu minister. i. si fueris mister effuge. i. uita sup importare cõuiuas iura. atq; si sic cõstruxeris sup importare erat una pars oõnis decõpositæ figuræ reges duos actiuos prio rẽ hoc est iura propria uirtute. posteriorẽ hoc est cõuiuas uirtute præpositionis sup. Sin ita cõstruxeris effuge importare iura sup cõuiuas erit anastrophe id est cõuersio/quæ fit quotiẽs præpositio casuali postponit. Toga ut alio loco dixi ẽ uestis supior qua tegimur. ius hic significat aquã i q̃ cib9 cõcoct9 est.

Quodq; iubebit herus facilis semperq; subito
Quemq; tibi dederit tu tibi sume locum.

Vtiliſſimũ iuuẽtutí p̃ceptũ. adhortaꝫ ut pareãt maioribus. & ſi fuerĩt mĩſtri hero ſuo. ordo ẽ Tu facilis. i. gnauꝰ & diligẽter opãs ſubito. i. aggredere ad faciẽdũ qđ herus iubebit. Et ſume tibi locũ quẽ ſupple herꝰ dederit. i. tribuerit & addixerit tibi. Vulgaris enĩ opinio ẽ pr̃icipi cõuiuii. hoc ẽ p̃rifamilias dãti appatũ/parẽdũ eẽ. Herꝰ ẽ q mĩſtrũ habet. ſicut dñs q ſeruũ. Si tñ recte ſũpſeris mĩſter relatiue dr̃ ad magiſtrũ: uerũ qñ magiſter p̃ p̃ceptore accipiꝫ p cor relatiuo habet diſcipulũ. herꝰ aũt dr̃ ſuꝰ cuiuſq; rei poſſeſſor. indefit adiectiuũ herilis. a ũ. Corripit ãt primã ſyllabã. Vñ illud horatianũ ſic leges. Intererit multũ dauus ne loquaꝫ an heros: non an herus.

Quodq; uir egregius pauido tibi porriget: illud
Sume libens: grates aptaq; uerba refer.

Ordo ẽ. ſume libẽs. i. hilari & libẽti aĩo illud qđ uir egregiuſ porriget. i. ĩptiet tibi pauido. i. uerẽti & refer grates. & apta uerba. iuxta ritum domus. dicit uir egregiꝰ. i. extra gregẽ quaſi nõ uulgaris q puerum pauidũ facit. i. timentẽ ne quid inepte faciat. Dãnat præterea eos qui moroſe recuſant/ quod porrigiꝫ ſumere. Id etenim non licet dũ uir egregius porrigit. cui maiorẽ honorem ſi cito parueris impẽdas q̃ ſi eo quod tibi porrigẽdum tenet oneratũ ſiueris.

Eſto tribus digitis: magnos nec ſumito morſus
Nec duplices offas mandere utrumq; iuuet.

Docet modeſtiã ĩ comedẽdo. Eſto. i. comedito tribus digitis. i. pollice & ſequẽtibꝰ duobꝰ Nec ſumito magnos morſus. i. magnos bolos quos mordeat nec iuuet. i. delectet mãdere utrũq;. i. ab utraq; pte oris ĩ utraq; mãdibula duplices offas. i. caue ne bucas utraſq; cibis expleas. offa ſũt aut carnis aut panis aut alterius fruſta qbus ueſci licet. Iuue. etiã de his qbus non ueſcimur dixit. Et patruo ſimiles effũderet offas. Per diminutionẽ aũt dr̃ Ofella. ablato altero f/& corrupta prima ſyllaba. quæ ĩ pr̃icipali p̃ducit. Quod in aliis quoq; fit. ut tignũ tigillũ. ſignũ ſigillũ. mãma mamilla. Quid mãdere eſt diximus.

Dapſilis & largus ſemper blandeq; ſodali
Impertire tuo pauperibuſq; dapes.

Redit ad letiorẽ cõditionẽ. Si inqt cũ ſodali (. i. qcũ idẽ iuris hẽs) ĩ mẽſa cõiũctꝰ fueris uel a potiori ſi tute rex cõuiuii aut pr̃ifamilias. Tu dapſilis & largus imptire. i. mĩſtra & ĩpẽde ſp & blãde ſodali tuo & pauperibꝰ dapes. ſodali qdẽ ipſi: Paupibꝰ uero p̃cipue dei amore. Dapſilis dr̃ a dapibꝰ q dapes offert. uel forte a dapſa qđ (ut feſtꝰ docet) apud ãtiquos dicebaꝫ res dĩna quæ fiebat hiberna ſemẽti aut uerna &c. Largꝰ a largiẽdo. Imptire impatiui mói ẽ Cõiũgatur enĩ tã ĩ actiua uoce q̃ ĩ deponẽti. ĩ actiua ſignificatiõe. ut imptio tibi labor/ rẽ imptio ſalute. uel imptior te ſalute. Laurẽtꝰ de ualla ſic de hac re diſſerit. Partio
Partio & partior quidã p eodẽ legũt. Sed mihi uideꝫ raro repiri partio ſine in. & partior cum in: quando eſt deponẽs. ſed frequẽs quando eſt paſſiuum. Partior

Impertio

Est nãq; impertio idẽ quod impendo uel partẽ do. M. Tullius. huic rei aliqd imperties quasi impẽdas. Idẽ laboris mei laudẽ nemini imptio quasi partẽ do. Reperit aliqñ mutata cõstructiõe ut apud Terẽtiũ. Plurima salute parme nonẽ sũmũ suũ impertit gnato: quasi sit/plurimã salutẽ parmenoni suo imp/tit gnato. Eodẽ mõ quo dicit dono tibi hũc equũ. & dono te hoc equo. hui? passiuũ est imptior. ut Cicero. atq; etiã uiro forti collegæ mea laus impertit.

Partior idẽ est quod partes facio/partesq; distribuo. Sicut Sortior: fortes facio: sortẽue recipio, Virgi. Et socios partit in oẽs. Quinti. Partiris uel gra/tis dum quo respiremus afferas. Partiri itaq; de partibus dicimus: Impertio magis de re incorporea & quasi cõmunio. Impertirí tñ aliqui dicũt p imper tire/ab ipso deponẽte partior. Hæc Valla impertire: ergo hoc loco a depo/nenti est & significat impẽde & administra.

Sodalis

Sodalis ut idẽ ualla docet pro/prie est in rebus leuioribus ac sæpe uoluptuosis. Quint. Quo tãdẽ patereris aĩo si delicatis adolescẽs pʒtim splendidis opibus: uel ex ætate mores: uel ex fortuna traxissem & tẽpestiua cõuiuia & peruigiles iocos aduocata sodaliũ turba: solutus atq; effluẽs agerẽ. M. Tullius. Epulabar modice cũ sodalibus Sodalitates enĩ me quæstore sũt institutæ. Idẽ alibi. Ego Plantiũ laterensis & ipsũ gratiosũ dico & habuisse in petiõe multos cupidos sui gratiosos: quos tu si sodales uocas officiosam amicitiã noĩe inquinas uitioso. Caius autẽ so/dales uocat qui eiusdẽ collegii sũt. A quo nõ sane discordat apud M. Tullũ Antonius qui Norbanũ quæstorẽ suũ appellat sodalẽ. Festus Pompeius. So dales inquit dicti sũt q; una sederẽt & essent/uel q; ex suo datis uesci soliti sũt uel q; inter se inuicẽ suaderẽt qđ utile eẽt. hæc ille. hoc primo mõ hic ponit.

Nec uos obscenos laudabimus aut comedones
Esse decet uiuas: uiuere non ut edas

Ordo est. Nos nõ laudabimus: ĩmo sũmopere uitupamus uos obscenos. id est si fueritis obsceni/aut comedones. id est assidue comedẽtes & uẽtri de/ditos. qa decet esse. id est comesse seu comedere (est enĩ infinitiuus ab edo) ut uiuas: & nõ uiuere ut edas. Vnde ut est apud Au. Gel. libro. xv. ca. i. Philo/xenus gruis collũ a diis ĩmortalibus sibi dari optabat. quo longã uoluptatẽ acciperet. Socrates quidem dicebat Multos homines propterea uelle ui/uere/ut ederent & biberent: sese bibere atq; esse ut uiueret.

Namq; cibus nimius capiti stomachoq; nocebit
Corporis & uires ingeniiq; rapit

Ostẽdit causam quare uetuit ne comedones sint: qa nimius cib? & corpis & animi uires aufert de qua re dictũ est ibi. Parce gulæ turpi &c.

Gausape non macules aut pectora: nec tibi mentum
Stillet: sitq; tibi nẽ manus uncta caue.

Præcipit in tractãdis eſcariis & potoriis ſeruandã eſſe modeſtiã. ſimiliter & in potu atq; cibo. ne dum incautus ea tractes aut gauſape aut pectus aut mẽtum cõtamines. quin & manus mũdas eẽ oportet. Ordo eſt. Nõ macules nõ maculabis gauſape ſup quod cibus ponitur. nec pectora tua. nec mentũ ſtillet. i. ſtillã demittat/& caue ne man⁹ ſit tibi uncta. i. pinguefacta ex ferculis tractatis. Gauſape ut ipſe autor noſter interpretat eſt pãnus quo mẽſa ſternit. Horatius in ſermonibus. Gauſape purpureo mẽſam deterſerat alter. Sane reperit hæc gauſapis unde ablatiuus gauſape. & hoc gauſapũ unde pluraliter gauſapa. frequens tñ eſt hoc gauſape. Bonũ ordinẽ ſeruat poeta. Nãgrauiſſimũ eſt maculare menſã: deinde pectus. tũ mentũ. Mentũ aũt eſt ſub ore pars illa quã dũ meminimus. i. mẽtionem alicuius rei facimus mouemus. Stillare eſt guttatim fundere. Vnctum eſt pingui illitum. capitur hic ꝑ ínqnato. ſicut apud Flaccũ in ſermonibus. ſeu puer unctis tractauit calicem manibus. Gauſape

Sæpe ora & digitos mappa ſiccabis adapta
In quadra faciet non tua palma moram.

Præcipit de mundicia obſeruãda. Et quia uetuit manus unctas habere docet qui mũdentur. non inquit ueſte tua/nec gauſape cõmuni: ſed mappa adapta. i. mantili ad hoc deputato. dicunt enim mantilia quibus manus tergũtur. / Palma. i. manus tua nõ faciet moram: id eſt nõ morabitur in quadra. in uaſe eſcario reſpicit ad conſuetudinẽ patriæ ſuæ in qua cibi fruſtim in quadra ꝓponuntur. Quod ergo de quadra præcipit tute ſeruabis etiam de diſco. lance patina: & alio quouis uaſe.

Quod tibi uicinum fuerit tu ſume: ſodali
Cede tuo: referat dum tamen ille manum.

Honeſtiſſimũ præceptum & diligẽter obſeruãdum. Si uis inquit urbanus haberi caue ne ut ineptiſſimi lurcones bolum delicatũ ſodali tuo ꝓpoſitũ præripias. Sume inquit quod fuerit tibi uicinum. i. ante te poſitum. Niſi forte bolus inſignis fuerit quẽ digniori ĩpertias. Et licet phas ſit tibi ſumere quod ante te poſitũ eſt. hoc eſt in ea parte parapſidis in qua tu ſedes. Cede tamen tuo ſodali. dum. i. donec ille referat. i. retrahat manum: id eſt donec ſodalis: id eſt conuiuator tuus manum habuerit in diſco tuam non inferas. Sodalem uulgo pro conuictore accipiunt.

Dumq; in fruſta ſecat caueas ſumpſiſſe reciſa
Lurco legit dulcis abſq; pudore bolos.

Caueas (inqt preterea) ſumpſiſſe. i. ſumere reciſa. i. particulas altilis uel alterius edulii a ſodali reciſas. dũ. i. donec ſecat. i. diuidit in fruſta. i. in particulas hoc eſt tãtiſper dum ille altilia diuidit/ tu nullam partem attigeris. quia lur/

co (quem inepti leccatorem uocant) legit deligit ſibi. capitue. abſq; pudore impudēter dulcis. i. delicatos bolos. Bolus eſt fruſtum ut ore capiatur aptū. uulgo quia mordetur morſellum dicunt.

Non manibus gremio immiſſis tibi uellicet unguis
Quod ſumes: reſidens non agitato pedes.

Pueriles ineptias caſtigat: maioribus aūt ſummopere dānandas. Solent enī ineptuli manibus ſuis ulcera & pruriginem uellicare: & deinde cibum carpere: quod uitioſum eſt. proinde ſi conciſa ſunt obſonia cultro quadræ tuæ applices. ſin integra apte concidas caueaſq; ne plura contingas digitis præſertim ímpolitis ac tollere uelis. Ordo eſt. Vnguis non uellicet. i. uellicādo carpat quod ſumes cōſumpturus es ex uaſe eſcario. manibus ímiſſis tibi gremio i. poſtq; immiſiſti manus in gremiū: qui locus immundus eſt. Item tu reſidēs i. accūbens non agitato pedes. ineptū enim eſt pedibus crura aſſidentiū contingere. Ineptiſſimum agitatis pedibus compellere. Vellico deriuat' a uello. eius aūt formæ non ſane multa ſunt. ut a uello uellico. ab albeo albico. a do dico. Reſidēs a reſideo quod cōponitur a re & ſedeo. Nam reſido a re & ſido cōpoſitū eſt. Reſidet aūt qui iam ſedē cepit. Reſidit aūt qui ſedē capit.

Incidaſq; prius q̄ dens contundat ofellam
Tingantur rurſus ne tibi morſa caue.

Contra ruſticos & impolitorum mores duo præcepit. alterū ne fruſta aut panis aut obſonii (Obſonium autem eſt quicquid præter panē conſumitur) maiuſcula in os tuū ingeras & partim remittas. ut pueri qui pomū aut panem aut carnem aut quicquid deniq; offendūt ad os aggerunt. Neceſſum aūt eſt ſi ineptitudinis damnari non uis ut nō maiora ori applices q̄ liquide non impedita uoce. nec extenſis buccis contūdas. Alterum qđ præcipit eſt ne panē quem ori ſemel appuleris & dentibus confregeris rurſum in ius aut eſculētū in medio poſitū inferas. Quocirca caue ne fruſta maiora q̄ ut ſemel abſumas in patinam intingas. Ordo eſt. Incidas. i. cultello diuidas prius ofellā. i. quod uis fruſtum edulii. prius q̄ dens tuus contundat. i. conterat maſticetq;. Caue prætereā ne morſa. i. cruſtula uel fragmenta quæ momorderis tingant'. i. intingant' rurſus. i. ſecundo loco tibi. i. a te. Ofella ut dixi diminutiuū eſt ab offa ablato uno f. Patet etiam aliud ſignificare offam q̄ uulgo accipit'. Nā ſunt qui bucellam diffiniant. cum ſit quod ius fruſtum comeſtibile.

Nec lingas digitos nec rodas turpiter oſſa
Aſt ea cultello radere rite potes

Ruſtica uitia urbane caſtigat. Sūt qui digitos unctos cum ſonoritate magna lingūt quæ res uitioſa eſt. Ideo enī mappæ & mātilia dantur: ut illis eos non

labiis tergas. Sunt præterea quì ut canes carnē ab ossibus dentibus uellicāt. quod tute non facies. Ne tamen profusus & inconsideratus habearis ossa carnulenta nō demittas priusq̄ carnem cultello tuo modeste abstuleris. Con. Nec lingas. i. lambas digitos quādo aut iure aut alio quouis pingui uncti sūt Nec rodas turpiter/cū strepitu ut canes ossa. Ast pro sed potes rite. i. urbane & moderate radere ea cultello. Ast carminibus conceditur. in prosa autem solum at dicetur. Sed ne in carmine quidē sequenti consonante. Cultellus diminutiue a cultro deducitur. dicitur autem hic culter. Radere est leuiter tā/gere. ut sæpe apud maronem.

Siue super mensam cortex cumuletur & ipsa
Ossa uel in pateram præ pedibus ue iace.

Docet quo supflua congeras. Nam si ita cæteros factitare uides congeres in mensam ante te sic tamē ut nō sparsim iaceant sed collectim: nulliq; aut saltem tibi uni officiant. At si moris est pateram sup mensam adimponēda ossa ponere: imponas & tu. Sin sub pedes iaciunt ab aliis: tu quoq; salua semper honestate deiicere poteris. Con. Cortex. i. tectura aut pomi aut nucis cumulet. i. in cumulū congerat siue super mensam: & iace. i. coniice ipsa ossa in pateram. i. in uas patulum ad hoc appositum: ue pro uel præ pedibus. i. ante pedes tuos. Cortex dicit quia cōtegit arborem aut fœtum eius. dicitur aūt hic cortex & hæc. Hic ut Virgi. Raptus de subere cortex. Hæc ut apud eundem. Tum phaetontiades musco circūdat amaræ corticis. Conformius autem est masculino

Nec tanq̄ ficos tenta nec delige frusta
Et quocūq; manus huc tibi lumen eat.

Obseruanda præceptio. qua monet ut quicq; bolorum primum in manus sumamus ita primum tollamus. Dedecus enim est tentare & uersare bolos atq; eos contactos & reiectos aliis relinquere. Vtitur autem comparatione ab eis qui ficos emunt quarum tentando & palpitando periculum faciunt. Ineptum ē præterea deligere frusta. quia hoc hominis perditæ gulæ est. Admonet ad hoc ne forte quid fundas. aut quem offendas aut ineptus deniq; manus discurrat. Ne aliquo manus/quo non & oculos dirigas. uisurus quid captet aut ponat & ubi &c. Ordo est. Nec tenta: id est disquire & experire tentando & palpitando frusta tanq̄ ficos. Nec delige frusta: id est non curiose disquire quæ frusta accipias. Et lumen: id est oculus eat huc: id est eo. hoc est ad eum locum quocunq; : id est ad quem cūq; manus supple iuuerit. Ficus ut docet Valla tā p arbore q̄ p fructu secundæ & q̄rtæ declinatiōis repit. Pro arbore secūdæ ut Iuue. Ad quæ discutiēda ualent sterilis mala robora fici. Pro

arbore quartæ Cicero de oratore. Vxorem ſuam ſe ſuſpendiſſe de ficu. Pro fructu ſecundæ declinationis. ut apud eundem de ſenectute. Ex tantalo grano fici. Et apud Horatium in ſermonibus. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Et apud Plynium ad Octauium Ruffum. Quæ nunc cum ficis & boletis certamen nondum habent. Similiter apud poetam hoc loco. Pro fructu aũt quartæ apud Macrobium. Admonent nos ficus aridæ. Et apud Martialem dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci. Pro morbo autem maſculinũ eſt & ſecundæ. Tenta hoc loco proprie dixit. Eſt enĩ frequẽtatiuum ateneo: qui autem frequenter rem in manum accipit atq; uolutat: eius periculũ facit. Vnde tentare eſt manibus frequenter tractare. & tranſſumitur ad periculum facere. aut uexare & moleſtare. Delige præterea apte dixit. Nã ut docet Valla. Deligere & eligere ſic differunt/ q; Deligere eſt quod magis idoneum ad rem agendam eſt/ cernere. Eligere uero uel ad noſtrum emolumẽtum: uel ad illius qui eligitur dignitatem. Delegit ſibi ſæpe popu. Roma. imperatorem ad bella. ut Pompeium ad bellũ Mitridaticum Imperator quoq; deligit milites non eligit/ ad rem uidelicet bellicã idoneos. & inter eos agit delectũ quis cui rei maxime ſit commodus. Et agricola delectũ agit inter tauros/ quos ſcindendo ſolo: quoſq; procreandæ ſoboli deſtinet. At ſi ex multis daretur optio quem ſibi uellet eligeret non deligeret. hæc & plura in eãdem ſententiam argutiſſime Valla diſſerit. Deligit ergo bolos quos uſui fore ſibi præcipuo putat: qui eos tentat & diſquirit. eligit autem qui ex multis unum captat. Nõ aũt in electiõe (ſi mõ tibi libere offerat) ſed in delectu uitiũ eſt.

Deligo
Eligo

Nec ſocium torue aſpicias: quidue ederit ille
Aduertas: geſtus inſpice ſæpe tuos

Lepidũ hoc præceptũ eſt. Quãdoquidẽ ut Varro. Macrobius/ & alii q̃pluri/mi monẽt: inter cænãdũ comitati & affabilitati hilariq; frõti p̃cipuus loc⁹ eſt: Nã & cõuiuiũ ꝓpter cõcẽtũ & cõcordiã ſtudioſ⁹ uocarũt priſci. peccat grauiter qui toruo uultu comedẽtẽ inſpicit. Ruſticus & infacetus cõuiuii rex eſt. q; comedentes nimiũ obſeruat. ineptior aũt ſodalis q; cõſocii ſui cibũ oculis metitur. Non enim aliorum ſed noſtri nobis geſtus inſpiciendi ſunt. Ordo eſt. Nec aſpicias torue ſocium: nec aduertas: id eſt obſerues quid ille: id eſt conſocius tuus ederit: id eſt comederit. Inſpice ſæpe tuos geſtus: id eſt qualiter tete geras.

Pocula cum ſumes tergat tibi mappa labella
Si tergas manibus non mihi charus eris.

Poſtq̃ inquit bibiſti terge os non manibus ut ruſtici: ſed mappa. i. mantili ad hoc tibi dato. Si tamen non habueris auerſa manu tergere poteris. Ordo eſt Mappa tergat: id eſt mundet tibi labella cum ſumes pocula: id eſt uaſa potoria. Si tergas manibus non eris mihi charus: id eſt non commendabo te. Caue interpres ne dicas manibus: id eſt cum manibus.

Vna manus sumat pateram ni hanc iactet in hostem
Theseus: aut beli sint monumenta patris
Ast hac si binis manibus captabis: id apte
Efficies: digitis uascula sume tribus.

Docet quomodo pocula sumenda sunt. nam si exigua & parua tribus dumtaxat digitis. si maiuscula una manu. si uero ingentia ita q̃ peticulum sit effundendi uini ambabus decenter sumas sic tamen ut quodcũq; poculum aut tibi sumpseris aut alteri porrexeris caueas ne cõtamines os eius: id est eam partẽ quam ori applicamus. Poetice autem describit pateram ingentem Per transitum tangens rem ab aliis latius descriptam. Nam quo tempore Pirithous Lapitharum rex uxorem duceret uicinos populos cẽtauros etiam sibi cognatos & deos omnes excepto marte ad conuiuium uocauit unde iratum numẽ immisit furorem quo centauri & lapithæ in bella uenerunt. Vnde Virgilius in septimo. Mars perdere gentem immanem lapithum ualuit. In georgicis tamen dicit Bacchum fuisse causam discordiarum. Sane sciendum ubi poti & ebrii effecti sunt furore in bella ruebant. Et quia ut dicitur primo Aeneidos. furor arma ministrat. Quicquid primum in manum accipiebant in hostem proiiciebant. Cum ergo inter potandum seditio coorta esset pocula ni mirum iaciebãt. Vnde est illud in secundo georgi. Bacchus & ad culpam causas dedit ille furentes Cẽtauros leto domuit: rhœtumq; pholũq; Et magno hileum lapythis cratere minantem. In eo autem certamine Theseus erat cõtra Lapythas uolentes hippodamiam Pirithoi spõsam rapere. Nam inter paria amicorum numerantur Theseus & Pirithous. Quod aũt ingentem cratera in hostem iecerit: patet q̃ centauri qui itidem pro Pirithoo pugnabãt crateras iniiciebãt. Vñ & Magno Hileũ cratere minãté. Probabile aũt est Theseum qui uir egregiæ uirtutis erat ingens pondus iniecisse. Nam qui docte scribunt pro uiribus corporis telorum magnitudinem comparant. Quia enĩ Aiax Thelamonius miræ fortitudinis erat dat ei Homerus in sexto Iliados. saxum immanis magnitudinis quod in Hectorem coniecerit. Dat item in quinto Diomedi lapidem quem in Aeneam irruit maiorem q̃ ut a duobus eius ætatis uiris portaretur. Ad cuius símilitudinem Virgilius itidem turno in eam saxi immanis fragmentum ascribit his uerbis. Nec plura effatus saxũ circũspicit íngens Saxum antiquum ingens: campo qui forte iacebat Limes agro positus: lítem ut discerneret aruis Vix illud lecti bis sex cerulce subirent Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Ille manu raptum trepida torquebat in hostem &c. De his item est illud Iuuenalis. Nec hunc lapidem qualise turnus & aiax Et quo Tidides percussit pondere coxam Aeneæ sed quem ualeant immittere dextræ Illis dissimiles & nostro tempore natæ. Nã genus hoc uiuo iam decrescebat Homero Terra malos homines nunc edu cat atq; pusillos &c. Liquet ergo illa tempestate ingentia fuisse hominum corpora. quocirca uerisimile est Thesea eius quoq; temporis præstantissimũ uirum ingentem pateram in hostem proiecisse. Qualem una manu non posu iii

ſes extollere. Adducit & aliam hiſtoriam Virgilianis carminibus in primo Aeneidos ſatis uulgarem. Vnde ait. Hic regina grauem gemmis auroq; poſcit Impleuitq; mero pateram: quam Belus & omnes A Belo ſoliti &c. Belus erat antiquiſſimus rex aſſyriorum ut dicit Seruius. Sane genus tale ponitur. Ex Ioue primo natus eſt epaphus. ex hoc Belus priſcus. Ex Belo Agenor Hic Phœnicem genuit. ex Phœnice ſecundus Belus natus eſt: qui Methres eſt appellatus. huius liberi ſunt Pigmalíon & Dido & Anna. Eiuſdē autem Phœnicis filius fuit Pliſthenes ex quo natus Sicarbas qui patri in ſacerdotio ſucceſſit & Eliſſam quæ Dido a Marone appellatur uxorem cepit. Perlongam ergo ſucceſſionem patera cuius Virgilius in carmine quod modo adduximus meminit: ad Didonem peruenit: quocirca dicit poeta noſter. Aut Beli ſint monuméta patris. Solent enim ut alio loco dixi minores maiorum munera pro monumento conſeruare. Monumentum autem dicitur a monendo/quia nos datoris moneat & memores faciat. Vnde ad Aſcanium Andromache in tertio Aeneidos. Accipe & hæc manuum tibi quæ monumenta mearum. Sint puer & longum Andromaches teſtentur amorem. Ordo ergo textus eſt. Vna manus ſumat pateram: id eſt poculum. eſt autem uas patulum. ni: ideſt niſi Theſeus filius Aegei. iactet hanc pateram ín hoſtem/aut niſi ſint monumenta Beli patris: id eſt niſi ſit tanta magnitudine ut una manu ſuſtinere rite nequeas. quanta erat quam Theſeus in hoſtem iecit. & Belo ſuis legauit. Aſt proſed ſi captabis: id eſt accipies hanc pateram tam ingētem binis manibus: efficies id apre. ut neq; effundas/neq; manus ingeras/aut cica oras contineas. ſume uaſcula: id eſt parua pocula/qualia uitrea tribus digitis: pollice & ſequentibus proxime.

Et teneas oculos: nec ſupra pocula fare
Plena aliquo uita ſit tibi bucca cibo.

Poſtq; autem poculum ſumpſeris tria obſeruanda docet. primum ne inter bibendum oculos huc illuc uagabundos dirigamus. deinde ne ſupra pocula loquamur. ſtatim enim ſumpto poculo bibendum eſt. tum ne bibentes os ad huc refertum cibis habeamus. Proinde facito ut euacuatum os poculum offendat priuſq; apponas. Ordo eſt. Et teneas: id eſt contineas oculos ne uagentur ſupra pocula. Nec fare ſupra pocula. Et uita: id eſt fuge uel caue (eſt enim imperatiui modi a uito uitas &c) bucca ſit tibi plena aliquo cibo. Illud autē Et teneas oculos potius generale eſt præceptum: quia ſemper tenendi ſunt oculi ne inepte aſpectent: Buccam inquit Valla & buccas pro eodem accipimus: oratores frequentius in ſingulari. Vnde illud uſitatum dicam quicquid in baccam uenerit: id eſt in os. Sed non in labra ut uulgus exiſtimat. Hæc ille Sunt ergo buccæ quæ uento inflantur. aut cibis farciuntur aut alio quouis intra os diſtenduntur. Præcipiunt item grammatici idem eſſe caue aut uita ne ſit bucca plena cibo. & uita ſit tibi plena cibo. Seruius autem uult ut po

Bucca

tius dicat sicut hic uita sit tibi plena cibo. Et a Terentio. Caue te triſtem ſentiat &c. q̃ uita ne/ & caue ne &c.

Deme merum ciatho: multum ne forte ſuperſit
Quod nolit ſocius ſumere ſponte tuus

Vrbanitatis eſt ciathum uino tempore longiuſculo infuſo euacuare. quia ſi non bibitur indicio eſt ipſi cui propinatum eſt non placere aut ſi forte placuerit: recens tamen hauſtum honeſtius propones. Verum hic poeta de ciatho tibi ſocioq; communi uidetur loqui. Cui aut illibatum aut exhauſtum poculum uenuſtius propoſueris. At ſi forte ſupereſt quod nolit ſponte: id eſt ſua apte natura & cum uoluptate bibere. demes merum: id eſt uinum purũ. Nec eſt contra ea quæ prius præcepit: & quæ ſequuntur. Licet enim tu merum nõ bibes: infundes tamen in poculum &/ ſi ſocius tuus bibere uelit bibat merum ſi malit. tu uero priuſq̃ bibes aqua dilues. Ordo patet uel infantulo.

Qui ſapit extinguet multo cum fonte falernum
Et parco lympham diluet ille mero.

Præcipit contra bacchi procerum inſtituta/ qui pro conſtitudine atq; præcepto habent uinum modico fonte diluendum eſſe. At fontem largo mero. Sed ut dicit poeta. Qui ſapit: id eſt ſapiens extinguet falernum: id eſt acre & uigoroſum uinum quale eſt quod in falerno monte campaniæ olim commendabatur. cum multo fonte. hoc uno loco uidetur. Cum in ſignificatione inſtrumenti ablatiuo iunctum: contra Vallæ & doctiſſimorum grammaticorum præcepta. Nam ut comitem ſignificet ueriſimile non fit. Non enim fõs proprie extinguitur. ſed ardor uini extinguitur fonte. non cum fonte. Niſi forte generaliter acceperis. ut tẽperamẽtũ medium intellígas & alterũ alterro extingui. Nam uinum merum exurendi uim habere/ non dubiũ eſt. Quin & aqua exiccãdi poteſtatem habet. Nam ut dicit Ouidius. Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ. Iuxta quæ non abſurde dixeris/ fontis quoq; effectuam æſtuationem uino extingui. & uini fonte. Nam licet fontes frigidi ſunt calefaciunt tamen atq; ſiccant. quod non eſſet niſi ardorem quendam continerent. Extinguet ergo qui ſapit cum multo fonte falernum: id eſt ſimul & falerni & fontis æſtum temperamento extinguet. Vel ſi uſq; adeo uitioſum putes (quod Priſcianus tamen non damnat) cum/ inſtrumentum ſignificantibus addi. Neq; approbes fontem extingui. Expone cum ut ſit temperale. Qui ſapit cum extinguet falernum extinguet ſupple multo fonte. Et diluet lympham: id eſt aquam parco mero: id eſt modico uino. Sed credo poetam noluiſſe eum ordinem facere quocirca: non indocte dixeris. Cum multo forte: id eſt ſimul & multum fontem extinguet. Hanc autem ſobrietatem ueteres poetæ ſeuerius multo inſtituerunt. Vnde eſt illud Euripidis: quod Aulo Gellio interprete hoc ſonat. Nam quid mortalibus ſit u/ Abſtinentia priſca

sui præter duo illa: modo Cereris munus & aquæ poculum: quæ adsunt ac nos queunt alere. quorum saties nunq̃ est/Luxus autem sunt cæterarum epularum indagines &c.

Non facies binos hauſtus: nec feſſus anheles
Sibila nec labiis ſtridula prome tuis
Nec cito ſorbebis uelut oui lutea grati
Nec nimium tarda ſuge falerna mora.

Docet quomodo bibẽdũ est. uetatq; ne duos hauſtus priusq̃ poculum remittas facias. Neue tantũ aut tam longũ bibas ut dimiſſo poculo anhelare cogaris. Seruandus est præterea modus attrahendi potus. Ne ſibilum labiis conciтes dum pitiſando pocula ſumis. Obſeruandũ ad hoc tempeſtiuũ tempus. ne aut citius q̃ decet ſorbeas/aut ſegnius q̃ cõuenit fugas. Ordo est. Non facies binos hauſtus. i. caue ne inter bibendum reſpires & anhelitum recipias. Nec tu feſſus ex longo hauſtu anheles. Nec prome: id est concita. ede. exprime labiis tuis ſibila ſtridula: id est ſtridore exeuntia. Nec ſorbebis falerna: id est bona uina cito: uelut quemadmodum ſupple ſorbeas lutea: id est uitellum lutei coloris. oui grati tibi. q. d. recentis quod gratum plerumq; est. Nec ſuge falerna nimium tarda mora. Lutum est unde fit luteus color: qui croceus est qualis in croco. in rubro oui. in roſtro merulæ. ſemper autem in ea ſignificatione prima longa profertur. Vnde Virgilius in bucolicis. Iam croceo mutabit uellera luto. Similiter & luteum adiectiuum. Vnde idem in ſeptimo. Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Similiter & luteolus lalum quod a luteo deflectitur Vt idem in bucolicis. Mollia luteola pingit uaccinia calta. Quando autem cœnum ſignificat primam corripit. Vnde Horatius. uel amica luto ſus &c. Est ergo luteũ illum rubeum in ouo quod uno hauſto abſorbere ſolent. dicitur ab aliis centrum eo q; in centro oui ſit. Ab aliis uitellus. ut ab Horatio in ſermonibus. Nanq; marem cohibent calloſa uitellum. ubi Porphirio. uitellum quæ est oui pars media. Et nota inquit/ q; cum hic maſculino genere dicat alibi fœminino. Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus &c. Sunt qui uitellum credunt eſſe pelliculam quæ inter teſtam & album oui est. Sed ut ad rem redeam Lutea oui ſunt interiora illa lutei: id est ſubrubei coloris. Affectate autem dixit ſorbebis & ſuge.

Vnum ſiue duo ad ſummum tria pocula ſumes
Si hunc numerum excedes iam mihi potus eris

Docuit quid quomodo & quantum bibendum ſit. Nunc quotiens licite bibas oſtendit. Et dicit q; ad ſummum ter. Theologi etiam noſtri & canonici diſputant an peccent qui ſæpius tertio biberint. Ordo est. Sume unum ſubaudi poculum: aut duo: aut ad ſummum tria pocula: id est ſemel aut bis ad ſummum: id est ut multum ter bibas. Si excedes hunc numerum: id est ter/

narium/hoc est si sæpius q̃ ter bibes tu eris mihi potus. idest ego censebo te potum & bibulum. uinosumq̃. Hic animaduertes ineptire qui dicunt ad minus ad plus ad magis. cum debeant dicere ut multum & parum ut magnum uel ut plurimũ ad summũ ad maximũ: Item scies (quod Valla docet) datiuum de medio & uulgari sermone sumptũ sæpe ad nullum referri. licet primæ aut secundæ personæ fuerit. ut apud Ciceronem. Hic mihi gloriatur se omnes honores sine repulsa obtinuisse. Vbi mihi non magis ad Ciceronem q̃ ad alium quẽuis refertur. Similiter cum dicitur hic mihi semper dormit: ille mihi semper sedet. illud mihi ad nullum refertur. simili modo hoc loco. Iam mihi potus eris: potest mihi ad nullum referri.

Fac uideas quodcunq̃ bibes: modicumq̃ pitissa,
Crater siue calix det tibi uina breuis:

Vtile. præceptũ. ut priusquã bibas. potum inspicias & experiaris. Inspicias quia ne aut musca aut acinus aut ĩmundum quoduis in eo lateat. & te aut cũ periculo bibere aut cum ineptitudine poculũ cœptum deserere cogat experiaris autem ne forte sit potus a tua natura abhorrens quem turpiter refundas: aut damnose contineas. Non ineptum ergo ducit/si poculũ tibi intentatum porrigatur ut primũ periculũ facias. Ordo est. Fac uideas quodcunq̃. id est quamcunq̃ rem bibes & pitissa. id est proba & experire modicum. Crater aut calix breuis. id est quoduis poculũ breue det tibi uina. id ẽ bibas ex uase quod non sit longum: quia longũ facit ut te uino conspergas: aut cum difficultate bibas. Pitisare proprie est parce uinũ gustare quasi tentandi gratia. Tale est uerbũ quo Plautus utitur Cyatisso. Vnde Terentius in heauton. Nã ut alia omittã pitisando modo mihi quid uini absumpsit? Crater & hæc cratera. ut Autor noster interpretatur. est uas patens. Sane apud Virgiliũ ut attestatur Nonius Marcellus accipiũtur crateres pro uasis oleariis. In quibus scilicet oleũ reponitur. ut in Buco. Crateresq̃ duos statuã tibi pinguis oliui. Idem in sexto. Fuso crateres oliuo. &c. Crateræ autẽ ut idem inquit sunt uasa uinaria ut primo Aenei. Crateras læti statuunt & uina coronant. Hæc ille. Verũtamen apud Virgiliũ crateres etiam uasa uinaria sunt ut in nono. Indulgent uino & uertunt crateras alienos: ubi crateras accusatiuus est a nominatiuo crateres/nam nisi tertiæ declinationis fuerit uersus non stet cũ in prima as producat. Neq; semel crater pro poculo ponitur. Vnde in illo quodmodo posuimus Georgi. Et magno hyleum crater e minantẽ. Calix etiam poculi genus est Cicero. Quid hic calix multi impinguẽdus est ut plorare se desinat. Apud Ecclesiasticos & euangelia perq̃ sæpe. ut potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? &c.

Os quoq; tergebis semper post pocula: palmas
Ablue quum mensam deseris atq; labra.
Inflectensq; genu iungens quoq; brachia prosit

Dicito: sed tolles ordine quæq; suo.

Docuit quid sub prandium & in prandio faciendum est. Nunc cõcludens opus præcipit quid post refectionẽ facias. Semper inquit post pocula (.id est post potũ ut etiam apud Virgilium accipitur) tergebis os munda aqua: quia sic sanior eris & dulcius os habebis. tergebis etiã dum deseris mẽsam palmas & labra. Dicimus etiã labia. & olim labias. Et inflectens genu. id est supplicãs & iungens quoq;. id est etiam brachia dicito discũbentibus. prosit supple uobis. Sed tolles. id est auferes suo. id est proprio & debito ordine quæq;. idẽ quaslibet res in mensa derelictas. Aduertes q; uult ut dicas prosit. Multi etenim ineptiunt dicentes proficiat: Nam homo proprie proficit qui remuti/lem & cõmodam facit. Est enĩ actiuũ uerbum. Itaq; dicendũ esset potius. ad multos. proficite uel proficiatis/q; proficiat. Res autem quæ nobis usui est. prodest. Itaq; recte dicis prosit tibi cena: prosit dormitio. psit potio prosit unctio & lotio &c. Et hæc de decimo siluarum.

In undecimũ siluarum. Ascensii interpretatio.

Io. Ba. Ascensius. Humberto Fornerio & Francisco Pascheto studiosis adolescentibus discipulis suis salutem.

d Ecimũ siluarum nostrarum/studiosi tyrones: condiscipulo uestro Clementi de Auriliaco propterea destinauimus/q; eum sibi affinitatis quodam iure: etiam si refragari uoluissemus/uendicasse potuisset. hunc autẽ quem undecimũ ponemus: æquissime uobis adicimus: eo/q; uti maiores parentesq; uestri Lugdunensis ciuitatis clarissima præsidia atq; egregia sane ornamenta impræsentiarũ habentur: ita uos olim fore. si ut cœpistis perrexeritis/haud dubie duxerim?. Ea enĩ uestræ est uitæ indoles: ea morũ decentia. is studiorũ auspicatus: ut ingentẽ omnibus nedũ nobis de fututæ uitæ integritudine spem cõcitaueritis. Cæterũ cũ sine amus/si uel dædalus delirare posset: statuimus uobis eas leges uiuendi proponere quas laudatissimas olim iam multa sæcula habent. Omnis eteni uestra institutio: ab illo quẽ Catonẽ inscribunt auspiciũ sortitur: Sed neq; iniuria: quãdoquidẽ ut asperrimus poetarũ censor Laurẽtius Vallen. Profitet: mille annis elegantius aut doctius scriptum nihil est. Quocirca solemus iniquo animo pati tam inepta glosemata super tam aurea dicta contorqueri. Nihil eteni a cunabulis ad extremã uitæ lineam obuenire posset: quod qui urbane & decenter geratis istic non abũde didiceritis. Proinde Humberte mi (ut te seorsũ alloquar) dilectissime fili: illud unũ iteq; atq; iterũ adhortor depcor: & per sanctissima maiorũ tuorũ instituta obtestor: ut quanta maxima diligẽtia poteris morum honestati & uitæ sanctitudini incumbas. Quo eteni omnia tibi ad hanc rem accõmodatiora sunt: eo tibi impensius annitendum est: ne quid aut maiorum tuorum titulis aut tua indole quæ optatissimam spem nobis affert indignum facias. Memorandum enim illud Satyricum est. Omne animi uitiũ tanto conspectius in se Crimen habet quanto qui peccat ma/

ior habetur. At per immortalem deum/quæ largior panderetur tibi ad uir/tutem uia. Siquidem in paternis penetralibus nihil præter honestatē offen/disti. Patrem habes quæstorē regium: heroicis profecto uirtutibus ornatis/simum: atq; rarum istius ciuitatis columen: Patruos auunculos: affines co/gnatosq; quāplurímos omni uirtutis laude decoratos. Matrem ueræ pudi/citiæ atq; honestatis ſpecimen. Familiam probitatis ſtudioſam. foris autem conciues honeſtos: cōmilitones moratos Et michaelem Paulum uirum me diuſſidius integerrimū/præceptorē habuisti: cuius ſolerti curæ boniſq; præ/ceptis æternum. obnoxius es. Nam præter litterarum elementa/ quæ tibi p/batiſſima ſuffecit atq; miniſtrauit: ſcio quantum ad uitæ pulchritudinem ad iecerit. Quocirca anxie mihi cōnitendum uideo ne ab eius optima doctrina pro diecula qua me audis/degeneres. Neq; uero pauciora te Franciſce fili itidem mihi dilecte ad uirtutem cohortantur. ſiquidem ea omnia quæ me/morauimus tuis quoq; penatibus addicere poſſumus. Nihil enī eſt tuis ma/ioribus clarius: parentibus urbanius cōſanguineis nobilius (ſi modo ut quiſ/q; optime uiuit: ita nobiliſſimus cēſendus eſt/nihil item domo paterna decē tius. Facite ergo adolelcentes optimi mihi in hac re audiētes ſitis. ut dum gal licam iuuentutem noſtra quātula eſt ope demeremini. ipſi uobis non deſue/ritis. Valete.

Io. Ba. Aſcenſii. in librum quem Catoni aſcribunt/cōmentarii.

c Vm animaduerterem &c. In exponendis autoribus (inquit Ser/nius) hæc conſideranda ſunt: Poetæ uita. titulus operis: qualitas carminis. ſcribentis intentio. numerus librorum & Explanatio. Quæ in ex/poſitione cō ſideranda

Quorū primū hoc loco difficile ſane eſſet qñdoquidē auctor ipſe latet. Nā ut Catoni aut maiori hoc eſt cēſorio/aut minori id eſt uticenſi aſcri bas. ætas non patitur. cū hoc opus poſt Virgilii Lucaniq; ſcripta cōpoſitū ſit atq; illa utriuſq; poſt mortē edita. ut uero Senecæ addicas ſtil? ipe dicēdi refra gat. Quiſq; aūt eius autor eſt certū eſt eū uirū & bonū & litteratū & apprime modeſtū fuiſſe. Bonū quidē q; tot uiuēdi præcepta ad corrigendos errores in uia (ut inqt) morū collegerit/ quo uno argumēto liquet ipſū honeſti ſtu/dioſū: præſertim cū uir tā anxie doctus cōtra ſe ſuoſq; mores noluiſſet dixiſſe Turpe eſt doctori q; culpa redarguit ipſū Litterat? aūt ſane perhibet: oībuſq; nō iniqs iudicibus uidebit: q eius ſcripta diligenter legerint. Modeſtus uero uel ex eo præcipue mihi habetur q; cum tot bonis præceptionibus optime de urbanis moribus meritus eſſet. Nomen tamen ſuum ſubticuit/ ut quī pulcherrima bene facti præmia non in popularibus auris: non applauſu: nō in cōmendatione plebis. ſed in ipſo deo: in ipſa uirtute & in bona conſcien/tia reponeret. Quod & alethes ille ſenior nono Aenei. Sentire. ſe pfitetur. Quæ uobis quæ digna uiri p laudib? iſtis? Præmia poſſe rear ſolui? pulcherri/ma primum: dii moreſq; dabunt ueſtri: tum cætera reddet Actutum pius Ae/neas & cætera. Poetæ ergo uita notior eſt eius nomine. Nam honeſtam & laudabilem fuiſſe conſtat. Titulus cōmunis eſt. Ethica ſiue moralia Ca/tonis. Cuius quidem tituli non aliam præter cōiecturā certificationē habeo. Poetæ uita

Neq; tamen ab re tot annos eam inscriptionem perduraſſe reor. Nam qua re moralia hæc præcepta dicantur nihil ambigimus. De moribus enim tractãt. quod ipſe auctor in propoſitione operis oſtendit. Quare autem Catonis dicãtur: exiſtimare licet: uel q; ipſi Tetrici & ſeueri Catones præter cæteros mortales de moribus inſtituendis curauerint: uſqueadeo ut quicunq; ſeuere pudicos mores præciperet Catonis uocabulũ obtineret. Vnde illud Satyricum habeat nũc Roma pudorem Tertius e cælo cecidit Cato. Vel ideo Catonis opus inſcribitur. nõ q; Cato ipſe in hanc formã compoſuerit. ſed q; ex eius præceptis & inſtitutionibus collectũ ſit. Sic etenim Flaccus in de arte poetica dicit. Rem tibi ſocraticæ poterunt oſtendere chartæ & cætera. Nõ enim loquit de his quas Socrates ſcriptas dereliquit: quippe quæ nullæ ſũt ſed quas Plato eius auditor ſcripſit. In quibus ut inquit Cicero totus Socrates expreſſus eſt. Sic itaq; ex documentis Catonis opus hoc excerptum dicere nõ omnino abſurdũ eſt: quandoquidẽ antiquitatẽ quandam redoleat. & Catonem de moribus librum dereliquiſſe nemini dubiũ ſit. Cuius meminit Aulus Gelius. libro. x. capitu. ſecũdo. Titulus ergo eſt moralia Catonis. Vel moralis Cato. Non autem ut ignari uocabulorũ dicunt Moroſus Cato. Vnde ille infacetus. Facetus. Quod minus exequitur Moroſi dogma Catonis. Supplebo propoſſe meo monitu rationis. Moroſus enĩ eſt qui nimios mores habet & ob hoc ineptulus & odioſus moleſtuſq; q̃plurimis eſt.

Qualitas carminis

Qualitas carminis. Doctrinalis eſt: compendioſa admodũ atq; ſuccincta: nec ab re. qa ut inqt Flaccus in poetica. Quicquid præcipies eſto breuis: ut cito dicta Percipiant animi dociles teneantq; fideles. Omne ſuperuacuũ pleno de corpore manat &c. Accommodata autẽ & apta poetæ breuitas nõ longe a Saluſtiana abeſt. Quocirca opinari licet utrumq; Catonis miratorem. ideſt imitatorem fuiſſe. Nam de Saluſtio nõ dubito cum ita Quintilianus de eo dicit eſtetur. Et multũ antiqui uerbum furare Catonis. Criſpe iugurtinæ conditor hyſtoriæ. Vbi uero poeta noſter proſa utitur. Miro compendio. rem conſequitur. Vbi carmine plerumq; diſticho. Genus autem carminis eſt hexametrum heroico ſimile/quo omnes qui docent & artem quãuis præcipiunt uti ſolent. ut Maro in Georgico. Horarius in de poetica. Lucretius in philoſophia. Aratus in aſtrologia. Amoris autem artem bene elegiaco. Ouidius conſcripſit. Eſt enim elegis conformior. At qui Satyram ſcribunt aut uirtutem moreſq; præcipiunt iuſtiſſime hoc carmine utuntur. Nam heroum (quibus primũ datum eſt ut in de poetica Horatius. Res geſtæ regumq; ducũq; & fortia bella. Quo ſcribi poſſent numero monſtrauit homerus) maxime intereſt uirtutem amplecti. Quocirca uirtutis præcepta heroico quaſi carmine colligi poſſunt. Dico quaſi: quia quo ad uumerũ nimirum heroicum eſt. non autem quo ad characterẽ. Neq; uero maieſtas delitioſa heroici carminis doctrinis quadrat. quæ breues eſſe. debent. Si quidem ut inquit Flaccus Aut prodeſſe uolunt: aut delectare poetæ: aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ &c. Qui ꝓdeſſe aũt uolũt: aut idonea dicere uitæ. Neceſſe ẽ nihil luxuriei admittãt. grauitas enĩ uerboꝝ & ſniarũ põdus/nõ luxꝰ/nõ delitiæ deſiderant. quocirca adiecit Quicqd præcipies eſto breuis. Seneca autẽ in epiſtolis nõ uno in loco oſtendit fucũ & elegãtiorẽ uerborũ ornatũ philoſopho uiro

uitandū esse. ut li. xxi. Nimis anxiū esse te circa uerba & compositionē mi Lucilli. Nolo. habeo maiora quæ cures q̄ quæ scribas. Et paulo post. Cuiuscūq; oīonē uideris solicitā & politā. scito animū quoq; nō minus esse pusillis occupatū. Et iterū Oratio cultus animi est. si circūtunsa est & fucata & manufacta: ostēdit illū quoq; nō esse sincerū & habere aliquid fracti. Nō est ornamē tū uirile cōcinnitas. Si animū boni uiri liceret inspicere. O q̄ pulchrā faciē: q̄ sanctā q̄ ex magnifico placidoq; fulgentē uideremus. hinc iustitia. illinc fortitudine. hinc tēperātia prudētiaq; lucētibus &c. Qualitas igit carminis succincta: sæuera & sine fuco est. Scribētis aūt intētio/ exprimit in ꝓpositiōe/ Cū aī aduertērē &c. Nō enī aliud intēdit q̄ bene moratos efficere. Libellorū aūt nūerus nō sane magnus est. In quattuor enī uolumīa opus suū diuisit/ se uidet. factis nouis exordiis quæ suo loco distinguent. Nūc uero ad explanationē ipsam aggrediamur. In qua illud in primis explanatum nō oportere reor. Auctorē iuxta doctorū iustituta/ tria statim in principio efficere. Attentos etenī reddit auditores. beniuolos & dociles. Attentos: q̄n quidē operæ preciū se facturū pollicet/ ut qui eā rem docturus est quæ oīum maxime/ humanæ uitæ necessaria est. & in qua tū plurimi errāt. hoc est decentes mores: honestāq; uitā quo nihil hoīe dignus. aut superis uicinius excogitare pōt. Attentos ergo nos esse decet atq; lubenti aīo uiam morū addiscere: quādoqdē nos plurimū erramus: & ille errori nostro gubernaculū pollicet. Beniuolos uero facit præmia ꝓponēs: nam si eius præceptiōibus auscultare uoluerimus efficiet inquit: ut glorioſe uiuamus & honorē cōtingamus. quibus duobus nihil me hercules citra deū preciosius aut antiquius est. Dociles aūt sic reddere conat. ubi inquit. Nūc te fili &c. Sic etenī docti tandē erimus: si ut præcipit/ bonas institutiōes diligēter legemus: lectasq; intelligemus. Multū ad beniuolentiā facit/ q̄ dicit fili charissime. Sanctissimæ etenī haberi debent/ quas filiis patres dant institutiōes. Nā ut inquit Macrobius in principio Saturnaliū. Natura multas res nobis cōcilliauit: sed nulla nos magis q̄ eorū qui e nobis essent ꝓcreati charitate deuinxit. Ideoq; (infert ad marcū filium) Institutione tua nihil mihi antiquius æstimat &c. Quin & ipsi filii singulare fidem auctoritati parentū habent. unde illud Menedemi de filio in heauton. Teren. Postremo adeo ad hæc/ res redit adolescētulus sæpe eadē & grauiter audiēdo uictus est: putauit me & ætate & beniuolētia plus scire: & prouidere q̄ seipsum sibi. &c. Ob hanc rē quæ de moribus præcepta sunt oīa feræ parentum ad filios uidebimus. Marci Tullii Ciceroīs officia ad marcū filiū. Saturnalia Macrobii ad filiū. Et in sanctis litteris. libros Ecclesiastes ut plurimū dirigit ad filiū. Præceptiones suas Thobias ad filiū &c. Cōpellat ergo poeta noster filiū. neq; tū ut ineptulus quidā interpretat filiā inuocat. Illū enī iuocamus quē ad auxiliū præstādū imploramus. Sed qui id filius patri? At tria inquit poetæ in principio faciūt. proponūt siue prælibāt materiā: inuocāt: & exequūt. quod qdē uerū sed nō oēs nec ubiq;. Nā q heroica carmina scribūt resq; hnmano auspicio nō attingēdas ꝓponūt: iure illi quidē inuocāt. ut quibus nodus inciderit quē sine deo uindice soluere nō possent. At qui res mere humanas perscribūt quales sunt amores: qualia instituta uiuendi. nō habent cur inuocent. Nā se nō quæ supra se sunt iuxta socratis institutionē indagine

Scribētis intentio
Libellorum numerus
Ad explanationem
Facit attētos
Beniuolos
Dociles
Quibus iuocare licet

nō sane difficile perquirunt. Proponit igit poeta: filiumq; & quosuis alios ad lectionem sui blande compellando inuitat. Et tum demū institutum exequitur. Non ibi primū: si deus est animus & cætera. Sed statim post principium ut uidebimus. Voluit enim diligens præceptor/utroq; modo & metrico & soluto præceptiones suas colligere. quando quidē uaria sunt hominum ingenia Alii oratione/alii carmine delectantur. Est præterea in oratione soluta grauitas quædam & aptitudo præcipiēdi. In carmine autem magis memoriæ consulitur. Quocirca utramq; uiam (& quidem) quod paucis datum est/fœliciter complexus est: ita ut nescias uitra in re præstiterit. His itaq; uisis explanationem aggrediamur in qua eum ordinē obseruauimus ut primū sensa poetæ paucis explicemus. Deinde iuuentuti ordinē uerborū iuxta grāmaticū ritum cōstruemus. Nouissimo uocabula siqua expositionis egēt declarabimus. nunc ad rem.

c Vm animaduerterem q̄plurimos homines errare graui-
ter in uia morum: succurrēdum & consulendū opinioni eorum existimaui: maxime ut glorioſe uiuerēt & honorem contingerent. Nunc te fili chariſſime docebo quo pacto mores tui animi componas. Igitur mea præcepta legas ut intelligas. Legere enim & non intelligere/negligere est.

c Vm animaduerterem &c. Tria/ut diximus/auctor in principio facit: attentos reddit auditores dicendo in uia morū q̄plurimos errare: qui error attente nimirum castigandus est: Beniuolos facit quando quidē laboris optima premia statuat: promittendo se effecturum ut homines glorioſe uiuant & honorem contingant. Dociles ad hoc efficit. Nam qua uia mores animi componamus ostendit: nempe si bona præcepta legamus & lecta intelligamus. Quā rem Flaccus etiam præcipit in epistolis. Inter cuncta leges & percunctabere doctos. Qua ratione queas traducere leniter æuum. Ordo est. Cum animaduerterē. id est animū aduertendo diligenter cōsiderarem q̄plurimos. id est ualde multos homines/errare. ideſt deuiare: palare: delirare (si cui notiora sunt) in uia/in ratione & institutione morum. ego existimaui. id est duxi. arbitratus sum. uisum est mihi succurrendū & consulendū supple esse opinioni. id est nō sano cōsilio eorum hominū errātiū. maxime. id est præsertim. ideo ut supple hoīes uiuerēt glorioſe in gloria & cōtingerent. id est annitendo obtineret & consequerentur honorem: laudem & decus. Nūc chariſſime fili docebo te quo pacto. id est quo modo/qua uia componas. id est compoſite & decenter instituas mores. id est instituta tui animi. Igitur/ut scilicet fructū referas: legas mea præcepta ut intelligas. Enim pro quia legere. id est uerba proferre & percurrere & nō intelligere. id est nō deprendere sensa & intellectionem lectorū: est negligere. id est nō uere nec cum utilitate legere. Cum particula elegāter hic ponitur cum subiūctiuo. Nam cum dicerem cum legerē & cætera. Dicendū

Cum

eſt/nō autem cum dicebā cum legebā & cætera. Nā illud Virgilianū primo Aneid. Cum uenit auleis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit. Vſurpatum eſt. Vnde Seruius. Cum uenit aut pro conueniret: aut cum aduerbium temporis pro dum. Nec enim poteſt cōiunctiui modi particula iungi indicatiuo. Sane ſciendū cum & dum malo errore a Romanis eſſe confuſa. Hæc ille. Tu ergo dices. Cum præceptor ueniret ludebam. uel dum ueniebat ludebam. Potes etiam latine pro illo cum ponere/inter & pro ſubiunctiuo. gerūdium in dum. ut cum cænarem ideſt inter cænandum uenit nūcius &c. Lepide ergo poeta dicit. Cum animaduerterē. Animaduerterē. Animaduerto autē compoſitū eſt. ab animū & aduerto. Nā ut atteſtatur Donatus antiqui plene dicebant animū aduerte animū attēde. Vt uero Valla docet. Animadto te & animaduerto in te differūt. Cū intuor te & intuor in te nō differant. Animaduerto in te eſt punio te: ſed cū differentia: q̄ punire eſt quorūcunq; ſiue iure ſiue iniuria. Animaduertere eſt eius qui in alterū habet poteſtatem ordine ac rite. id eſt cū aī auerſione puniēdi. Sed hoc proprie referť ad perſonas. Aī aduerto pro intuor & perſonam & rem dicimus. Hæc ille. Tribus aūt modis ponit aī aduerto. primo cū datiuo & ſi uolumus/etiā cū accuſatiuo. ſignificatq; idē quod imputo culpāq; infūdo. ut iniuſte mihi aī aduertis iniuriā tibi factā. Secūdo cū actō ſeu infinitiuo ſine p̄pōne in. & ſignificat inſpicio cōſidero aīo cōplector. ut cū aī aduerterē q̄plurimos hoīes errare. i. errorē q̄ plurimorū hoīum. Tertio cū actō p̄pōne ī mediāte. ut aī aduerto ī te. i. punio te legitime. & rite. ut lex aī aduertit in adulteros &c. Quāplurimos aūt homines licet accuſatiui ſint: nō tamē a uerbo aī aduerterē regūtur. ſed ab infinitiuo errare a parte anteriori: quod patet reſoluendo. Cū aī aduerterē q̄plurimos homīes errare. id eſt q̄ q̄plurimi errēt. Ornatius autē eſt loqui per infinitiuū q̄ per optatiuū aut cōiunctiuū mediante q̄. ut. quin. &c. ut lubentius dixero: ſcio te ceſſaſſe q̄ q̄ ceſſaſti. ſi tamē amphilogiā. ideſt dubiam ſententiam facere cogaris: cōſultius ad alium modū tranſferas: ut non dicas. ſcio te me amare: ſed ſcio q̄ me amas. uelim me amare: melius uelim ut me ames: uel ſine. ut uelim me ames & cætera. Quā autem particula ornate quoq; & elegāter hic ponitur. Nam ut alio loco diximus: tribus modis accipitur. Aliquādo cōparatiue ſeu æquiparatiue. cū dictione tam. & id cū tribus gradibus cōparationis. Cū poſitiuo quādo accipitur pro ipſo quantū cum cōparatiuo acceptum pro quāto. Cū ſuperlatiuo ut ſit quaſi. tam ualde & cætera. Verbi gratia. deus eſt tam iuſtus q̄ miſericors. id eſt tantū iuſtus quantū miſericors. Item deus q̄ magis expectat tam acrius puniet. id eſt quāto magis & cætera. ſicut apud Virgiliū. Tam magis illa fremens & triſtibus effera flāmis. q̄ magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. id eſt tāto magis quāto magis & cætera. Sed cū cōparatiuo raro ponitur Cū ſuperlatiuo aūt frequēter. ut Tam hic eſt oīum optimus q̄ nobiliſſimus Salu. q̄ quiſq; peſſime fecit tā maxime tut? eſt. Quod idē ualet ac ſi diceret. Vt quiſq; peſſime fecit: ita maxime tutus eſt.

Aīaduerto

Quampluri/mos

Quā

Secūdo mō accipit q̄ ſine tā. & hoc ſi ponat admiratiue: quæſitiue: indignatiue: exclamatiue: aut cū ironia: aut alio quouis pacto ī ſignificatiōe quæ eſt quātū: ſemp poſitiuū efflagitat. ut q̄bonus ē deus iſrael. hoc ē o quātū bonus eſt deus iſrael. Interrogatiue. ut q̄ diues eſt creſus? id eſt quātū. & ediuerſo.

Nescio q̃ diues fuerit. Exclamatiue/o q̃ indignum scelus. cũ Ironia: q̃probe hodie cũ meretricula ista uixisti. Deniq; quoties pro q̃ potes ponere quantũ dabis illi positiuũ eu absolutũ. Tertio etiã sine tam ponit̃. & hoc cũ superlatiuo in significato qđ est ualde/ponitur q; assertiue sine figura. ut deus q̃optimus est. id est ualde bonus. sunt q̃plurimi scholastici negligentes. i. ualde uel sane multi. Neq; unq̃ in hac significatiõe aliter q̃ cũ superlatiuo ponit̃. Nõ dices ergo. feci q̃ bene. sed q̃optime. Nec cõtrario. feci per optime: sed per bene. Per enim nũq̃ superlatiuo iungit̃. Quã tamẽ etiã pro ualde acceptũ: tũc positiuo iungit̃ quãdo habet ante se dictionẽ positiuo cõueniẽtẽ. ut uir per q̃ bonus non perq̃ optimus/sane q̃ bonus oppido q̃bonus &c. Fac igit̃ puer cui hæc præcipio. ut dicas. Permulti sunt indocti uel perq̃ multi. Complures sunt ignari nõ q̃plures. sed q̃plurimi/non autẽ cõplurimi. Quas differentias omnes docti obseruãt. Ideoq; longus haberi malo. q̃ errorem nõ castigare. Efficiã enim in hoc opere ut & litteras & mores una opera addiscas. Errare grauiter dixit: quia modico errori ut docet Flaccus Clemẽter agnoscendum esset. Ait enĩ primo sermonum. Quã temere in nosmet legẽ sancimus iniquam. Nam uitiis nemo sine nascitur: optimus ille est. Qui minimis urgetur Amicus dulcis (ut equũ est). Cũ mea cõpenset uitiis bona: plurib⁹ hisce. (Si modo plura mihi bona sunt) inclinet: a mari Si uolet &c.

Per

Grauiter

Grauiter autẽ hoc loco est perniciose cũ magno dãno ingentiq; iactura.

In uia

In uia morũ. docte/dicit in uia. dixerat enim errare/quod in uia cõtingit. Solet autẽ uia poni ꝓ ratione.

Morum

Mos aũt est laudatũ multa cõsuetudine uiuẽdi institutũ. Varro enĩ morẽ uult esse cõmunẽ cõsensum simul habitãtiũ qui inueteratus cõsuetudinem facit. Cum uero mores nũc dicimus intelligimus urbanos & lepidos uiuendi ritus.

Succurrẽdũ esse

Succurrendũ. & illud diserte dictũ. nam ꝓprie succurrimus errãti & palanti in uia. Quia ergo/errare in uia preposuerat/ quid aptius q̃ succurrendũ addidisset. Sane subaudit̃ eẽ. nõ ut mendosi codices fere. Nã succurrendũ fore nõ dicimus. sed succurrendũ esse. In qua locutione/ut ante à sæpe tetigimus necessitudinis quædam & cõmoditatis uis ineſt. Existimaui ergo succurrendũ esse. id est opræpreciũ esse ut succurrerẽ. Succurrit autẽ qui deficienti & confecto aut animo aut corpore subuenit. Habet enim præpositio

Sub

sub clementiæ quandã notionẽ (nam uiolentiã oĩno inficiatur usq; adeo ut pro clam sæpe accipiat̃. ut surripio. sublego. &c. Clemẽtiæ autẽ & pietatis significationẽ habent suscipio. ut suscepit israel puerũ suum. subuenio: succurro. Tibullus. Nunc dea nunc succurre mihi. nam posse mederi. Picta docet templis multa tabella tuis. Et ut a natura uocabuli nõ discedamus is uere succurrit/qui sub labantẽ currit atq; eum ne concidat continet. Succurrendũ ergo existimaui ne oĩno præcipites ruant. Hoc puer scito. compositum esse a sub & curro. sed b mutat̃ ut plurimũ in litterã sequentẽ. ut succipio. Virgi. in primo Aenei. Succepitq; ignẽ foliis/suffero suggero. sũmitto. suppono. surrigo. Aliquãdo tamẽ manet integra. ut subdo: sublego: subnitor. Aliquando mutat̃ in s/ut sustineo: sustuli: suscipio &c. Et cõsulendũ: subaudi eẽ. Cõsulimus autẽ quãdo rei ꝓspicimus. & ueluti bonum consiliũ dantes ad meliora ducimus. sæpe hoc uerbum ut alio loco diximus cũ datiuo ad animare/

Consulo

fertur. ut Consule honori tuo. Consule. id est prospice. & fac ut ei bene sit.

Succurrendum est ergo ne amplius errent. Consulendum ut bene agant. Nã succurrimus deficiẽti. Consulimus uolenti operari. Itaq; hæc duo bono ordine & sũmo cõsilio iuncta sunt. Quia necessum est primũ ut mala uitemus. deinde ut bona operemur. utrunq; enĩ desideraꝫ in uiro ꝓfecto. Vñ in psalmo. Declina a malo & fac bonũ. Opinioni. Opinio etiã falsorũ est. ꝓinde uideꝫ poeta sciẽter loqui. ut opinantibus male succurrat. Nã siqui quod bonum est sciunt operari tñ nolunt. tales nõ docendi: sed castigãdi sunt. Si uero qs omnino iners atq; ignauus fuerit doceriq; recusset. nõ dignus ẽ qui doceatur. uel in quo operã & impensam uir bonus ludat. At siquis opinaꝫ se bene facere. & secus facit/illius opinioni maxime succurrẽdũ est. Vnde & Paulus noster gratiã inuenit. quia innocẽs fecit zelo legis. Fore futurã tẽpestatem imporrat. neq; participiis sed noibus dumtaxat ut alio loco diximus addendũ. hic uero in bonis exẽplis nõ ponitꝫ. At ne poni quidẽ debet. Existimaui. i. opinatus sum ratus sum. Errant nõnulli putãtes unũ esse æstimare & existimare. Cum æstimare sit (autore Laurẽtio de Valla) cõsiderare. Existimare uero iudicare. Itaq; rẽ prius æstímamus deinde qualis sit existimamus. Quinti. Consumptis affectibus nõ reperiens quo digne modo uultũ patris posset exprimere uelauit eius caput: & suo cuiusq; animo dedit æstimãdũ. accipiꝫ enĩ æstimo ꝓ taxo (ab æs æris & time qđ est preciũ latine. Ouidius in tristibus li. iii. Quod quícũq; leget: si quis leget æstimet ante. Cõpositũ quo sit tempore quoq; loco. Maxime ut gloriose uiuerint. Glorioſus duobus modis accipiꝫ. in laudẽ & dedecus. In laudẽ: ut glorioſus deus. i. omni gloria dignus. omniq; prædítus. In dedecus: ut glorioſus miles apud comicos affectator gloriæ & qui in nẽ laudẽ incõsiderate captat. Hic uero in bonam partẽ accipitur. Nã is glorioſe uiuit qui dignã gloria uitã agit. Gloria aũt est decus & fructus ipsius laudis quæ ex benefactis oritur. Valerius aũt maximus de ea sic ambigit. Gloria inquit unde oriaꝫ aut cuius sit habitus/aut qua ratione debeat comparari: & an melius a uirtute uelut nõ necessaria negligaꝫ: uiderint ii quorum in contemplãdis hmõi rebus cura teritur &c. sic ille. Etenĩ rem ipsam citius aĩo q̃ uocabulo conseq; queam. Nã eũ glorioſum reor: cui laus: applausus: honorq; cum fauore exultãtibusq; animis offertur. Vera aũt gloria cui nihil deest deo debetur. Vnde diciꝫ. Soli deo gloria. Et iterũ. Nõ nobis dñe nõ nobis: sed nõi tuo da gloriã. Et rursus. Gloria in excelsis deo. Et sexcentis aliis locis. Diciꝫ aũt a græco secũdũ Festũ Nam κλέος diciꝫ. Et honorẽ contingerẽt. Mira in singulis uerbis elegantia. rebusq; aptitudo. Nã primũ oportet glorioſe uiuas si honorẽ cõtingere uelis. Est enĩ honor premiũ bene factorũ. Affectate aũt utitꝫ hoc uerbo. Nam cõtĩgere cũ difficultate optinere si actiue sumas sin absoltue difficulter euenire significat. Cõponitꝫ enĩ a con & tango. ut autẽ fiat cõtactus/ duo; opus est associatione. Vt enĩ honorẽ contingas necessũ est primũ bene laudabiliterq; uiuas. deinde ut populus suffrageꝫ. Cuiꝰ suffragio ad beatitudinẽ opus nõ est nã ipsa sibi uirtus abũde merces est. Cæterum nulla res popularẽ plausum citius captet q̃ honesti mores. Nam licet moliter uiuens in animi corporisq; transquillitate: populoq; incognitam uitam transigit/ab epicureis beatus censeatur: inglorius tamẽ est. Nam gloriam ex bellicis rebus & reipub. administratione dumtaxat euenire arbitrabãtur. Vn

Aestimo Existimare

Glorioſus

Contingo

de apud Virgilium medicinæ peritus inglorius uocatur. Similiter & multa di
tione fretus ſine armis inglorius iudicatur. Vnde in decimo Venus de Aſca/
nio. Poſitis inglorius armis Exigat hic æuum &c. Cõtigere ergo in hac mor/
talitate honorem/multo difficilius eſt q̃ mereri. multi eteni honore digniſ/
ſimi/honore fraudantur per populi ingratitudinem atq; ignorantiam/uerũ
tamen/qui claris moribus præditus fuerit certiſſime honorem conſequetur
quocirca poeta pollicitatur ſe effecturum ut homines dicto ſuo audiẽtes ho
norem contingerent. Aduertat autem puer differenter dici. Contingo ho/
norem. & honor contíngit mihi. Namis honorem contingit: qui ſtudio &
induſtria ipſum conſequitur. Illi autem honor contingit: cui ſorte quadam
offertur. Laudabilius ergo eſt/ut tu honorem cõtingas: q̃ ut honor tibi con/
tingat. Nunc te fili chariſſime: docebo quo pacto: id eſt quo modo/ab eo
quod ſequitur id quod præcedit. Nam per modum pactum facimus. Et e di/
uerſo. poſt pactum modum tenemus. Mores tui animi componas. Affecta/
te dicit animi mores. quia uera uirtus in animo conſiſtit. Multa enĩ ſunt bo/
na quæ corporibus multorum cõtingere non poſſunt. Nulla uero quæ ani/
mus non optineat. Nam beneficum eſſe opes ſæpe nõ patiuntur. facundiam
inuidet plærique lingua: uires & robur. ingens nerui debiles auferũt. Gratum.
comem. placitum. iucũdum eſſe forma ſæpe nõ patitur. At animo/ cui ad ob
Cõpono tinendam uirtutem ſatis eſt uelle ſtudioſum eſſe. omnis uirtus cõtingere po
teſt. Componere autẽ eſt bona ſerie & debito modo rem conſtituere. Ali/
quãdo eſt finire. Vt primo Aeneidos. Ante diem clauſo componet ueſper
olympo. Quod ideo fit: quia res artificiales compoſitæ. iam extremam ma/
num paſſæ ſunt & finiri dicuntur. Eſt præterea comparare propterea q̃ quas
res comparare uolumus ſæpe componimus ſeu cõferimus. Vnde in bucoli.
Sic paruis componere magna ſolebam. Componunt item uocem & oratio
nem qui decipere uolunt. Vt in ſecundo Aeneidos. Compoſito rumpit uo/
Igitur cẽ & me deſtinat aræ. & ad alia multa poteſt ſumi. Igitur mea &c. Igitur con
tinuatiua eſt particula: Vnde Valla. Igitur atq; ergo breuioribus adhibentur
concluſionibus. Quare. quamobrem. quapropter maioribus: niſi ita dicas.
Neſcio quare ſic loquaris. Inrelligo quãobrem ſic facias. Illud tamen primũ
quod protuli. i. igitur ſæpe ad ſignificandam coniũctionem partiũ orationis
adhiberi ſolet. Et fere poſt aliquã rem interiectã quaſi in hunc ſenſum. ut aũt
cõtinuem: aut ut pergam ad ſequentia: ac ne ſim longus in exẽplo ut neceſſe
foret: afferã breue ex poeta ſumptũ. Et certamẽ erat Coridon cum Thyrſide
magnũ. Alternís igítur contendere uerſibus ambo cœpere. Ergo & ſi rarius
nõnunq̃ tamẽ hoc modo ponitur. Hæc Laurentius. Hoc igitur loco apte po/
nitur: igitur. Eſt enim perinde. Igitur mea precepta &c. ac ſi diceret. Vt autẽ
Legere honorẽ cõtingas fili mea præcepta legas. Legere multifariã accipitur. Vn/
de Nonius Marcellus. Legere ſicut eſt i cõſuetudine ſignificat oculis ſcripta
percurrere. Virgilius in bucoli. At ſimul henoum laudes & facta parentis lã
legere. Legere accedere. Virgilius georgi. libro ſecũdo. Ades & primi lege
littoris oram. Et Aeneidos libro. xi. Implicuere iter ſe acies legitq; uirũ uir.
Legere rurſũ colligere. Titin. in uel iterna. Hodíe hoſtes fugauit: ſpolia pla
cite poſterius leget. Virgilius libro decimo. Extremaq; lauſo Parcæ fila le/

gunt. Et georgi. libro primo. Atq; omnis nauita pōto humida uela legit &c.
Legere præterire Virgilio autore dicimus libro tertio & libro quinto. Littoraq; epiri legimus. &. Fractoſq; legunt in gurgite remos. Legere eſt nauigare perſtringere. Virgilius libro ſecūdo. Pars cætera pontum Pone legit. Legere eſt eligere. Virgilius. in bucolicis. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Legere ſurripere ſignificat unde & ſacrilegiū dicit. i. de ſacro furtum. Virgili. in buco. Nam quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. Lucillius libro xxviii. Omnia uiſcatis manibus leget. Legere rurſum uidere. hoc itaq; legi. Virgilius Aenei. libro ſexto. Quin protinus omnem Perlegerēt oculis ni iã præmiſſus achates Afforet. Et in eodem. Longū ordine poſſet aduerſos legere. Hæc ille. Quæ fere a grammaticis ſic colliguntur. Fur aurum: uirgo flores: mare nauta: libellos Clericus: equiuoce ſic ſua quiſq; legit. Sane legere eſt compoſite & ſeruato ordine tractim rem perducere: ut qui libros legit. primū primæ dictionis litteras inſpicit. tum ſyllabas. tum dictionē Nouiſſimo per reliquas dictiones ſuo ordine pergit. Sic qui furatur ſingulos paſſus gradatim callide legit: nihilq; præcipitat. Similiter & in mari. Nautæ nō totū; mare ſimul ſed paſſim pertranſeunt. itaq; legunt. Similiter qui aut poma aut flores legunt. non una opera carpunt confuſe: ſed cum delectu nunc hinc nunc illinc capiunt. Deniq; quicūq; legit animum aduertat oportet ut ſuo ordine & ſalua ratione procedat: quocirca recte dicitur. Legere & nō intelligere: negligere eſt. ſed de ueritate iam latius uidebimus. Intelligere autē eſt cōpoſitum ab inter & lego. itaq; ſignificat internoſcendo & diſcernēdo rem ab re legere. Quod fieri nō poteſt. priuſq; rem ad unguē cognoſcas. Negligere autē compoſitum eſt a nec & lego. Et duo poteſt ſignificare. Primum non legere. Secundo obliuiſci. Atq; ita duplex poteſt eſſe ſenſus. Alter hic. Qui legit & non intelligit. perinde eſt ac ſi non legat: immo non legit. Iuxta quē modum in multis exemplis manu ſcriptis offendas. Legere enim & non intelligere nec legere eſt. Si dixeris a parte in modo ad ſuum totum. hic legit & non intelligit. ergo legit: uel ſic eſt legens non ītelligens ergo legens. negabimus conſequentiam. quia non argumentaris per locum a parte in modo ad ſuum totum: ſed per fallaciam a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Nam non intelligere deſtruit rationem eius quod eſt legere. Non enim legit qui uerba profert aut percurrit. ſed ut iterum dicam qui cum delectu & intellectu rem diſquirit. Falſo ergo ſe dicit legere qui non intelligit.

Intellígere

Negligere

Secundus ſenſus eſt: Legere & non intelligere/ eſt negligere: id eſt obliuiſci. Quando quæ ſine intellectu legis tenaciter inhærere non poſſunt. Nam uetulæ quæ uerba latina legunt & non negligunt. intelligūt quidem/ quod non negligunt. hoc eſt uoces quarum diſcrimen habent. Et hæc pro exordio huius libelli.

Itaq; deo ſupplica. Parentes ama. Cognatos cole. Datum ſerua. Forote para. Cum bonis ambula. Anteq̄ uoceris ad cōſilium ne acceſſeris. Cui des uideto. Cōuiua raro. Mūdus eſto.

Quod satis est dormi. Cõiugem ama. Maiori cede. Magistrũ metuè. Minorem ne contempseris. Vino te tempera. Pugna pro patria. Rem tuam custodi. Nil temere credideris. Meretricem fuge. Libros lege. Quos legeris mem ento. Bonis benefacito. Litteras disce. Liberos erudi. Blandus esto. Tute cõsule. Maledicus ne esto. Familiam cura. Diligentiam adhibe

Aequum iudica. Ad prætorium stato. Consultus esto. Trocho lude. Aleas fuge. Iracundiam tempera. Nil arbitrio uiriũ feceris. Neminem irriseris. Patere legem quã ipse tuleris. Beneficii accepti memor esto. Pauca in conuiuio loquere. Neminem iudica. Existimationem retine. Alienum noli cõcupiscere. Irasci ab re noli. Nil mentiri uelis. Iusiurãdum serua. Virtute tua utere. Miserum noli irridere. Parentes patienter uince.

Saluta libẽter. Verecundiam serua. Illud stude agere quod iustum est. Libenter ferto amorem.

Satyra

Itaq; deo supplica. Hæc est pars executiua/in qua mira sentẽtiarum ubertas conspicitur. usq; adeo ut cũ uerbis æquari possint. tanta uero est earum grauitas. tanta sanctitudo. ut ex Apollinis oraculo profectas credas & dignas quæ aureis litteris conscriberent: autoríq; suo oraculoq; societatem (quod Plynio teste Chiloni datũ est) uendicarent. Verborũ autem tanta aptitudo est: ut ea nõ inuita res consecuta dixeris. Tanta uero fœcũditas ut plura sæpe sensa elicias ac uoculas uideris. Quin & oraculoq; more ancipitia nõnunq; uidentur. Absit autẽ ut obscura dicam: quæ utcũq; cõprimantur diuinæ sententiæ succũ largiter cũ multa luce effundũt. Nihil est ergo cp stellis uerubusue Aristarchus notet. Cæterũ si totam hanc editionẽ in uno albo exposueris: satyrã legẽ recte appellaueris. Quæ ut inquit festus ex multis aliis confecta est legibus cuius legis meminit sic Lucilius. Per satyram ædilem factũ qui legibus ulnat. Et Salustius in Iugurtha. Deinde quasi p satyram sententiis exquisitis in editionem accipitur. At si totum hoc animi pabulum (non enim in solo pane uiuit homo &c.) in una lance positum fuerit. eam satyram quoq; dixeris. Nam satyra inquit idem Festus: est genus cibi ex uariis rebus cõditum: Quod & M. Varro ante eum docuerat. Quinimo/si eodem interprete Satyra genus carminis est ubi de multis rebus disputatur. satyricum quoq; hoc opus dixeris. Non quidem a satyris deis agrestibus a quibus amatores illæ satyræ rectius dicuntur quas hodie Satyras uocamus. Nam hoc genus satyræ a saturitate & fertilitate rectius deducitur. Neq; consentio uolentibus in huiusce modi præceptis ordinem & seriem esse. Nam ut in satyra lance fercula uarie miscentur. ita hic doctrinæ. ut dicas poetico quodam furore editas/

ab eo qui plenus deo/ Obscuris uera inuoluerit. Neq; propterea poemati s laudem huic parti inuideris/ q; psaica sit. Nã si iuste iudicaueris: remq; bono examine pẽsitaueris. Inuenies disiecti mẽbra poetæ. Quo circa admõitos ue/ lim quos niãcisear lectores ut penitiori oculo rẽ cõspiciãt. Rogatosq; ut boni æquiq; consulant/ si affectatius interpretari uidebor. Singulas enĩ sententias singulariter disquiram. Nunc ad primam. Itaq; deo supplica. Quo hoꝝ uer borũ sanctissima & plane diuina sentẽtia habeatur uideamus quid sit suppli/ care. Supplicare enĩ dicitur a sub & plico. & fit quãdo genu poplitemq; aut Supplico ceruicem plicamus cum a potẽtiore aliquo magnũ quid precamur. Verum tamen ut docet Valla nõ supplicamus sine uoce & ore. itaq; solis hominibus quibus & loqui cõgruit. Sane is proprie supplicat qui se humilitatis gratia ut a maiore aut ueniam aut beneficium exoret ante pedes illius plicat. Dicit er go Supplica deo. Ex quo præcepto: multa eliciuntur. Primum altitudo ma/ iestatis diuinæ. & humilitas humanæ conditionis. Non enim supplicamus ni si digniori multo. At qui uelit dei celsitudinem contueri: inueniet sese humi lem atq; puluiſculum: eumq; qui supplicare debeat. deinde præcipitur: ut in omni necessitudine deum oremus cum humilitate. Quia respexit in oratio/ nem humilium & non spreuit preces eoꝝ. Et alibi idẽ psalmista. Cor cõtritũ & humiliatum deus non despicies. Et Ecclesiastici decimo. Humiliare deo: & expecta manus eius. Ex eodem infertur q; omnibus in rebus inuocandum est diuinum auxiliũ sine quo nihil possumus: Quod & Plato præcepit. & Vir/ gilius anxie obseruauit: qui nullam rem arduã sine sacrificio auspicatam di/ cit. Præterea antiqui ne orationem quidem sine diuini auxilii imploratione exordiebantur. Quia ergo ante omnia præcepta adhortatur ut nos deo sup/ plicemus. non longe abest/ ab eo quod saluator noster mandat. Primũ que/ rite regnum cælorum. Nam supplicando deo ad cælos festinamus. Hãc etiã rem Maro precepit in georgi. In primis uenerare deos. Conforme ad hoc est prima hæc institutio primo præcepto decalogi. In quo ut habetur Deute ronomii quinto. Præceptum est ne aliud adoremus aut colamus q; ipsum de um nostrum. Supplicandum est ergo deo: nõ sculptilibus. non uentri. nõ re/ bus. Atq; ut rem absoluam Qui deo supplicat: facit primum illud & maxi/ mum præceptum. In quo dicitur. Diliges deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua &c. Nãm qui sine dilectione: sine timore: sine obseruatio/ ne deo supplicat non hoc facit ut deo: cuius hæc omnia debentur sed in cõsu sionem sui. sicut qui flectentes alterum genu supplicabant dicentes. Aue rex iudeorum. Supplica ergo fili qui cinis es & esca uermium: atq; in immen/ sum obnoxius: deo cui omnia debes. Cuius maiestas infinita. iusticia timen/ da. bonitas adoranda. Altitudo obseruanda: gloria ueneranda. & nomẽ san ctificandum. Inclusum est ad hoc in hoc uno uerbo. Secundum præceptum. legis. Nam qui se supplicem deo gerit: uerebitur nomen eius in uanum assu mere. Non enim supplicis est altissimi peierando fallere numẽ. Quin & ter tium abunde satis conclusum est: Nam si supplices deo fuerimus: sublata ni/ mirum sanctificabimus. Nequicquam enim supplicat qui quo die supplican dum est ad iniquitatem manus suas extendit. sed hæc satis. Parentes ama. bono ordine procedit. Nam secundum deum: parentes qui nos genuerunt

amandi sunt. Voluit enim deus ipse creator omnium patris appellatione a nobis appellari dicens sic orabitis: Pater noster qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum &c. Continetur ergo quartum decalogi præceptum i quo sic dicitur. Honora patrem tuum & matrem sicut præcipit tibi dominus deus tuus ut longo uiuas tempore. Et bene sit tibi in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi. hæc Deuteronomii quinto. Vnde decimonono Prouerbiorum. Qui affligit patrem & fugit matrem ignominiosus erit & infœlix. Et uigesimooctauo præcipitur reuerentia erga parentes: his uerbis. Qui subtrahit aliquid a patre suo uel a matre & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est. Item Thobiæ quarto. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. Memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter te i utero suo. Et Ecclesiastici septimo. Honora patrē tuum & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per illos natus nō fuisses: & retribue illis quomodo & illi tibi. Et eiusdem tertio. Qui honorat patrem suum iocundabitur in filiis: & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum uita uiuet lōgiore: & qui obedit patri refrigerabit matrem Qui timet dominum honorabit parentes / & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt: in opere & in sermone & in omni patiētia. Item & alia multa in eodem. Cæterum non sine delectu dixit Parentes. Hi enim a pariendo dicti sunt: quoniam nos pepererunt & eduxerunt. In quo uerbo beneficii accepti admonemur. Nam si parentes ut nos pariant cōnixi sunt: nos illis nimirum q̄plurimum debemus. Supra omnia tamen deo: quocirca cum parentes amandi sint: ille nobis adorandus atq; supplicandus est. Quia tamē & natura & officio ad amandos parentes trahimur: usus est uerbo uehementiæ. Nam ut grāmatici fere præcipiunt / plus est in amando q̄ in diligendo. Vnde Cicero ad Brutum. Si cigitur facies & me aut amabis aut quo contentus sum diliges. Idem ad Dolobellam. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habeam posse aliquid accedere? tantum tamen accessit ut mihi deniq; nunc amare uidear antea dilexisse &c. Proprie ergo dicitur parentes ama. Parentes enim pro his qui nos genuerunt posuit. Nam si cæteri progenitores parentes dici possunt. eos tamen segregat dicens. Cognatos cole. In quo uerbo significationis ratio habēda est. Sæpe etenim maiores inferiorem colunt. Vnde in bucolicis Ab Ioue principium musæ: iouis omnia plena Ille colit terras. Nam Iuppiter non colit: id est ueneratur & obseruat terras: sed diligit. Vnde ut est apud Nonium Marcellum Varie accipitur hoc uerbum. Nā ut inquit. Colere est uenerari. Virgilius libro nono. Summe deum sancti custos foracti Apollo Quem colimus. Colere exercere ut rustici. Virgilius georgicorum primo. Fructusq; feros mollite colendo. Colere inhabitare. Virgilius Aenei. libro tertio. Quas dira celæno Harpyiæq; colunt aliæ. Et Plautus in Aulularia. Hanc domū iam multos annos est ut possideo & colo. Varro in Eumenidibus Vt naiades undicolæ. Colere díligere. Virgilius in bucolicis Ille colit terras illi mea carmina curæ. Idem Aenei. quarto. Solam nam perfidus ille Te colere. Terentius in Heautontu. Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. Colere ornare Varro in Tapheme. Aut in segetibus post messem colligebat stramenta qui domicilia colerent. Colere pa

Amare

Colere

ti. Terentius in Heautontu. Dum ille uitam illam colet inopem carens patria. Hæc illæ. quæ fere his uersibus uulgaribus explicantur. Arua: casas: forma: superos colit atq; parentes hæc arat has habitat ornat honorat: amat. Cole ergo hoc loco: id est uenerare uel dilige cognatos. omnes de cognatione & sanguine tuo. Cognati sunt omnes qui ab uno genere nati sunt: quasi simili patre nati. Vel quasi simul nati quo modo pullos ranæ uno partu editos flaccus cognatos uocat in sermonibus. Cole itaq; ut iterum dicam: id est dilige cognatos: id est fratres & quotquot habes consanguineos & necessarios. de gradibus & speciebus agnationis: cognationis: & affinitatis disquirant quorum interest. Nos mores cum litteris docemus. Habuimus igitur tria uerba: quasi tris gratias amoris honesti commendatiua. Neq; inepte quidem. Nam si homini nihil conformius est q̃ amare. Bene præcipitur ut deũ ames cum religione & timore: hoc est deo supplices. Parẽtes cum feruore: hoc est parentes ames. Cognatos cum diligentia: hoc est cognatos colas. Datum serua. Nunc & alia præcepta infert amoris tamen conciliatiua. Nam si, ut in superioribus locis ostendimus dona ad conciliandam amiciciam plurimum ualent. Et ut Ouidius in de arte inquit. Munera/ crede mihi/ capiunt homines q; deos q; Placatur donis iuppiter ipse datis. Non ab re dicit. Datum serua. Quoniam plurimi ut sint monumenta sui munera conferunt. Vnde illud tertio Aeneidos. Accipe & hæc manuum tibi quæ monumenta mearum Sint puer: & longum andromaches testentur amorem. Ideoq; amicitiam reiicere atq; refellere uidentur qui datum non seruant. Si omnis locos quibus apud poetas data in summa ueneratione seruata memorantur adducerem: omnibus nimirum prolixitate odiosus essem. Grato ergo animo uidemur quotiens prodantis obseruatione datum custodimus. Quod gnato ille Terentianus in eunucho prospiciens glorioſi militis animum mire afficit. cum enim ille percunctaretur de fidicina quam dono dederat. Magnas uero agere gratias Thais mihi: Respondet. Ingentes. Et cum ille. Ain tu læta est? subsequitur gnato. Non tam ipso quidem dono/ q̃ q; abs te datum: id uero serio triũphat. Si igitur hoc pacto interpretari uolumus/ ut nõ absurde possumus: est urbanum sane præceptum. At si datum accipere uolumus: quomodo illud in Eunucho. Est istuc mihi datum profecto/ ut grata sint quæ facio omnia &c ubi datum interprete Donato. est fato decretoq; deorum concessum ut apud Virgilium in septimo. Non dabitur regnis esto prohibere latinis. si inquam hoc modo datum accipimus philosophicum sane præceptum est. Nam hoc dicit. Serua: id est obserua & diligẽter disquire datum: id est quid tibi datum est. Si naturam secutus fueris: nihil difficile aggrediaris. Vt si data est tibi aurea uena carminis. ad carmen animum applicabis. Si prosæ ad prosam. Si sapientiæ ad sapientiam fœliciter tendes. At si ad rusticos labores natus fueris inepte ad urbanos lepores aspiraueris. Nam ut Properti anum illud. Naturæ sequitur semina quisq; suæ. Serua igitur. i. disquire datum. uel serua. i. tene & custodi tibi datum a natura qua duce omnia fœliciter auspicaberis: Hic sẽsus sane bonus est. Poterit arguto ingenio quiuis & alios succos extorquere sed nos priori sententiæ concædimus. Nã ut dixi præcepta hæc tria sequẽtia

Datum

amoris condimenta sunt. Foro te para. de uerbium est quo Dauus in phormione utitur. Sciſti uti foro: id est ſciſtí quid facere te oporteret. Siquidē metaphora est a negociatoribus/ qui pro loci temporiſq; qualitate pluris minoriſue uendunt. Atq; ita diuites euadunt quando ſe foro accōmodare ſciunt. Iuxta quam rem. ſenſus hic eſſe poſſet. Foro te para: id est accōmodate conditioni ipſius fori mercurialis. (Nam de iudiciali hic non loquitur.) hoc est loco: tempori & perſonæ (tria enim hæc forum ſecundum Donatum ſignificat) ita paratum te exhibe. ut rebus tuis conſulas. Qui ſenſus damnandus non est. Conformior tamen est inſtituto autoris qui de moribus præcipit ut ita intelligatur. Foro te para: id est diſpone te iuxta qualitatem & mores hominū qui uerſātur in foro. atq; comis & amabilis cenſeberis. Fora & fori in quit Nonius Marcellus ut genere ita & ſenſibus differunt. Nam neutro iudiciorum & litium ſedes est. Maſculino ſpacia in nauibus apertiora. ſic ille. Significat præterea forum locus ubi res uenduntur. ut ibi ſciſti uti foro. Fori ut dicit Seruius ad illud í quarto Aeneidos. Impleſſemq; foros flammis. ſūt tabulata nauium ab eo q; inceſſus ferant. Sic igitur & forum dici poteſt quo res uenum ferūtur. Inepti aūt ſunt qui cum rem uili emerint dicunt rem eſſe in bono foro. pro eo quod est in bono mercatu. poteſt tamē tranſferri a foro. ut ſit fac bonū forum: id est uende quāti in bono: id est abūdanti foro ubi omnia uili conſtant. Cum bonis ambula. Quin & hoc ad amicitiam facit. Si etenim ut ſæpe diximus nullus amicus habendus est qui non idem uir bonus & ex familiaritate atq; conſuetudine amicitia cōtrahitur: bene præcipitur cū bonis ambula. Nam ut multis in locis reperitur. Cum bonis bonus eris. & cū peruerſis peruerſus. Vnde Prouerbiorum. xviii. Qui cum ſapientibus graditurſapiens erit amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Et. xxii. Noli eſſe amicus homini iracundo: neq; ambules cū uiro furioſo: ne forte diſcas ſemitas eius: & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Et Eccleſiaſtici. xii. Quis miſerebitur incantori a ſerpente percuſſo & omnibus qui appropriant beſtiis? Sic & qui comitatur cum uiro iniquo/ & obuolutus est in peccatis eius. Et. xiii. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea & qui cōmunicauerit ſuperbo induet ſuperbiā. Pōdus ſuper ſe tollit. qui honeſtiori ſe cōmunicat. Et ditiori te ne ſoci? fueris &c & ſexcentis aliis locis idem dicitur. Sunt igitur tria quæ multum ad amicitiā faciūt. Primum ut danti gratū te exhibeas datumq; ſerues. Secundum ut ciuiliter & urbane uiuas. i. foro te pares. Tertiū ut cū bonis ambules. Anteq; uoceris ad cōſiliū ne acceſſeris. hoc præceptū cōtra ineptos est & rerū omniū ſatagentes. īmane etenī uitiū est oīa uelle ſcire. Ordo est. Ne acceſſeris. i. fac ne accedas ad cōſiliū anteq; uoceris. Quia periculoſum est dare. Nā ut dicitur Malū cōſiliū cōſultori peſſimū. Humanū tū est petenti cōſulere. Ideoq; non uetat. ne oīno ad cōſiliū accedas. uerū admonet ne accedas añq; uoceris. Nā præter periculū quod ſubeūt. curioſitatis uitiū incurrūt rerū ad ſe nihil ptinētes ſolliciti. Cui desuideto. uideto. i. cōſidera cui des nō enī oībus dādū est. Nam qui indignis dat duplex dānū patitur. Nā & datū amittit & accipiētem perdit. Cōtra ut est in mimis publii. quod & Seneca ut alia q̄plurima ſibi ſumpſit. Bñficiū dādo accepit q dignis dedit. Hinc etiá. xlii. Ecc. Vbi man? multæſūt/ claude: & quodcūq; trades numera & appēde: datū uero & acceptū oē

Fora
Fori

Forum

deſcribe. Et.xii. Si bñfeceris ſcito cui feceris: & erit gr̃a in bonis tuis multa. Bñfac iuſto & inuenies retributionẽ magnã/& ſi nõ ab ipſo certe a dño Non eſt enĩ ei bñ qui aſſiduus eſt in malis & elemoſynas nõ dãti. Quoniã & altiſſimus/odio habet pc̃tores/& miſertus eſt pœnitẽtibus. Da miſericordi & nou ſuſcipias pc̃torem. Bñfac humili & nõ dederis impio. Prohibe panes illi dare ne in ipſis potẽtior te ſit. Nã duplicia mala ĩuenies in oĩbus bonis quæcunq; feceris illi. Quoniã & altiſſimus odio habet pc̃tores & impiis reddet uindictã &c. Quibus uerbis. clare præcipit. Cui des uideto. Atqui in euãgelio dicit oĩ petẽti te tribue. Quocirca ſcies oĩbus petẽtibus amore dei dãdũ eẽ. ſiquidẽ honoris dĩni ratio habeat. Nã male deum amaret/q pro eius amore daret/ quo ſciẽs aĩam accipiẽtis pderet. Itaq; nõ hoĩ petẽti: ſed pc̃tõ petẽtis negandũ eſt quotiẽs carẽtia pluſq̃ copia illi ꝓfuerit. Neq; tñ in euãgelio dr̃ oĩ petẽti rem tribue: ſed te. Nam ſi pc̃tor eſt qui petit & ꝓpterea indignus tribue tñ te illi. dãdo ei cõſiliũ. & opem animi. Sin bonus eſt q petis. & quod des tibi ẽ. te illi tribue. hoc cõpatiẽtẽ te illi exhibe. Saluator ergo noſter loquit de charitatis elemoſyna quæ nulli negãda. Poeta aũt de rerũ collatione quæ bonis dũtaxat ſuppetit. Quin & Seneca in oẽs bñficia cõferẽda docet. Qualiſcũq; inqt priorũ euẽtus eſt: pſeuera in aliis cõferre. Melius apud ingratos iacebũt quos aut pudor: aut occaſio aut timidatio aliqñ gratos poterit efficere: ne ceſſaneris dare. Opus tuũ page. Et ptes boni uiri exequere. Aliũ re: aliũ fide: aliũ gratia: aliũ conſilio: alium præceptis ſalutaribus adiuua. hæc ſanctiſſime Seneca. Qui licet oĩbus/nõ omnia tñ danda monet. Quia quibuſdã rerũ beneficia officerẽt. Recte ergo dicitur. Cui des uideto. Nam uerã liberalitatẽ præcipit. Non enim uetat ne des/ſed ne prodigas. quia qui dat: nec uidet cui det profuſus ſuorũ & prodigus eſt. Nam ut ẽ apud officia Ciceronis. Prodigi ſunt qui epulis & uiſcerationibuſ & gladiatorũ mũeribus: ludorũ uenatio/numq; apparatu pecunias profundũt in eas res/quarũ memoriã aut breuem aut nullã ſint relicturi oĩno. &c. Cõuiua raro. uetuit profuſionẽ in alios nũc ne tibi ſũmas nimiũ/prohibet. Nam qui comeſationibus & uiſcerationibus ut gulæ ſatiffaciãt indulgent. prodigi quoq; ſunt/& deteſtabiles. Vnde ꝓuerbiorũ. xxiii. Noli eſſe in cõuiuiis potatorũ nec in comeſatiõibus eorũ/q carnes ad ueſcendũ conferũt: quia uacãtes potibus & dantes ſymbola cõſumentur & ueſtiet pãnis dormitatio. Sane cõuiuo unũ de his uerbis eſt quæ nũc deponẽtia olim actiua fuerũt. ut populo: populor: medico medicor. Ille enĩ cõuiuo dicebãt ut docet Nonius Marcellus. Vnde Põpo. in mũda. Si calendis cõuiuant. idibus cœnant foris Ennius ſatyrarum libro. i. Male hercle ſuo magno cõuiuant ſine modo &c. Quia ergo antique dicit. fides haberi poteſt ex libro Catonis de moribus eſſe ſumptũ. Nos aũt cõuiuor dicimus. Conuiua ergo. i. cõuiuare & celebra cõuiuia raro. Sũt qui nomẽ putãt/& dicũt Cõuiua raro ſubaudiuntq; ſis. ſed mihi nõ placet huiuſmodi ſubauditio. præſertim cũ cõuiua apud antiquos uerbum reperiat. Mũdus eſto. Bene poſt cõuiuiũ intulit mũdus eſto. Mũditiæ enĩ & lautitiæ maxime cõuiuio cõueniũt: Poteſt aũt generaliter ſumi. Nã mũdicies in oĩ re laudanda eſt. Et præcipue cordis. Vnde Saluator noſter. Mathei. v. Beati mundo corde quoniam ipſi deũ uidebũt. Quod ſatis eſt dormi. phiſicũ eſt hoc præceptũ. ad mores tñ

nō parū facit. Nā sī quis pluſq̄ ſatis eſt dormierit. torpēs nimirū & hebes effi
ceret. Et ad omnia ignauus. Sin minus ac cōueniat naturæ dormierit inuali/
dus itidē & exhauſtus/oſcitabūdus & crudo ſtomacho nauiter agere non po/
terit. Cōuenit ergo & animo & corpori tēpeſtiua quies. Nam ſi ut Virgilius
Aenei. ſecundo. dicit ipſa quies ægris mortalibus dono diuum ſerpit. explo/
ratū eſt ipſam ſi nō nimiā fuerit cōmendabilē. Dormi ergo quod. id eſt quo
ad ſatis eſt. Coniugē ama. lepida inſtitutio. & ſūmopere obſeruāda Siquidē
ſalutis nr̄æ autor indiſſolubile uult eſſe matrimonii nexum: & ſecluſo amore
nihil difficilius eēt q̄ cōiugē pati. Recte inqt Autor cōiugē ama. Quātū uero
matrimoniū liget. Oſtēdit legis noſtræ autor Mathei qnto his uerbis. Dictū
eſt aūt quicūq; dimiſerit uxorē ſuā det ei libellū repudii. Ego aūt dico uobis
quia oīs q dimiſerit uxorē ſuā/excepta fornicatiōis cauſa/facit eam mœcha/
ri. Et qui dimiſſam duxerit. Adulterat. Quātū uero moleſtiæ ſit uxorē duce/
re/eomici patres largiter indicāt. qui p magno flagitio filiis ducēdæ eius pœ
nam dicūt. Vnde & Metellus numidicus. Si ſine uxore poſſemus quirites
eſſe omnes ea moleſtia careremus: ſed qm̄ ita natura tradidit: ut nec illis ſa/
tis cōmode: nec ſine illis ullo mō uiui poſſit: ſaluti ppetuæ potiuſq̄ breui uo/
luptati cōſulendū eſt. Cæterū quātū ſanctitatis habeat legitimus torus de/
ducitur ſapiētiæ quarto: ubi ſic dicit. O q̄ pulchra eſt caſta generatio cū clari/
tate. Immortalis eſt enī memoria illius. quoniā & apud deū nota eſt & apud
hoies: Cum præſens eſt imitant illā & deſiderāt eam. cum ſe eduxerit & in p/
petuū coronata triumphat: incoinqnatorum certaminū premiū uincēs &c.

Amorē cōiugis præcipit Eccleſiaſtes. ix. Vade ergo & comede in lætitia pa
nē tuum & bibe cū gaudio panē tuū: quia deo placēt opera tua Omni tēpore
ſint ueſtimēta tua cādida: & oleū de capite tuo non deficiat. perfruere uita cū
uxore quā dilīgis cūctis diebus uitæ inſtabilitatis tuæ. quī dati ſunt tibi ſub ſo
le omni tēpore uanitatis tuæ. Itē Eccleſiaſticus. vii. Mulier ſi tibi eſt ſecundū
aīam tuā nō ꝓicias illā & odibili nō credas te in toto corde tuo. Itē prouer/
biorū. xviii. Qui inuenit mulierē bonā/inuenit bonū/& hauriet iocunditatē
a dño. Qui expellit mulierē bonā expellit bonū. qui aūt tenet adulterā ſtult⁹
eſt & inſipiens/Eiuſmodi multa reperies ſi ſanctas lr̄as lectitaueris. nos poſt
hac breuiores erimus: quia in re manifeſta uerſabimur. Maiori cede: obe/
diētiæ præceptū: de qua ſæpe dicit/q̄ melior eſt q̄ uictima. Nihil aūt in re pu
blica utilius eſt q̄ obedire & auſcultare maioribus. Quia ſic neq; ſeditiones:
nec inteſtina bella orirent. Cede ergo. i. locū da & cōcede maiori. i. ſeniori &
digniori te. Maiores enī aliquādo ab ætate dicūtur quicunq; ſeniores nobis
ſunt. Aliquādo ad genus noſtrū referūt. dicūturq; oēs a quibus originē du/
cimus. ſed ut atteſtat Seruius illi præcipue qui peculiarē appellationē nō ha/
bēt. ut qui neq; patres neq; aui: neq; ataui neq; ꝓaui ſūt. Poſſum⁹ etiā maiorē
ꝓ digniori ponere. Erat aūt apud priſcos ſūma reuerētia caniciei. uñ Ouidi.
Magna fuit quōdā capitis reuerētia cani. Et Iuuenalis de priſca loquēs inno
centia ait. Improbitas illo fuit admirabilis æuo Credebāt hoc grāde nephas
& morte piandū. Si iuuenis uetulo nō aſſurrexerit: & ſi Barbato cuicūq; puer
(licet ipſe uideret. Plura domi farra & maioris glādis aceruos) Tam uenera
bile erat præcedere q̄ttuor ānis. Primaq; pars adeo ſacræ lanugo ſenectæ. &c.

Cedēdū præterea est maiori. id est supiori & potētiori. Vnde Ecclesiasti. iiii. Noli resistere cōtra faciē potentis: nec coneris cōtra ictum fulminis. Magistrū metue. Nihil uberius ad ꝓcipiēdā doctrinā. Debet enī honor quidam & reuerētia præceptoribus adhiberi. Nec īmerito. Quia ut dicit. diis/parentibus/& Magistris nō datur equiualens. Quin & maiores præceptorē patris loco habuerūt. Vnde Iuuenalis. Dii maiorū umbris tenuem & sine pondere terram. Spirantesq; crocos & in urna perpetuum uer. Qui præceptorē sancti uoluere parētis. Esse loco. Metue ergo. id est cū obseruatiōe reuerere magistrum. id est cuiusuis artis præceptorē. Minorem ne cōtēpseris humana præceptio. quæ præter decorū & honestatē. nō parum utilitatis affert. ut ibi dicem⁹ Corporis exigui noli cōtēnere uires. Ne cōtēpseris. id est ne asperneris & uilipēdas minorē. id est inferiorē te. Vino te tēpera. Non uniformis est huius uerbi expositio. Potest enī uino esse datiui casus. ut sit Tēpera te uino. id ē modū serues iuxta uirtutē uini. si etenī acre fuerit & uig orosum qua/si abstemium te adhibueris. sin mite & exiguæ uirtutis aucti⁹ te prolues. Sed melior ē sentētia ut septimi casus. hoc est ablatiui instrumētalis sit. Nā sic intelligit. Vino te tēpera. id est tēperatū te redde uino. i. usu uini. hoc ē tēpera te utere uino. melior autē sensus est Tēpera te uino. q̄ si dixeris uinū tibi tempera. quia nihil ꝓfuerit uinū tēperatū fuisse si nos minus tēpetati fuerimus. De uino plurima ī primo Siluarū apud Virgiliū ibi. Nec ueneris nec tu uini capiaris amore/dicta sunt. Nam usum uini nemo nō ingratus deo & naturæ oīno dānat. Abusum uero quilibet. Vinū enī modice sumptū acuit ingeniū Et ut dicit Ecclesiastici. xl. Vinū & musica letificāt cor. & sup utraq; directio sapiētiæ: In copia aūt uini multa in'ūt mala. Nā ut dicit Ecclesia. xix. Vinū & mulieres apostatare faciūt sapiētes & arguūt sensatos Et ut dī Prouer. xx. Luxuriosa res uinū & tumultuosæ ebrietas. quicūq; his delectat' nō erit sapiēs. uñ & apostol⁹ Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Itē ꝑuer. xxi. Qui diligit epulas in egestate erit: qui amat uinum: & pinguia non ditabit'. Cæterum Ecclesia. xxxi. tēperamētū hoc graphice perscribit'/dicit' enī. Vinū in iocūdita/tē creatū est/& nō in ebrietatē ab initio: Exultatio animæ & cordis uinū moderate potatū. Sanitas est animæ & corpori sobrius potus. Vinū multū potatū: irritationē & irā & ruinas multas facit. A maritudo aīæ uinū multū potatū Ebrietatis animositas imprudētis offensio minorās uirtutē & faciēs uulnera &c. Vino ergo te tēpera. i. tēpatū te effice: ut sis lætus & ualidus citra luxuriā & sobrius citra naturæ debilitatem. Pugna pro patria. Quin & hoc satis in superioribus deductum est. Nam si ut Cicero inquit. Magnū ortus nostri partem sibi patria uendicat. Siq; ut idē testat' credēdū est. Omnibus qui patriam conseruauerint adiuuerint auxerint certum est esse in cælum diffinitū locū ubi beati sempiterno æuo fruantur. Si præterea ut inquit Flaccus dulce & decorum est pro patria mori. Etsi ut habetur Ecclesiastes. iii. tempus belli & tēpus pacis est. Et ut in mille locis habetur/deus pro religione & patria pugnātibus autor & auxiliator fuit. Bene dicitur Pugna pro patria. Videat tamē pater patriæ & is qui bella mouet ut iuste fiant. Rem tuam custodi. id est ne sis profusus & prodigus. custodi rem. id est diuitias tuas: & præcipue patrimoniū Custodi inquam. id est diligenter obserua: ne aut negligentia tua & inertia

amittas: aut nequitia cõsumas. Neq; prohibet ut nunc dicunt elemosynam: Quia nihil melius custodimus q̃ qđ apud dignos collocam⁹. Nil temere crediderís: salubre præceptũ. ꝓpter facilem enĩ credulitatẽ multi in fraudẽ illecti sunt. Multi amicos amiserũt. Quocirca in sanctis lr̃is bene dicitur. Omni spiritui ne credas. Et iterũ. Attẽdite uos a falsis ꝓphetis qui ueniũt ad uos in uestimẽtis ouiũ. intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Nil crediderís ergo temere. id est temerarie nõ audita legitima rõne. Quia ut dicitur Eccles. xix. Qui credit cito leuis corde est & minorabit᷑. Meretricẽ fuge. sanctius hoc quidẽ multo q̃ snĩa día Catonis apud Horat. quæ dicit æquũ esse iuuenes ad meretricem descẽdere. Quod tamẽ sic intelligendũ est. ut minus sit malũ meretricem q̃ cuiusuis cõiugem insequi. Detestandus tamẽ est meretricius amor ut idem Flaccus sæpe testat᷑. Et ut fides nostra latissime. Omnis enĩ concubitus extra legitimũ matrimoniũ mortalis est. Fouea enĩ ⁊ut dicit᷑ Prouer. xxiii Profunda est meretrix & puteus angustus aliena. Insidiat᷑ in uia quasi latro & quos incautos inuenerit interficiet. &c. bene ergo dicit poeta Meretricẽ fuge: nõ abiice. non dimitte Quia nisi fugeris priusq̃ aspexeris aut tetigeris iam captus es. Laqueos meretricios & retia quibus aucupant᷑ nimiũ scite. vii. pro uerbiorũ offenderis perscripta. Quæ nũc omitto admonitus ab illo Ecclesiastici octauo. Nõ incẽdas carbones peccatorũ arguẽs eos & ne incẽdaris flamma ignis peccatorũ illorũ. Sæpe etenĩ dum lubrica illa peccata uitãda prædicamus: ad ea patrãda incẽdimur. ea enĩ hũana ẽ fragilitas. Libros lege. Quãuis discreta oĩa hæc sunt præcepta. Bene tamẽ sequit᷑ hoc/illud Meretricem fuge. Nam nõ est præstantior fuga ad uitia fugiẽda q̃ sanctarũ scripturarũ diligẽs lectio. unde Flaccus in epistola Laudis amore tumes. sunt certa piacula quæ te Ter pure lecto possunt recreare libello &c. Maxime aũt cõtra uenerẽ ualet diligens exercitatio Vnde est Ouidĩ anũ illud ocia si tollas periere cupidinis arcus. Quos legeris memento. Lege inquit libros & memento. id est memoria cõuolue supple eos quos legeris. id est legisti. Pulchre subiũctiuo utũtur Oratores etiã pro indicatiuo. Sane prudẽter additur. Quos legeris memẽto. Quia fruſtra legeris quæ paulo post obliuioni daturus est. Scientia enim moralis ad operationẽ ordinatur. Memento est a meminí: quod in præterito & eius temporibus dumtaxat declinat᷑ & in futuro uerbi imperatiui ubi memẽto & memẽtote legimus. De hoc uocabulo Valla elegantiarũ

Memini

tertio sic. Memini pro recordor tum genitiuum tum actiuum postulat. ut Terenti. Faciam ut meiq; & huius diei ac loci semper memineris Cicero. omnia quæ curant senes meminerũt uadimonia constituta: qui sibi cui ipsi debeant. Quid iurisconsulti. quid pontifices. quid augures quid philosophi sines quã multa meminerunt. Idem uerbum pro eo quod est mentionem facio recusat actiuum: postulatq; genitiuum: uel ablatiuum cum præpositione de. Vt Quintil. Neq; omnino huius rei meminit poeta ipse. Et iterũ. De quibus multi meminerũt.

Mentio

Hinc uidet᷑ deriuari mẽtio quasi a Meno præsenti & gemĩato ꝑterito memini. uñ supinũ mẽtũ. ex quo mentio & mẽs quæ oĩum recordat᷑. & mẽtũ. qa in mẽtiõe faciẽda hoc ẽ in loquẽdo præcipue mẽto utimur. Nullũ enĩ aĩal mouet partẽ oris supiorẽ nisi cocodrillus. sed inferiorẽ sicut & nos mẽtũ.

Meutior

Hinc etiã mẽtior. quia contra mentem loquor. Hæc ille.

Nonius Marcellus ita. Memini illā rē dictu facilius putāt plurimi. Virgi. in Bucco. Nūeros memini si uerba tenerem. Et alternos musæ meminisse uolebant. Cicero de ora. li. iii. Quid fuit in graccho quod tu melius catulle memi nisti. q̄ me puero tātope feret. Sane ut ego quoq; quod cōplector. & continuo. Memini illius rei. i. memor sum. Memini de illa re uel etiā illius rei. id est mentionē facio. Bonis bñfacito. hoc præceptū differt ab illo. Cui des ui deto. q̄ illud ne indignis def adhortat. hoc ut dignis cōferas mādat Illud ne prodigus sis uetat. Hoc ut liberalis habearis iubet. Illud malis aufert. hoc bonis adiudicat. Ad officiū aūt perfectū utrūq; pertinet. & ut malis resistas & ut bonis morē geras. Benefacito ergo bonis. i. iustis & timētibus deū. Quibus aūt dādū sit uidimus in secūdo siluarū. sciscitare per tabellā. Seneca quoq; in libro de bñficiis ad unguē differit quib⁹ dandū sit. ut stati m in principio. Nō mirū inqt est inter plurima maxima uitia nullū esse frequētius q̄ ingrati animi. id euenire ex pluribus causis uideo. prima illa est q̄ nō elegimus dignos q̄bus tribuamus &c. Litteras disce. Hoc præceptum ab illo. Libros lege. differt quādo quidē illud ad litteratū. hoc ad discētē adhuc pertinet Disce ergo litteras. i. elemēta sciētiarū. hoc est studio litterario te imbuas. Nihil enī precioſius sapiētia reperi pōt. Neq; uero pōt quis ad fastigia sciētiarū puenire, sine elemētis. Quocirca dicit. Litteras disce. hoc est tute lr̄is incūbas & philosophiæ studeas. & Liberos erudi. i. filios quoq; doctos effice. Sūt qui legant libros erudi iuxta illud ecclesiastici. xxiiii. ubi sapiētia de se loquit. Qui eluci/dant me uitā æternā habebūt. Sed melior ē lectio Liberos erudi. Quia erudire est extra ruditatē ponere. Liberi aūt plurali dūtaxat nūero declinat quo tiens filiū filiāue significat. Nā de una filia etiā liberos Terētius dixit. Ea enī noīa quæ plurali dūtaxat nūero declinant nō cōtinuo pluralitatē desiderāt. Nā de una epistola dico unas lr̄as. de uno armamēto. una arma. de uno ergo filio uel filia unos liberos. Et q̄uis in hoc significatu uix singulare reperiat. nō tñ oīno a singulari nūero abhorret. Nā uidet deduci ab adiectiuo liber a rū. Eos enī ꝓprie liberos uocamus: quos ex legitimo matrimonio extra seruitutē genuimus. Eos ut atteſtat ualla apud Quintilianū. Caiū. Paulūq;. Liberū ꝓ filio offendes. Quocirca nō absurde adiectiua singulari a postponas. ut si dixeris Tris liberos habeo. bñ subiunges. unū denariū. alterū octonariū Tertiū uicenariū. Quod in aliis singulari carētibus incōgruū esset. ut Ternas litteras ad te dedi. nō subdes quarū unā &c. sed quarū unas calēdis. alteras postridie calēdarū. tertias nonis scripserā. Erudi ergo liberos. Quia ut dī Prouer. x. Filius sapiens letificat patrē. filius uero stultus mœstitia est mīis suæ. Vnde in eodē. xix. Erudi filiū tuū & refrigerabit te: & dabit delitias aīæ tuæ. Et iterū. Virga atq; correctio tribuit sapiētiā. puer aūt qui dimittit uoluntati suæ cōfundit suā. Castigādo ergo erudies. q̄a ut habet in eisdē puer. xxii. Stultitia colligata est in corde pueri & uirga disciplinæ fugabit eā. Blādus esto. Liberi

Blandiri inqt ualla ad tactū ptinet & per abusionē ad alios sensus transfert. & nōnūq; etiā ad animū. Hæc ille. Blādiri aūt ut quid sit dicā. est suauibus uerbis: aut leto uultu: aut molli palpitatiōe: aut amica gratulatiōe: aut largiusculā indulgētia. alicui arridere & concedere comem sese agere. Verbis ut apud Iuuenalē. Quod enī nō excitat inguē Vox blāda. Tibullus. Et sibi blanditias Blandus

tremula cõponere uoce. Vultu idẽ. Semp ut inducar blandos. offers mihi uultus Poſt tñ es miſero triſtis & aſper amor. Palpitatiõe. ut Canis blanditur dño. Virgi. hinc canibus blandis rabies uenit. Gratulatiõe. ut Quintil. Blandiar iudices pauliſper calamitatibus meis. & ſic agã tanq̃ inuenerim utrũq; ſanũ. indulgẽtia. Vt blãdior mihi. i. nimiũ mihi indulgeo. Eſto igit blãdus. id eſt comis. clemẽs. affabilis & dulci nõ fraudulẽto alloquio præditus. Nõ enĩ cõtinuo qui blãdus eſt aſſentat aut adulat. Nã ut docet Valla. Aſſentari ẽ inſidioſe & cõciliãdæ alicuius utilitatis gr̃a effuſius & plerũq; falſo/quẽpiã laudare: Adulari uero inſeruire. & captare ut fauorẽ emereamur quoquomõ uel uoce uel guſtu &c. Dãnãdus ergo eſt aſſentator. Vituperãdus adulator. laudãdus aũt blãdus. Si humanitatis gr̃a blandiat. Tute cõſule. Tute põt eſſe una dictio utpote aduerbiũ. Et tũc ſenſus eſt? Cõſule. i. da cõſiliũ tute. i. cõſulto. & prudẽter. Ne aut malũ/aut malis cõſiliũ des Multi etenĩ ut te perdãt cõſiliũ abſte exquirũt. quocirca recte dicit. Btũs uir qui nõ abiit in cõſilio impiorũ &c. & Eccleſi. viii. Cũ fatuis cõſiliũ nõ habeas. Et iterũ. Non oſtendat cor tuũ manifeſtes. ne forte inferet tibi grãm falſam & cõuiciet tibi Cõſule ergo tute. i. ſic ut tutus maneas. uel tute eſt pronomẽ cum ſyllabica adiectione. Et tũc nõ aliud eſt q̃ tuipſe: uel tumet. Solemus autem hoc pronomen ponere ſic quaſi præceſſerit alterũ tu. ut in andria. ubi dauus dixerat. Accipe hũc oci? a me atq; ante noſtrã ianuã appone. Interrogat Miſis Quãdo rem id tute ipſe nõ facis. Tute ergo eſt. i. tuipſe cõſule. i. cõſiliũ pete uel cõſiliũ da. & proſpice rebus & famæ tuæ: quia tutiora ſunt & magis fida quæ tu geris per te q̃ per familiã. Quocirca argute Donatus illud primo Aenei. Ad quẽ tum Iuno ſupplex &c. ſic interpretatur. Poeta habet rõnem perſonæ nõ reginæ: ſed iratæ quæ occaſionẽ nolit omittere loci & temporis. Nam ſi rõnem reginæ haberet mitteret aliquẽ qui Aeolo iuberet. Sed quia mãdata niſi ipſa adeſſet/poterant aut negligentius agi aut differri. Et ſic præteriret nocẽdi occaſio omiſit perſonã reginæ. Et ſic mouet poeta per noſipſos agendũ quod rectius curari uolumus. Et inferiori perſonæ exhibẽdũ honorẽ ſi illa indigemus. Hæc Donatus. Tute ergo cõſule. i. cõſiliũ pete. & nõ tui pro te. uel tute cõſule: i. tu ipſe tuis proſpice per te & nõ ſolũ per alios: uel tute. i. tuto & caute cõſule. id eſt conſiliũ da. Varie enĩ ſignificat cõſulo ut diximus. Maledicus ne eſto. Maledicus eſt qui cõuitia: opprobria. detractiões & execratiões dicit. Quod ĩmane nephas eſt. Quia ut habet Matthei qnto. Qui dixerit fratri ſuo racha reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue. reus erit gehẽnæ ignis. Ne eſto ergo. id eſt Ne ſis maledicus. Maledicus aũt actiue ſignificat ſicut cetera a dico quæ mutata quãtitate indicus ultima breui exeũt ut ueredicus falſidicus. iuridicus &c. Malidicere enĩ ut docet Valla. eſt alteri mala ut cõuitia & opprobria dicere. ſed male audire eſt infamari crimĩa audiẽdo. Vnde Saluſtius in Ciceronẽ. Reſpõdebo tibi ut ſi quã maledicẽdo uoluptatẽ cepiſti: eam male audiẽdo amittas. Maledictus aũt paſſiue accipitur pro eo cui maledicitur uel qui male audit. Itaq; multi legunt Maledictus ne eſto: reſpicientes ad euangelium de reproborũ maledictione. ſed cõcinnior eſt ſententia inſtitutionibus poetæ ut maledicus legatur. Nõ enim reor ipſum noſtræ fidei doctũ fuiſſe. Adducimus autẽ nr̃atia teſtimonia. nõ q̃ ipſum ad illa re/

Affentari

Adulari

Tute

Madicere

Male audire.

ſpexiſſe credamus: ſed ut dictis ipſius propter fidei noſtræ acceſſionem fides habeat. Nihil enī præcipit quod nō idem catholica ueritate fundat. Nā uerum uero ſemper cohæret. Aptius autē præcipitur ne ſis maledicus q̄ ne ſis maledictus. Nā inepte quod in poteſtate illius cui præcipias nō eſt præcepe ris. Vt autē non maledicas penes te eſt. Non autē ne male audias. Nam ſæpe male audimus hoc ē maledicti ſum⁹ ab aliis citra culpā noſtrā. Itaq; potes effi cere per dei grām ne a quouis iuſte male audias: ſed nō facile ne omnino ni hil de te maledicatur. Vnde Seneca. Obiiciēti. Male de te opinātur homīes ſed mali inquit. Mouerer ſi de me Marius ſi Cato. ſi Lelius ſapiens: Si alter Cato: ſi duo Scipiones iſta loquerentur. Nunc malis diſplicere laudari eſt. Non poteſt ullam auctoritatē habere ſentētia: ubi qui damnandus eſt male de te loquitur. Item. Male loquūt⁹. Mouerer (reſpondet) ſi iudicio hoc fa cerent: nunc morbo faciūt. non de me loquūt⁹: ſed de ſe. Itē male de te lo quūtur homīes. Bene loqui neſciunt: faciunt nō quod mereor/ſed quod ſo lent. Quibuſdā enī canibus ſic innatum eſt/ut nō pro ueritate. ſed pro cōſue tudine latrent. Hæc ille. Patet ergo in ptāte noſtra non eſſe. Ne malū de no bis dicatur. ſicut cōtra/ne male dicamus: Si tamen maledictus legere uelis/ ſic intellexeris. Labora ne ſis in extremo iudicio maledictus. quod effeceris ſi in ſancta charitate uixeris. Fac ita ne ab homīe maledicaris. quod tum pro xime efficies. ſi inter paucos uixeris. Nam malos nulla ratione domueris ut qui pro libidine efferūtur. Familiam cura. de hac re Cato. in de ruſtica pluri ma ſcripſit. & Eccle. ſeptimo hæc habent⁹. Noli diſcedere a muliere ſenſata & bona quā ſortitus es in timore dñi: gratia enim uerecundiæ illius ſuper aurū Non ledas ſeruum in ueritate opātē: neq; mercennariū dantē aīam ſuā. Ser uus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua & nō defraudes illum libertate: Neq; inopem derelinquas illū. Pecora tibi ſunt: attende illis: & ſi ſunt utilia perſeuerent apud te. Filii tibi ſunt erudi illos/& curua illos ab pueritia eo⁹: filiæ tibi ſūt: ſerua corpus illarū: & nō oſtendas hylarē faciē tuā ad illas. Tra de filiā/& gráde opus feceris & hoī ſenſato da illā. Mulier. ſi eſt tibi ſecundū aīam tuam/non proiicias illam/& odibili nō credas te in toto corde tuo. Ho nora parrētuum & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memēto quoniā niſi per illos natus nō fuiſſes. & retribue illis/quomodo & illi tibi. In tota anima tua time dominū: & ſacerdotes illius ſanctifica In omni uirtute dilige eū qui te fecit. & miniſtros eius ne derelinquas. Honora deum ex tota anima tua/& honorifica ſacerdotes: & propurga te cum brachiis &c. Hæc ibi. quæ ſi diligē ter effeceris. familiā nimirū cuuaueris. Curare. n. ē cū diligētia & accuratiōe proſpicere & gubernare. Familiæ autem appellatione ueniunt omnes qui de domo noſtra ſūt præſertim in noſtro famulatu. Nam dñs ipſe rerum/pa terfamilias dicit. Malens pater q̄ dominus appellari. & Matrona ipſa ubi in familiā recepta eſt dicit⁹ materfamilias. Diligentiā adhibe. uix enī effece ris. quod negligēter curaueris. Et ut in opere negligētia & inertia uitupatur. ita ecōtrario diligentia & grauitas laudat⁹. Vt enī notū uerbū eſt. Diligentia cuiuſlibet operis obtuſitas permollitur. Nihil enim durum/ſi diligentiam adhibueris. Vnde illud in Georgi. labor oia uincit Improbus & duris urgēs in rebus egeſtas. Adhibe. i. appone adiūge ad operā & laborē tuā diligentiā.

Aequũ iudica. Si iudex cõsecratus fueris facæquũ. i. iuxta æquitatẽ iudices Cæterũ ut alio loco diximus ad cuiuslibet opis cõsũmationẽ tria necessaria sunt. ptãs quæ dei patris est. sciẽtia quæ filii. & uolũtas bona. quæ spũs sancti. Si desit tibi ptãs. i. nisi iudex legitimus ordinatus fueris ut paulo post dicetur neminẽ. iudica. Sin ptãs tibi fuerit. fac ut sciẽtia nõ desit: quia necesse est iudicantẽ nosse. Qui enĩ recte iudicet nisi iuris legũq; peritus fuerit: Quocirca bene diuinus uates. Da mihi intellectũ & scrutabor legẽ tuã / & custodiã illã in toto corde meo. Et iterũ. Erudimini q iudicatis terrã &c. Necessum est præterea ut bene uolet. Bñ aũt uelle nõ poterit si quouis mẽtis morbo corruptꝰ fuerit. Quia ut dicit Horati. in sermo. Male uerum examinat oĩs. Corruptus iudex. Et Cæsar in oratione quã in Catilina Saluſtius refert. Oĩs hoĩes. P. C. qui de rebus dubiis cõsultant / ab odio amicitia / ira atq; misericordia uacuos esse decet haud facile animus uerũ puidet: ubi illa officiũt: neq; hoĩum quisq; libidini simul & usui paret. ubi intẽderis ingeniũ ualet. Si libido possidet: eadẽ ñat. Magna mihi copia est memorãdi Patres Cõscripti. qui reges atq; populi ira aut misericordia impulsi, male cõsuluerint &c. Hinc etiã dicit Ecclesiastici. xx. Exenia & dona excecãt oculos iudicũ. Humani aũt dicit æquũ iudicã q̃ iustũ. Iusticia enĩ oĩno seuera est: quæ quidẽ seruari debet in causa ciuili ubi parti aduersæ nihil per quãuis animi passionẽ abdicandũ est. Aequitas aũt clementiã admittit. ut in crimiali. Quotiẽs cõtrariæ aũt diuersæ sũt legũ sententiæ. mitiori auscultandũ præcipit. Ad prætoriũ stato. Ad hoc loco significat iuxta ut in illo uirgiliano. Et formosus oues ad flumina pauit adonis. Prætoriũ est sedes pretoris uel tabernaculũ eius. Prætores enĩ inqt festus pompeius initio erãt qui nũc cõsules & hi bella administrabãt. quoq; tabernaculũ dicebaꝫ prætoriũ. Prætoria aũt porta in castris appellaꝫ qua exercitus in præliũ ducebaꝫ. Prætoria uero cohors est dictã / q̃ a prætore nõ discedebat. Scipio enĩ Aphricanus primus fortissimũ quẽq; delegit: qui ab eo in bello nõ discederẽt: & cætero munere militiæ uacarẽt: & sex quiplex stipẽ diũ acciperẽt. Stare ut Nonius Marcellus exponit uario mõ sumiꝫ. Stare (enĩ inqt) cõsistere omniũ cõsensu dicit Virgi. iii. georg. Stare loco nescit. Plautus in amphy. Ista statim stãt signa oĩa. Stare horrere signat. Cecil. Syracus. Hic amet / & familiæ fame pereãt. Ager aũt stat sentibus. Virgi. in. xii. Iã puluere cælũ stare uidet. Stare erigere ꝓminere Luc. in. xxviii. Hic corpus solidũ inuenies / hic stare papillas. Pectore marmoreo. Stare / fidẽ habere. Tulli. de offi. li. ii. facere ꝓmissa / stare cõuentis / reddere deposita. Stare / ualere / cõstare & fixũ esse. Virgi. in. x. Stat sua cuiq; dies. Idẽ in secũdo. Stat casus renouare oĩs. Stat etiã plenũ est Virgi. in Bucco. Stãt & iuniperi & castan. æ hirsutæ. Sisen. in. vii. Cælũ caligine stat. Hæc ille. quæ oĩa apud Seruiũ quoq; leges. Nũc ad sensum. Stato. i. præstoſis & paratus ad prætoria. i. ad auxiliũ prætoris siue bella gerat. siue rem publi. regat. siue ius dicat. Nã eius dicũ di prætori quoq; sũma ptãs erat. Nostra tẽpestate prætoriũ & tribunal accipiunt / ꝓ sede iudiciali. Stato ergo ad prætoriũ. uel ut illic iura discas. uel iudici astes & adsis hoc est adiumẽto sis. Proprie dicit stato ad prætorium / qa iudices ꝓ tribunali sedẽt. Ad eos uero qui ius exigunt aut causas dicunt stare spectat. i. erectũ esse. Consultus esto. Vidimus alibi quid consultus. Seruius

Ad Prætorium
Prætores
Prætoria porta
Prætoria cohors
Stare

dicit. Consultor est qui consulit. i. consiliū petit. Horatius. Sub galli cātu cō sultor ubi hostia pulsat. Consultus est qui consilium dat. Vnde iuris uel iure consulti dicūtur qui de iure cōsulunt. i. cōsiliū dant. Cōsultū aūt inquit Seruius est res quæ cōsulit' & quā cōsultus dat. Cæterū ut alio loco diximus. Cōsultus is primū dicit' qui ab alio cōsulit'. Sed quia nō cōsulimus nisi uiros probatos & disertos eosq; qui nobis bene cōsulere possent. ideo cōsultus p̄ perito & dante consiliū accipit'. & consulto quid agere dicimur: quotiens matura & cū consilio id efficimus. Esto ergo cōsultus. i. sis disertus & peritus & talis qui a multis in dubiis rebus cōsularis. i. cōsiliū rogeris. Trocho. Quando quidē interdū fastidit oīa sensus humanus usqueadeo ut mobilis animus rigiditatē continuā tolerare nō posset. periti præceptores recreandi animi uīcissitudinē concedūt. Quia tamē quædā ludendi genera eiusmodi sint ut lusorē penitus illaqueant capiantq; : aut infamē dimittāt: bene docet poeta nostrū in quo ludendi genere iuuentus exerceat' dicens. Trocho lude. Aleas fuge. Valerius maximus in capite de Ocio de hac re pulchre loquit' quocirca licet longior sim. Totū eius capitulū huc iferam. Inquit igitur sic. Ociū quod industriæ & studio maxime cōtrariū uidet' præcipue subnecti debet: nō quo euanescit uirtus: sed quo recreat'. Alterū enī etiam inertibus uitandum. Alterū strēnuis quoq; interdum appetendū est: illis ne propriam uitā inertē exigant. his ut tempestiua laboris intermissione ad laborandū fiant uegetiores Par uero amicitiæ clarissimū: Scipio & Lælius tum amoris uinculorū tū etiā omnium uirtutum inter se iunctum societate: ut actuosæ uitæ iter æquali gradu exequebant'. ita animi quoq; remissioni cōmuniter acquiescebant. Constat nāq; eos Caietæ & Laurenti uagas littoribus chonculas & chalculos lectitasse: Idq; se Pub. Crassus ex socero suo Qū. Scæuola qui gener Lælii fuit audisse sæpenumero prædicauit. Scæuola aūt quietæ remissionis certissimus testis optime pila lusisse tradit'. quia uidelicet ad hoc Diuerticulū animū suū forensibus ministeriis fatigatū trāsferre solebat. Alueo quoq; & calculis uacasse interdum dicit': cum bene acdiu iura ciuium & cærimonias deorum ordinasset. ut enim in rebus seriis Scæuolam: ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat. Quoniam rerū natura cōtinui laboris patientem esse non finit. Idq; uidit cui nulla pars sapientiæ obscura fuit Socrates. Ideoq; non erubuit tunc cum interposita arūdine. cruribus suis cū paruulis filiolis ludens ab Alcibiade risus est. Homerus quoq; ingenii cælestis uates nō aliud sensit: uehementissimis achillis manibus canoras fides aptando: ut earū militare robur leni pacis studio relaxaret. Hæc ille. Horatius quoq; in sermonibus ostendit Scipionē & Læliū cū Lucilio lusitasse his uerbis. Quin ubi se a uulgo & scæna in secreta remorāt Virtus scipiadæ & mitis sapiētia Læli. Nugari cū illo & discincti ludere donec Decoqueret' holus soliti. Idē Horatius ostēdit in de arte poetica. Iuuentutē Romanā. Trocho ludere consuesse dicens. Ludere q̄ nescit cāpestrib⁹ abstinet aruis Indoctusq; pilæ discive trochive q̄scit. Vbi Acrō Trochi inqt. i. q̄ternarii. Nā trochos græci q̄ternarios uocāt. Aut trochi. i. rotæ quā currēdo pueri scutica regūt &c. Sane troch⁹ dicit' qa circūagit' in girū & circūnotat'. Nos aūt accipim⁹ p̄ ligno minusculo ex buxo p̄cipue qd pueri maxio studio ipellūt. De quo etiā Virgi. vii. Aenei. periphrasticos mihi loq

Cōsultor
Cōsultus
Cōsultū
Trochus

uidet ubi ait. Ceu quondã torto uolitãs sub uerbere turbo Quem pueri magno in gyro uacua atria circum Intenti ludo exercent: ille actus habena Curuatis fertur spaciis: stupet inscia turba Impubesq; manus: mirata uolubile buxũ Dant animos plagæ &c. Dicẽdo ergo Trocho lude. inuitat ad oẽm exercitationẽ in qua animi tẽperata relaxatio: & grata requies. Non auaritiæ fames: nõ rerũ & noĩs perditio. Nõ furor & seditio cõspicit: de qua Flaccus in epist. Ludus enĩ genuit trepidũ certamen & irã Ira truces animos & funebre bellũ Lude ergo trocho. i. tali instrumẽto recreatiõis gratia. Neq; dices cũ throco ut alibi admonuimus. Aleas fuge. de ludo alearũ etiã dictũ est. Per eũ autẽ intelligit oĩs qui solo casu & euentu cõsistit. ubi neq; animi iduſtria neq; corporis uires sine fraude locũ habẽt. Qui etiã ludus late a nr̃is dãnatur. Fuge ergo. i. uita aleas. i. ludũ alearũ. Iracundiã tẽpera. hoc præceptũ habuimus in primo ubi de ira dictũ est. Dicit ergo: diserte iracũdiã tempera. Quia non potest fieri ut oĩno non irascat uir strẽnuus. Vñ Flaccus in sermonibus. Denique quatinus excidi penitus uitiũ iræ Cætera item nequeunt stultis hærentia &c. Neq; uero deceret ĩmunem eẽ ab ira tẽperata. Nã qui penitus nõ irascit: uir nõ est. seduel abiecti & inertis animi: aut meticulosus. Qui uero nimiũ iracit furore corripit. Vñ in epistolis Horatii. Ira furor breuis ẽ animũ rege. Et iterum. Qui nõ moderabit iræ Infectũ uolet esse dolor quod fuaserit & mẽs &c Et Prouerbio. xxvii. Ira nõ habet misericordiã: nec erũpens furor: & impetũ cõcitati spiritus ferre qs poterit. Tẽpera ergo iracũdiã. i. temperate irascere. Irascere inquã peccatis. irascere blasphemiæ: hæresi & eiusmodi quibus malũ ẽ ignoscere. Nõ irascere homini ut charitatẽ perdas. hoc est quod diuinus uates dicit Irascimini & nolite peccare. Nil arbitrio uirium feceris. sanctissima & maximi emolumenti sentẽtia. qui enĩ uiribus cõfidit sæpe corruit. Vñ scriptũ est: Maledictus qui confidit in multitudine uiriũ suarũ. Et iterũ alibi. Non saluabitur rex per multã fortitudinẽ: neq; gygas saluabitur in multitudine uirtutis suæ. Virgi. multis in locis ostẽdit cõfidẽtiam uiriũ plurimum nocuisse. ut Nono Aenei. Quia Bitias & Pandarus immania illa corpora uiribꝰ confidẽtes portas hosti aperuerunt. ipi & alii troianorũ q̃plurimi occisi sunt. Et nisi turnus tantũ uiribus cõfisus cæde efferbuisset & immemor irrupisset: supremam nimirum belli diem uictor uidisset. Plus itaq; consilio maturo q̃ uiribus concedendum est. Hinc illa Terentiana sententia per gloriosum prolata. Omnia prius experiri q̃ armis sapientem decet: qui scis an quæ iubeam fine ui faciat &c. Nil ergo feceris arbitrio: id est ad arbitrium & iudicium uirium tuarum: hoc est non animaduertes primum quantum uirium sed quantum æquitatis in causa habueris. Nã qui inique propter uires suas agit: Siue uincat: siue uincatur male perit. Nihil est enim infœlicius q̃ in malis habere fœlicitatem. siqua est fœlicitas censenda. non quidem pro re sed pro animo agentis. Neminem irriseris. Irrisio enim ex superbia & fastu plerumq; nascitur: quod maximũ contra charitatem uenenũ. durum est irrisionem patí. Vnde Iuuenalis. Nil habet infœlix paupertas durius ĩ se q̃ q̃ ridiculos homines facit. Hinc & Prouerbio. xiiii. Qui calumniatur egenti exprobrat factori eius Neminem ergo irriseris. Patere legem quam ipse tuleris. Lex hæc romanorum priscorum pectoribus late inscripta fuit. Nam Romulus (ut aiunt) in

fratrem. Torquatus in filium animaduertit. Magnum autem ſubditis præ/
bueris documentum obſeruandæ legis ſi te eius obſeruãtem uiderint. Quo/
circa ſaluator noſter. Non ueni inquit ſoluere legem ſed adimplere. Bene/ Lex, bñficio/
ficii accepti memor eſto. Quia nõ eſt maiori irreuerentia q̃ accepti beneficii rum
ingratitudo. De lege autẽ beneficiorum ſic Cicerõ loquitur. Debemus inqt
imitari agros fertiles qui multo plus afferunt q̃ acceperunt: Etenim ſi in eos
quos ſperamus nobis profuturos non dubitamus officia conferre quales in
eos eſſe debemus qui iam profuerunt? Nã cum duo genera liberalitatis ſint:
Vnum dandi beneficium. Alterum reddendi: demus nec ne in noſtra pote/
ſtate eſt: Non reddere bono uiro nõ licet. Si modo id facere poſſit ſine iniu/
ria. Acceptorũ autẽ beneficiorũ ſunt delectus habendi. Nec dubiũ quin ma/
xime cuiq; plurimum debeatur. In quo tamen in primis: quo quiſq; animo:
ſtudio: beniuolentia fecerit põderandum ẽ. Multi enim faciũt multa/teme/
ritate quadam ſine iudicio uel modo in omnes/uel repentino quodam qua
ſi uento. Impetu animi incitatiq; beneficia æque magna non ſunt habenda/
atq; ea quæ iudicio cõſiderate conſtanterq; delata ſunt: ſed in collocando be
neficio: & in referenda gratia: ſi cætera paria ſint/hoc maxime officii eſt: ut
quiſq; maxime opis indigeat/ita ei potiſſimum opitulari. Quod contra fit a
pleriſq;. A quo enim plurimum ſperant: etiam ſi ille iis non eget: tñ ei potiſſi
mũ inſeruiũt. Hæc Cicero. Seneca aũt qui ſeptẽ libros de bñficiis conſcripſit
in manibus omniũ uerſatur. Longum eſt omnia eius præcepta recolligere.
Vnũ repetã in quo qd̃ hic præcipit̃ ſic exequit̃. Cogita tecũ an quibuſcũq;
debuiſti gr̃am retuleris: an nullũ unq̃ apud te perierit officiũ: an te bñficio/
memoria comitet̃. Videbis quæ puero data añ adoleſcẽtiã elapſa: quæ in iu/
uenẽ collata ſunt/nõ pduraſſe in ſenectutẽ. Quædam perdidimus: quædã p/
iecimus: quædã e conſpectu noſtro paulatim exierunt. A quibuſdam oculos
auertimus: ut excuſem tibi ĩbecillitatem tuam. In primis fragilis eſt memo
ria: & rerum turbæ non ſufficit. Neceſſe eſt quantum recipit emittat. & anti/
quiſſima recentiſſimis obruat. Sic factum eſt ut minima apud te nutricis eẽt
auctoritas: quia beneficium eius longius ætas ſequens poſuit. Sic factum eſt
ut præceptoris tibi non eſſet ulla ueneratio. Sic euenit ut circa conſularia oc/
cupato comitia/aut ſacerdotiorum candidato: quæſturæ ſuffragatorum exci
deret. Fortaſſe uitiũ de quo q̃reris ſi te diligenter excuſſeris in ſinu inuenies.
Hæc ille. Affectate autẽ poeta dicit memor eſto. tum q; non ſemper referre
poſſumus. at habere tamen debemus: tum q; quo aĩo/quaq; affectione datũ
ſit meminiſſe debemus. Eſt aũt ꝓprium huic rei uocabulum. nõ ero beneficii
immemor ꝙ eo quod eſt ingratus non ero. Virgilius in quarto. Ego te quæ
plurima fando Enumerare uales nunq̃ regina negabo Promeritam: nec me
meminiſſe pigebit eliſſæ. dum memor ipe mei dum ſpiritus hos reget artus.
Et in nono. Aſcanius meriti tanti non immemor unq̃. Et in quarto iterum.
Et bene apud memores ueteris ſtat gratia facti. Eſto ergo memor benefi/
cii accepti. ut ubi primum poſſis referas. pro magnitudine beniuolentiæ
dantis. Beneficium (enim inquit Seneca) eſt beniuola actio tribuens gau/ Beneficiũ
dium capienſque tribuendo in illud quod facit prona & ſponte ſua para/
ta, Itaque non quod fiat aut detur refert: ſed qua mente. Sic Seneca.

Pauca in cõuiuio loquere. Ad urbanos mores hoc pertinet: multũq; utilitatis affert. tũ q̃ linguosi & futiles nõ iudicamur. tũ q̃ secreta nõ reuelamus. tũ q̃ aliis cõuiuis morem gerimus. de qua apud Sulpitiũ large uidimus. ibi nec penitus mutũ. Neminẽ iudica. p̃ tua scilicet libidine sed p̃ iustitiæ officio si iudex cõstitut⁹ fueris. quo pacto: nõ tu sed culpa reũ diiudicat. Vt enĩ inquit Seneca. Illo se nocens dãnat quo peccat die. Vt uero neminẽ iudicemus admonet saluator noster. Nolite iudicare & nõ iudicabimini. Existimationem retine. Hoc de aliis rebus dicit. Aestimando autem sæpe animi insipientia p̃spicitur. Aestima ergo tecũ ualorẽ rei. sed ne existimes. i. iudices. Rerũ enim existimatores odiosi sunt: ut q̃ de quauis re quanti ualeat nullo rogitante indicant. Quocirca inquit Existimationẽ retine. Sũt qui hoc uerbũ ad mores referant. Sunt q̃ ad famã ut sit fac ut æstimationẽ bonã quã de te homines habent retineas: hoc est curam habe de nomine bono. Plurima autẽ exẽplaria neq; æstimationẽ neq; existimationẽ hñt. Omissũ enĩ in multis est. neq; certo scio an poetæ sit uerbũ. Alienũ noli cõcupiscere: hoc ẽ neq; coniugem neq; aliud quoduis alienũ. Atq; ita duo includãtur diuinæ legis præcepta de quibus habet sic Deutero. quinto. Nõ concupisces uxorẽ p̃ximi tui: non domũ: nõ agrũ: non seruũ: nõ ancillã: nõ bouem: nõ asinũ: & uniuersa quæ illi⁹ sunt. Vt aũt non cõcupiscas uxorem: sic præcipit saluator noster Matheiqto. Audistis quia dictũ est antiqs: nõ mœchaberis. Ego aũt dico uobis qa oĩs qui uiderit mulierẽ ad cõcupiscẽdam eã iam mœchatus est eã in corde suo. Sanctũ est præceptũ Alienũ noli cõcupiscere. facitq; plurimũ ad priuatã & publicam salutẽ. Ad priuatã. quia qui nõ concupiscit alienũ & sua sorte cõtẽtus uiuit. beatissimus nimirũ est. Cum nõ re carentia: sed animi concupiscentia: hominẽ miserũ faciat. Ad publicã aũt. Quia si sua quisq; sorte cõtentus esset: neq; alienũ detineret aut inuaderet. Neq; bella neq; rapinas quot nũc uidemus. Ordo est. Noli concupiscere. i. desiderare alienũ. i. rẽ alienã. Irasci ab re noli. præceptũ hoc ab illo Iracũdiam tẽpera. hoc uidet differre q̃ illud irato modũ ponit. hoc uetet ne irascaris. Et ut ibi dixi. Ira a toto genere peccatũ nõ est. quia cõtingit etiam irasci iuste. Ideo dicit irasci ab re noli. A bre. i. sine causa. Scimus præpositionẽ abl r & i consonanti suauiter præponi. ut ab re ab rege/ab lege: ab ioue. Abs autem t & q ut abs te. abs quouis. abs quoli bet &c. Noli igit irasci ab re. i. sine legitima causa. Nil mẽtiri uelis. Nihil ẽ uiro graui indignius q̃ mentiri: hoc enĩ pacto efficit ut dũ uera dicat sibi non crẽdat. Præterea Qui mentit cuiuslibet potestatis ueritatẽ detestat/ & iram dei sup se uocat/ quia plus timet hominẽ q̃ deũ. Ecclesiastici. xix dicit. Potior est fur q̃ assiduitas uiri mendacis. Et sapiẽtiæ primo. Os quod mentitur occidit animã. Iusiurandũ serua. docuit ne simplici quidem uerbo fallere. Nũc sacramẽtũ iurisiurãdi præcipue inuiolatũ oportere docet. Vnde Dauid. Quis ascendet in montẽ domini aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde qui non accepit ín uanum animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Tanta autem apud priscos erat iurisiurandi ueneratio: ut ne hostes quidem fallere liceret. Vnde Cicero libro primo de offi. ostendit fidem etiam hostibus seruandam esse: his uerbis. Atq; etiam siquid singuli temporibus adducti hosti promiserint est in eo ipso fides conseruanda/ ut

primo punico bello Regulus captus a pœnis: de captiuis commutandis Romam missus est: iurasset q̃ se rediturum: primum ut uenit captiuos reddẽdos in senatu non censuit. Deinde cum retineretur a propinquis & ab amicis: ad suppliciũ redire maluit: q̃ fidem hosti datam fallere &c. De sanctitate autẽ & parcitate sacramenti quod in iureiurando esse debet habetur sic Ecclesiastici xxiii. Iurationi nõ assuescat os tuum: multi enĩ casus in illa. Nominatio uero dei: nõ sit assidua in ore tuo/& nolibus sanctorum non admiscearis: quoniam nõ eris ĩmunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue: a liuore nõ minuitur: sic oĩs iurans & nominans in toto a peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate/& nõ discedet a domo illius plaga. Et si fraudauerit fratrem delictũ illius super ipsum erit. & si dissimulauerit delinquit dupliciter/& si inuacuũ iurauerit nõ iustificabitur. Item Matthei quinto. Saluator noster. Iterũ audistis quia dictum est antiquis Nõ periurabis. Reddes aũt domino iuramenta tua. Ego aũt dico uobis non iurare omnino. Neq; p cælum quia thronus dei est. Neq; p terram quia scabellũ est pedũ eius. Neq; per hierosolymã quia ciuitas ẽ magni regis. Neq; per caput tuũ iuraueris: quia nõ potes unũ capillũ albũ facere aut nigrum. Sit autem sermo uester: est est: non non &c. Quia ergo iurandũ non est nisi forte quis iure astrictus fuerit ut iuret. Ideo non dixit seruare iuramẽtũ: sed iusiurãdũ: hoc est q̃d iureiurãdo faciundũ recepisti facito: si fieri potest. Neq; uero iusiurandũ ad ea quæ contra religionẽ aut uirtutẽ sunt obligat. Propria tamen cõmoditas etiam pro uitæ saluatione te iureiurãdo non liberat. Carior enĩ debet esse anima ipsa rationalis q̃ animalis seu uitalis. Virtute tua utere. Prouocat ad uitã actiuã. omnis enĩ uirtus in actione consistit ut inquit Cicero. Si ergo sapiens fueris utere sapientia tua/& doce ignaros: consule patriæ: & amicis tuis. Nam ut inquit Salomon. Sapiẽtia occulta & tesaurus abscõditus inutiles sunt. Si artifex bonus fueris utere & arte tua ne ignauus sis. Ad operationẽ enĩ gignimur: & ad laborẽ nascimur. Miserũ noli irridere: supra dictum est Neminẽ irriseris: nũc specialiter. Miserum noli irridere dicit. Amarior enim multo est irrisio miseri q̃ beati & diuitis. Nã miseris debetur miseratio & misericordia. Iterũ si miserum irriseris penitus ferocẽ & crudelem te ostendis. illũq; ad desperationem inuitas. Eteni ut dictũ est Prouerbio. xiiii. Qui calũniatur egenti exprobrat factori eius &c. Qui uero diuitẽ irridet: inuidũ se ostendit & sibi nõ illi officit sæpe. Nãdum superbi irridẽtur ad humilitatẽ inuitãtur. Parẽtes patiẽter uince. modestissimũ præceptũ/ quod utinam ab eis obseruet: qui cũ truculẽtia parẽtum iussa subeunt: cũ supbia cõtemnunt. aut cũ proteruia & murmuratione furorẽ augent. Si eteni parẽtes in te irati sunt etiã indigne. uince tamen eos patiẽter: & molliter respõdẽdo: quia ut habet Prouer. xv. Respõsio mollis frangit iram. sermo durus suscitat furorem. Seneca aũt egregiũ hoc uerbũ habet Ames parẽtẽ si æquus est: si aliter feras. p quod distinguunt hæc duo præcepta. Parẽtes ama. & parẽtes patiẽter uince. Saluta libenter: hoc ad comitatẽ & affabilitatẽ spectat. multũ hoĩes inter se cõciliat. Quod aũt a salutore nr̃o dicit: Neminẽ salutaueritis in uia. Interpretant sic neminẽ saluũ dixeritis priusq̃ ad portũ salutis puenit hoc ẽ ad regnũ cælorũ. Quia dicit Ecclesiastes. ix. Sũt iusti atq; sapiẽtes & opa eorũ in manu dei. Et tñ nescit hõ utrum

amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruãtur incerta &c. Præterea saluator noster dicit Matth. vii. Multi dicẽt mihi in illa die: domine dñe nonne in noie tuo ꝓphetauimus: & in noie tuo demonia eiecimus: & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & tũc cõfitebor illis: qa nunq̃ noui uos &c Neminẽ ergo saluũ dixeris in uia quod & poetæ prædicãt qui añ obitũ neminẽ beatũ censent existimandũ. Cæterũ christus ipse libẽter salutauit: dicẽdo Pax uobis. præcepitq; Matth. x. Intrantes aũt in domũ salutate eã dicentes.

Verecũdia

Pax huic domui &c. Verecũdiã serua. hoc mandato nescio quid aptius iuuẽtuti præcipiat. Nihil enĩ uenerabilius ĩ adolescẽtia q̃ uerecũdia & pudor. Vñ Comicus cõmẽdatos putat quos dicit in loco uereri. Et alibi. Erubuit inquit saluare res est: Flaccus quoq; ꝓpter uerecũdiã se mecænati gratũ fuisse testatur. Vt ueni corã singultim pauca locutus Infãs nãq; pudor ꝓhibebat plura ꝓfari.

Quantũ aũt ex Valerii ubi de uerecũdia loquit exẽplis uidere licet. Verecũdia ea est/ qua qs ueritus maioribus iniuriã facere: suos se intra limites cõtinet. neq; audet etiã ad oblatos honores/ altius q̃ dignitati suæ cõueniat ascendere. Quãtũ aũt in ea re utilitatis sit. Idẽ Valerius oñdit postq̃ de pauptate sic locutus est. Per Romuli casam: pq; ueteris capitolii humilia tecta: & æternos uestæ focos: fictilibus etiã nũc uasis cõtentus: iuro nullas diuitias pauptati ta/liũ uiroꝝ posse præferri. E qua tẽpestiuus ad uerecundiã transitus uidet. hæc enĩ iustissimis uiris præcepit ut priuatas facultates negligerẽt: publicas q̃ amplissimas eẽ cuperent. Digna cui pinde ac cælesti numini templa extruantur araq; cõsecrent: quia parens est oĩs honesti cõsilii: tutela solẽniũ officiorum magistra innocẽtiæ: chara ꝓximis: accepta alienis: oĩ loco/ oĩ tẽpore fauorabilem præ se ferens uultũ. Hæc ille. Est præterea/ ut ex eodẽ colligere licet. uerecundia/ qua qs ueret ne quid turpe sibi accedat: neue quid citra decorũ aut ultra dignitatẽ faciat: Nam. C. Iulius Cæsar tribus &. xx. uulneribus quin uerecũdiæ inquit obsequeret abterreri nõ potuit. siquidẽ utraq; togam manu demisit/ ut inferior pars corporis tecta collaberetur. Decet ergo ut uerecundiã seruet: hoc est ne præter honestatẽ dignioribꝰ præferri coneris. neue maiora q̃ tibi conueniãt appetes. neu inhonestũ aut pudendũ quid cõmittas ubi erubescendũ tibi præ pudore esset. si modo igniculus pudoris in te fuerit Cicero de uerecũdia sic. Custos uero uirtutũ omniũ dedecus fugiẽs laudisq;

Iustitia

maxime cõsequens uerecũdia est &c. maxime aũt mulieri & iunioribus conuenit. Illud stude agere qđ iustũ ẽ. postq̃ uaria q̃ ad honestatẽ: ad mores urbãos: & ad uirtutẽ respectãt ꝑcepit. nũc q̃si uno fasciculo oĩa cõplecti uelit: ad iustitiã iuuat: sine q̃ nemo bonꝰ eẽ poterit. De hac dicit saluator nr̃. Bti q esuriũt & sitiũt iustitiã: qm̃ ipsi saturabunt. Iustitia ergo uult cũ q̃dã siti atq; auiditate exerceri: quocirca recte dicit poeta. Illud stude agere &c. Studere enĩ est cũ studio diligẽtiq; molimine alicuiq; rei uacare. Si oĩs locos qbus ut iusti sci mus ꝑcipit adducẽdos mihi sumerẽ. priꝰ uitã etiã lõgissimã q̃ laborẽ cõponerẽ. nihil enĩ diuina: nihil hũana iura aliud clamitãt q̃ ut iusti sim⁹: hoc ẽ uniq; qđ suũ est tribuam⁹. Iõq; Cicero. Meminerim⁹ inqt & aduersus ĩfimos iusticiã eẽ seruãdã. In ipsa aũt ut priꝰ (dixit) Institui: uirtutis splendor ẽ maximus ex q̃ boni uiri noiant &c. Solet aũt dici. Iustitia ĩ se uirtutes cõtinet oĩs Eurypides dicit. Iustitia os aureũ hẽt: neq; hesperꝰ neq; lucifer adeo mirabilis est. Iustitia (ut apud iuriscõsultos habet) est cõstãs & ꝑpetua uolũtas ius suũ

cuiq; tribuēs. Iuris prudētia ē diuinarū humanarūq; rerū notitia iusti et iniusti
sciētia. Iustitia igit ē uirt⁹. Ius ē ipsi⁹ uirtutis executiuū. Iuris p̄cepta sunt hæc:
Honeste uiuere: Alterū nō ledere. Ius suū unicuiq; tribuere: quoꝝ primū re/
spicit suā cuiusq; p̄sonā: Nā nisi hōeste uiuas ī te nimirū peccas etiā si aliū nō
ledas. de hac parte iustitiæ dī: Letamini ī dño & exultate iusti: & glo. oēs re.
corde. De hac etiā dī. Iustus in ꝑpetuū uiuet &c. Ṣcdm p̄ceptū alios respicit
Nā uirt⁹ iustitiæ ꝓprie ad alios refert. De hac pte Cicero. Sed iustitiæ primū
mun⁹ ē/ut ne cui qs noceat: nisi lacessit⁹ iniuria. Dicit nisi lacessitus iniuria. qa
scdm iura licet uim ui repellere. Mā suetissim⁹ tñ salutis nr̄æ autor uult ut ꝓ
malo nō repēdam⁹ malū: sed uel inimicos diligam⁹. Tertiū aūt p̄ceptū iuris
executionē iuris aspicit. Nā p iustitiā tribuim⁹ unicuiq; qđ suū ē. De hac dicit
Eccl̄esi. iiii. Libera eū q iniuriā patit de manu supbi. Itē Vsq; ad mortē certa ꝓ Seneca de iu
iustitia. Seneca. Quid ē inqt iustitia: nisi naturæ tacita cōuētio ī adiutorium sticia
multoꝝ iuēta. Et qd ē iustitia nisi nr̄i aī cōstitutio. Sed ē diuina lex & uinculū
societatis hūanæ. In hac nō est q; æstimemus qd expediat. Expedit tibi qcqd
illa dict auerit. Quisq; ergo hāc sectari desideras: deū time pri⁹ & ama/ & ama/
beris a deo. Amab aūt deū si ī hoc illū imitaberis: ut uelis oīb⁹ ꝓdesse & nulli
nocere. & tūc te iustū uirū appellabūt: oēs sequent uenerebunt & diligēt. Iu
stus enī ut sis nō solū nō noceb: sed etiā nocētes ꝓhibeb. Nā nil nocere: nō ē
iustitia: sed abstinētia alieni. Abhis ergo īcipe ut nō auferas & ad maiora ꝓue
haris: & aliis ablata restituas: Raptores quoq; ipos ne aliis timēdi sint castiga
& cohibe &c. Libēter ferto amorē. Vltimū hoc p̄ceptū oīum facile pulcher
rimū ē. Nā ī dilectōe dei tui & ꝓxī. tota lex pēdet & ꝓphetæ. Neq; alutis nr̄æ
autor q nr̄i amore sæuissimū mortis genus sbiuit. aliud mercedis (si mō mer
cedē appellare liceat. ubi dās plus q̄ accipiēs lætificat) a nob exigit q̄ ut pio a
more obseruet. Ferto ergo libēt amorē. S3 ut sēsū ꝓpi⁹ aspiciam⁹: Ferre mul/
ta significat/alias pati: ut apud Senecā. Leue ē miserias ferre. pferre āt graue. Ferre
Ferre ē dicere & denūciare: ut ænei. i. Ascanio ferat hæc. &. iiii. Fertq; refertq;
soror. Ferre ē flare: ut. iii. ænei. fieret uēto mora ne qua ferēti. qa uēt⁹ scds q̄si
fert. i. portat nauē. Ferre ergo ē portare: ut cornua alta ferētes. de ceruis dicit
ænei. i. Ferre (īqt Marcel.) ē ostētare ut Vir. ī. x. Captiuo ut se ferret ī auro ue
natrix. Ferre cōsuetudīe portare dicimus Vir. li. v. Vix illā fāuli phegeus saba
risq; ferebāt. Ferre hīe. Vir. li. v. In magno mūere cyse⁹ ferre sui dederat mo
numētū & pign⁹ amoris. Ferre pati Vir. ænei. li. ii. Miserere aī nō digna ferē/
tis. &. v. supanda oīs fortūa ferēdo ē. Terē. ī heau. Nā quē ferret si parētē suū
ñ ferret. Ferre cōserere Vir. ī. v. Quibꝰ acer eryx ī plia suet⁹ Ferre manū. Ferre
disturbare Vir. ænei. li. i. Quippe ferāt rapidi secū uerrātq; p̄ auras. Et li. ii. Alii
rapiūt īcēsa feītq; pgama. Ferre dicē noīare ænei. ii. Et scel⁹ expēdisse merētē
laocoōta ferūt. & li. iii. Quæ nūc sāmothracia ferē. Ferre dare exhibē Vir. li.
iii. Sacradionæ mī i diuisq; ferebā. Ferre efferre. Vir. li. xi. Legati rñsa ferant.
Ferre ē dirigere & ducere. Vir. ī. vi. Hic uia tartarei q̄ fert acherōtis ad undā.
Luca. li. xxx. Et sola ex multis nūc nr̄a poemata ferri. Itē amor scdm Seruiū Amor
hōest⁹ & pi⁹ ē. S3 amores ī pluratiuo uoluptuosi sūt & libidīs pleni. Hic āt sine
dubio de pio & casto amore loq̄t autor. Incertū tñ ē an de amore quo ames.
an de amore quo tu ameris ab aliis loq̄t. Vtroq; enī mō itelligi p̄t. Altero sic

ferto. i. gere & habe libenter amorē. i. ama lubēti aīo: qa nihil pulchrius aut ſanctius eſt q̄ pie & ſancte amare. Altero uero in ſignificatione patiendi ſic. ferto. i. patere libēter amorem ſupple tui: hoc eſt permitte te amari. & oſten de te amicū amanti. Nihil enī utilius eſt q̄ amari. Vnde Cicero in offi. Rerū aūt omniū nec aptius eſt quicquā ad opes tuendas ac tenendas q̄ diligi. Nec alienius q̄ timeri. Præclare Ennius. Quem metuunt oderunt: quē quiſq; odit periiſſe expetit &c. Ferto ergo amorem. i. facito ut & ames bonos & ameris ab illis. Et hæc ſatis diffuſe de præceptis proſaice cōſcriptis. Nūc ad carmina quæ fere diſticha ſunt/quia ſecūdo quoq; uerſu claudit ſentētia/accedamus.

I deus eſt animus nobis ut carmina dicunt.
Hic tibi præcipue ſit pura mente colendus.

I deus eſt animus &c. Horū uerſuū tot ſenſa in cōmentariis inuenies ut ne unū quidem ſatis explicatū dixeris: quocirca bifariā expoſuiſſe ſatis duxero. Altero modo ſic. Si animus noſter eſt nobis deus/ut carmina dicunt. hoc eſt ſi animus noſter eſt diuinæ particula auræ uel reuera deus. i. plane diuinus. hic ſcilicet animus eſt tibi colendus. i. exornandus: pura mente. Quæres quæ carmina dicant animū noſtrū eſſe deū? ſane multa dicunt eū eſſe diuinū. Horatius dicit diuinæ particulā auræ. Iuuenalis. Senſum a cæleſti demiſſum traximus arce. Virgilius. Igneus ē ollis uigor & cæleſtis origo Seminibus. Idē in nono dicit mentem humanā eſſe deum his uerbis. Niſus ait. dii ne hunc ardorē mētibus addunt Euriale an ſua cuiq; deus ſit dira cupido. Quæ uerba ut ab omnibus intelligantur ſic a Seruio interpretata ſunt. Apud Plotinū philoſophū & alios quæritur. utrū mentis noſtræ acies p ſe ad cupiditates & cōſilia moueat: an impulſu alicuius numinis. & primo dixerunt mentes humanas moueri ſua ſponte. depræhenderūt tamē ad omnia honeſta impelli nos genio/& numine quodā familiari: quod nobis naſcentibus datur: praua uero noſtra mente nos capere & deſiderare. Nec enī poteſt fieri: ut praua numinū uolūtate cupiamus: quibus nihil malum cōſtat placere. Vnde nunc hic ortus eſt ſenſus. Hoc enī dicit Niſus. o Euryale. Dii noſtris mentibus cupiditates iniiciunt & deſideria/an ſit deus ipſa mentis cupiditas. Hæc Seruius. Dubitauit ergo niſus an ipſa cupido mentis eſſet deus. Viſū enī eſt multis animas noſtras ita eſſe inſtructas ſuis uiribus ut duas extremas operari nō ſentiamus. Erga quemadmodum uegetatiua/quæ omnium humillima eſt non ſentitur a nobis cum operatur. Nam neq; ſentimus corpus creſcere: neq; decoctionē in ſtomacho epateue fieri: neq; uenas pulſare & alia multa. ita intelligentia quæ ſuprema eſt: & ſupra intellectum poſita deo pœne cōiungitur nobis non aduertentibus agit. Et hæc quidem nobis ut Platonici aiunt pro deo eſt. Hec per Lādinum. Creditum ergo eſt animum noſtrum eſſe deum. & ſi non deum: diuinum tamen aut reuera ad dei imaginem proꝺuctum. Si ergo: id eſt quia deus eſt animus: id eſt plane diuinus incorruptibilis infatigabilis mouens per ſe & agens ſæpe per ſe nobis neſcientibus. hic erit præcipue tibi colendus: id eſt exornandus multis uirtutibus. Quæres

nō oīno ad fidē nostrā accædit: nā deū unū credimus æternū sine principio & sine fine. Animos uero nostros scimus a deo creatos: neq; pōt creatū & p/ ductū ueræ diuinitatis appellationē habere. Neq; tū oīno abscedit a nī a fide si pie interpretemur. Nā apud Autores etiā idoneos sæpe substātiua p adie/ ctiuis ponūt. ut scelus p scelerato. sapientia pro sapiēte. Itaq; posset poni de⁹ pro diuino. Vt sit sensus. Si animus est nobis deus. i. diuinus & ad dei imagi/ nē formatus quo solo a beluis præcipue differimus. ut inquit Iuuenalis. Atq; iō uenerabile soli. Sortiti ī geniū dīnorūq; capaces: atq; exercēdis capiēdisq; artib⁹ apti. Sensum a cælesti demissum traximus arce. Cuius egent prona & terrā spectantia: mūdi principio indulsit cōis cōditor illis. Tantū animas no bis animum quoq; &c. unde & Salustius in Catilina. Sed nostra omnis uis in animo & corpore sita est. Animi imperio corpis seruitio magis utimur. Alte rū nobis cum diis: alterū cum beluis cōmune est. quo mihi rectius esse uidet' ingenii q̄ uirium opibus gloriā quærere &c. Si ergo inquā animus nobis de⁹ id est plane cælestis est. & per eū a beluis & feris differimus. hic id est animus humani nimirū generis decus/ est colendus. id est exornādus pura. id ē ima/ culata & impolluta mente. Quoniā (ut dicit. Sapientiæ primo) In maliuolā animā nō introibit sapiētia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiri/ tus enim sanctus disciplinæ effugiet fictū & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu. & corripiet' a superueniente iniquitate. Benignus est enī spīritus sapientiæ: & non liberabit maledictū a labiis suis: quoniā renū illius testis est deus & cordis illius scrutator est uerus. & linguæ eius auditor/ & re/ liqua. Patet igitur quādoquidē animus nobis deus. id est diuinus & īmorta/ lis est: & nobis præcipuo decori: si modo uirtute & scientia decoratus fuerit: neq; tamē ornari poterit uera sapiētia donec incultus fuerit. q̄ laborādū no/ bis est ut ipsum pura mēte colamus. Atq; ita hic prior sensus sane bonus est. & sequētibus quadrās: quibus dicetur plus animæ q̄ corpori cōsulendū esse: inquiet enī plus uigila semper. Secūda tamē expositio magis (meo quidē iudicio) ad ipsius Autoris mentē accedet. Vnde possumus secūdo loco dice re sic. Si deus ipse est animus mūdi per quē omniū uita & oritur & cōseruat' eiusq; bonitate effectum est/ ut ad illius effigiē animus noster formatus sit. hic scilicet deus est tibi colendus. id est uenerandus adorandus & cōsecran/ dus pura mente. Ordo ergo est. Si pro quia deus ipse est animus. ut pro sicut Carmina poetarum nobis dicunt. hic deus est colendus tibi. id est debet a te coli pura mente. Quia ut dicit Ouidius: Non bene cælestes impia dextra co/ lit. & diuinus poeta. Sacrificiū deo spiritus contribulatus &c. Vt autem scia/ mus quæ Carmina dicant deum esse animum: & quid per hoc uoluerūt. Ad uertendum ut recitat Seruius philosophos præcipue platonicos depræhen/ disse τὸ πᾶν. id est omne quod est seu totū uniuersum constare ex quattuor elemētis tanq; ex materia & ex spiritu diuino tanq; ex forma. Credebāt enim deum esse diffusum per omnia. Vnde Virgilius in Bucolicis. Ab Ioue princi pium musæ: Iouis omnia plena &c. & quarto Georgicorū. his quidam signis atq; hæc exempla secuti esse apibus partem diuinæ mentis & haustus Aethe/ reos dixere: deum namq; ire per omnes Terrasq; tractusq; maris: cælumq; profundum. hinc pecudes. armenta: uiros: genus omne ferarum. Quēq; sibi

tenuis nascentē accersere uitas &c. Et in sexto Aenei. Principio cælum ac terras campos q liquentes. Lucentemq globum lunæ titaniaq astra Spiritus intus alit totāq infusa per artus. Mens agitat molem & magno se corpore miscet. Inde hominū pecudumq genus. Et Luc. Iuppiter est qnodcunq uides quocūq moueris. Carmina ergo dicunt q deus est animus. id est magna anima mundi infusa per omnis partes eius Nostri quoq dicunt deum per potentiam ubiq esse. Neq agi aut moueri quicq sine eo Et sapiētiæ primo dicitur. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum. Verum ut dicatur deus esse cōmixtus magno corpore. Atq ut animū omnia informare Nō est meū affirmare. Verum quia creditū est deum esse magnū illum animū cuius omnia plena sunt. cuius item beneficio & sumus & conseruamur. ad cuius præterea imaginem spiritus noster procreatus est. Non ab re præcipitur ut sit nobis pura mente colendus. Itaq ut in prosa, sic in carmine auspicium a diuino cultu sumit. Vnde etiā Virgilius in primo Georgi. In primis uenerare deos: atq annua magnæ sacra refer cereri. & paulo post. Nec ante falcem maturis quisq supponat aristis. Quā cereri torta redimitus tempora quercu det motus incompositos. & carmina dicat. Idem nullū responsum adeo imploratū dicit sine sacrificio. Nihilq magnum sine diuini nominis inuocatione auspicatum recitat. Cuius rei sancta antiquitas usq adeo studiosa fuit ut ne orationem quidē ullam nō facta inuocatione exordirētur. Vnde & illud. xi. Aenei. Præfatus diuos solio rex īsit ab alto. Vbi Seruius. More inqt autiquo. Nā maiores nullam orationem nisi inuocatis numinibus inchoabant: sicut sunt omnes orationes Catonis & Gracchi. Nam generale caput in omnibus legimus. Vnde Cicero per irrisionem ait. Si quid ex uetere aliqua oratione: Iouem ego optimū maximū &c. Est autem uetus Pythagoræ platonisq institutio ut nihil magnū sine deo auspice inchoetur. Vnde & ab ecclesia obseruatur: ut ad diuina officia diuinū auxilium imploretur. Quin & legum interpretes uolunt nulla negociorum arduorum instrumenta ualida haberi nisi nomen domini in fronte habuerint. Neq iniuria quidem. Quia si sine deo nihil boni efficere possumus æquum est ut eius subsidiū comprecemur. Bene ergo poeta a dei cultu auspicatur. dicens. Si deus &c. Si particula tunc indicatiuo gaudet: quando nō dubitationē sed causam affert. ut in Bucolicis. Si nescis: meus ille caper fuit. Est ergo hic si: quasi sit. Quandoquidē uel quia deus est animus. Et ita secūdū hunc posteriorē sensum. deus cōstruitur ab anteriori parte: & animus a posteriore. & econtrario secundū priorem. Melior autē est hic posterior sensus: quia quomō animus noster coleretur pura mente? dic ergo q deus qui secundū carmina poetarū est animus mundi, est nobis colendus pura mente. id est mente non polluta peccatis. Quid animus &. quid colere significet inquire per tabulā. Colendus est hic uenerandus.

Plus uigila semper: nec somno deditus esto
Nam diuturna quies uitiis alimenta ministrat.

Docuit auctor quid anteq operemur faciendum sit. ut pote ī nuo candum esse diuinū auxiliū & eius sanctissimū numen uenerandum. Nūc quō ad uir

tutem properabimus docet dicens: Plus uigila &c. Si uis inquit animū exercere/& mauis eius laude esse præditus q̄ corpori deditus. Plus uigila semper nec esto deditus somno. i. ne plusq̄ satis est dormias. Nam quies diuturna. id est lōgior: hoc ē sopor ministrat uitiis alimēta. prouocat enim ad luxuriam/ & ingeniū ut alio loco diximus hebetat. Plus uigila sup. q̄ dormias. uel plus. id est plusculū ut cōparatiuū propositiuo. Non caret exemplo q̄ ad uigilandum adhortat. quia ut dicit homerus in primo Iliados. Turpe est homini cōsiliario/utpote regi totā noctem dormire. Hinc etiam Sillius Italicus Turpe duci totā somno cōsumere noctē. Hanc ob rem Plinius in Traiano somnum breuē laudauit. Ipse quo præter morē sōni parcus fuit. Neq; iniuria quidē. qa homo dormiēs a mortuo hoc dūtaxat differt. q̄ ille expergiscit: aliquando hic perpetuū dormit. Itaq; mortē Virgi. ferreū somnū uocat. & soporē dicit cōsanguineū mortis. In sexto. Et cōsanguine? læti sopor. Plus uigila igit &c.

Virtutem primam esse puta compescere linguam
Proximus ille deo qui scit ratione tacere.

Si uis inquit puer uirtutē assequi. puta. i. persuade tibi. primā. i. præcipuam uirtutē esse cōpescere. i. coercere linguā. Ille enī est ꝓximus deo qui scit tacere rōne. i. cū rōne: ubi. s. oportunū ē tacere. qa nō semp tacēdū est. Aliter enī nequícq̄ deus & natura linguā dedissent de oportunitate captāda dī Eccle. xxxii. Vbi auditus nō est nō effundas sermonē & iportune noli extolli in sapiētia tua. In eodē/de raritate sermonis sic. Audi tacēs & ꝓ reuerētia accedet tibi bona gr̄a Adolescēs loq̄re in tua causa uix cū necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris: habeat caput responsū tuū: In multis esto quasi insciēs & audita cēs simul & quærēs. In medio magnatoꝝ loq nō præsumas: & ubi sunt senes nō multū loq̄ris. itē ꝓuer. xiii. Qui custodit os suū custodit aīam suā. &. x. In multiloquo nō deerit pctū̄. q aūt moderat labia sua prudētissimus &c. Prudētissimus aūt haud dubie ē ꝓximus deo. Proximus uenit a ꝓpe qđ si nomē est dtm̄ regit ut ꝓpe ē dns oībus iuocātibus eū. hīc ꝓpius & ꝓximus cū dtiuo sæpe cōstructa sūt. Sed qñ p̄positio ē actū̄ desiderat gr̄a cuius latine dixeris sū ꝓximus hostē. & ꝓxime muros pugnaui. Salust. ꝓxime hispaniā mauri sūt. Ideo aūt ꝓximus ē deo. qa difficillimū ē bn̄ tacere. Nā si ꝓpriū ē hoī loqui difficillimū a ꝓpria affectiōe abstinere. Nullū aūt iudiciū sapiētiæ præstā'ius q̄ altū silētiū. Vnde ꝓuer. xvii. Stultus quoq; si tacuerit sapiens reputabitur.

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse.
Conueniet nulli qui secum dissidet ipse.

Præcipit cōstātiā & uniformitatē aī. quā El acc? tanti facit/ut miseriorē putet cōstāter peccātē q̄ q cōstideter uiuit ꝓpterea q̄ aliqñ ītermittat peccā dīstudiū sperne. i. respue. fuge. eē cōtrari? tibi. i. īstituto & ꝓposito tuo repugnā do. i. ui uēdo repugnāt. Ipe. n. q dissidet. i. discors ē sibi nulli cōueniet. i. si neq; tecū pacē gerere q̄ cū geras cōtra hoc uitiū mutabilitatis & icōstātiæ apud hor. plu

rima iuēies Valla hos uersus adducit ad ꝓbādū ātiquos sæpe ꝓ ntm̄ elocutos quod licite ꝓ actm̄ dixeris. ut sperne esse contrarius/satis audacter dictū. neq; tm̄ dicēdū est sperne esse cōtrariū: itaq; nō in casu sed in uerbo raritas est. Nihil enī mirū esset si dixeris Noli esse cōtrari⁹ tibi. At in illo Quidiano. me tm̄ excepto qui precor esse tuus. liceret dicere/sed nō tam eleganter inquit/quē præcor esse tuū. Et in illo Lucani. tutūq; putauit Iam bonus esse socer magis grāmatice dixeris Iā socerū esse bonū. Cōueniet nulli. i. cū nullo erit conueniens. id est pari modo & cōcorditer uiuens qui dissidet. id est diuisim sedet & quasi se effugere nititur. hoc est repugnat sibi. ipse emphasim habet quasi dicat si ipse secum nō quadrat: & concordiam tenet: quicum tenebit?

Si uitam inspicias hominum si deniq; mores
Cum culpas alios: nemo sine crimine uiuit

Prohibet auiditatem repræhendēdi. cōdolendū enī & ignoscendū est pariuis uitiis: quia nemo sine crimīe uiuit. Hora. primo sermonū. Quā temere in nosmet legē sancimus iniquā. Nam uitiis nemo sine nascit. Optimus ille est Qui minimis urget: amicus dulcis ut æquū est: Cū/mea compenset uitiis bona. plurib⁹ hisce (Si mō plura mihi bona sūt) inclinet amare si uolet: hac lege ī trutina ponet eadē Qui ne tuberib⁹ ꝓpriis offēdat amicū postulat: ignoscet uerrucis illi⁹: æquū ē Pētis ueniā poscētē reddere rursū. Hāc sniam hem⁹ etiā Matth. vii. Nolite iudicare & nō iudicabimī: nolite cōdēnare & nō cōdēnabimī. In quo enī iudicio iudicaueritis iudicabimī: & ī q̄ mēsura mēsi fueritis remetiet uobis. Quid aūt uides festucā in oculo fratris tui: & trabē in oculo tuo nō uides? Aut quo mō dicis fratri tuo. frater sine eiiciam festucā de oculo tuo/& ecce trabs ē in oculo tuo: hypocrita eiice primū trabē de oculo tuo & tūc uidebis eiicere festucā de oculo fratris tui. Ordo est. Si inspicias. i. scruteris uitā hominū deniq; si inspicias mores hoīum. cū tu culpas alios. nemo uiuit sine crimīe. Alios pōt bifariā accipi. aut enī significat diuersitatem ut sit alios a te. & tūc sensus est. Cū ꝓ qñ tu culpas alios: nemo uiuit sine crimīe nedū tu. hoc ē atq alios culpas cū ne tu qdē sine crimīe uiuas. siqdē nēo sine crimine uiuit. aut significat diuisionē. ut sit ptim: & ē snīa: cū tu culpas alios. i. ꝓtim. hoc ē aliquos. cur nō oēs culpas. eadē lege: aut absoluis simili iudicio cū nēo sine crimīe uiuat: nedū illi sine crimīe ñ uiuūt quos culpas. pcēdū ē ergo mūltitudini aut similis pœna infligēda: qđ uero nēo sine crimīe uiuat. Indicatur ꝓuer. xx. Quis pōt dicere/mūdū ē cor meū pur⁹ sū a pctō. q. d. null⁹. & Eccle. vii. Nō ē enī hō iust⁹ ī terra: q faciat bonū & nō peccet. Sūt aūt tria pctōꝝ genera. Est origīale a quo præter christū. & ut pie credim⁹ ei⁹ genitricē nēo īmunis extitit. Est ueniale a quo iidē duo & alii ꝓ q̄ pauci īpolluti pmāserunt. Hoc uero crimē cū charitate cōuenit. Quia ut dī ꝓuer. xxiiii. Septies enim in die cadet iust⁹ & resurget. impii aūt corruēt in malū &c. si enī charitatē nō haberet quō resurgeret: aut quō iust⁹ diceret? Est tertiū mortale cui æt̄na mors statuta ē: si nō expiet. Et ab hoc oēs puri uiuere pñt. Pauci olim uixerūt. pauciſſimi uereor nūc uiuūt. Quādo aūt dī. Nēo sine crimīe uiuit intelligēdū ē de uitio in mores aut in uirtutē. Nihil enī ex oī parte pfectū ē. præter deum.

Quæ nocitura tenes quãuis sint cara relinque
Vtilitas opibus præponi tempore debet

Si qua inqt res tibi fuerit q uæ perniciẽ tibi & iacturã afferre põt. q̃uis tibi iocũdissima fuerit/amoue eã. qa meliuſ eſt utilitati cõſulere q̃ uoluptati quã ex eius rei poſſeſſione obtines. unde Flaccus in epiſtola. Sperne uolptatẽ nocet empta dolore uoluptas Sũt aũt multa nobiſ iocũda quæ nõ cõtinuo utilia & grata. Vnde Iuuenalis. Permittes ipſis expẽdere numinibus quid Cõueniat nobis rebuſq; ſit utile noſtris. Nam ꝓ iocũdis aptiſſima quæq; dabũt dii. Carior eſt illis homo q̃ ſibi &c. Relinquæ ergo ea quæ tu tenes nocitura quãuis ſint cara. i. deſiderata tibi & iocũda. Quia ut dicit Ouidius. Eſt uirtus placitis abſtinuiſſe bonis. Præterea ſaluator noſter. Matthei. v. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te: erue eum & proiice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unũ mẽbrorũ tuorũ: q̃ totũ corpus tuũ mittat̃ in gehennã ignis. Et ſi dextera manus tua ſcãdalizat te: abſcinde eã & proiice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unũ membrorũ tuorũ q̃ totũ corpus tuũ eat in gehẽnã &c. Si ergo tenes nocitura relinque. Quod ſi Eurialus feciſſet nõ fuiſſet ꝓ infœlici præda conſpectus impeditus depræhẽſus & occiſus. Si turnus: non aptaſſet inimicũ balteum palãtis pueri humeris ſuis potuiſſet piũ Aeneã flexiſſe. Stultũ eſt ergo tenere quod officere põt: Neq; ſemper utile eſt ad opes reſpicere. & ad pecuniã cõgregandã. Vtilitas ergo. i. oportuna cõmoditas debet preponi tempore. i. in tẽpore hoc eſt oportune ſi res exigit. opibus. i. diuitiis. hoc eſt ad utilitatẽ magiſ q̃ ad pecuniã reſpicies. Nõ oĩs enim quæſtus utilis eſt. Nã male rẽ ſuã auget qui ꝓ pecunia quã detinet: aut aĩam ſuã occidit: aut amicũ amittit: aut uituperiũ incurrit. Põt etiã prior uerſus intelligi de iis quæ uel proximo noceant nec tibi ſũmopere ꝓſint ut ſi quã rem tenes aliis nocitur㠃: nec tibi ꝓ futurã. relinque. Quã rem (ut Autor eſt Valerius libro quarto in capi. de uerecũdia) Spurina excellẽtis pulchritudinis adoleſcẽs uerecunde obſeruauit. Cũ enĩ mira ſpecie cõplurium fœminarũ illuſtriũ ſollicitaret oculos/ Ideoq; uiris ac parẽtibus earũ ſe ſuſpectum eſſe ſentiret: oris decorẽ uulneribus confudit: deformitatemq; ſanctitatis ſuæ fidem: q̃ formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit. &c.

Conſtans & leuis ut res ipſa expoſtulat eſto
Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.

Naſonem petito: ſi autem cura tibi hæc eſt
Vt ſapiens uiuas: audi quæ diſcere poſſis
Per quæ ſemotum uitiis deducitur æuum
Ergo ades & quæ ſit ſapientia diſce legendo.

Elluris ſi forte uelis cognoſcere cultus. Autor ī principio hui⁹ ſecūdī
t uoluminis tria uidet præcipe. Primū cōſtituēdū eē genus uitæ & inſti/
tutū. de quo Cicero ī offi. In primis aūt cōſtituēdū ē: quos & quales
eē uelimus: & ī quo genere uitæ: quæ deliberatio ē oīum difficillima. Ineun
te enī adoleſcētia cui ineſt maxīa ībecillitas cōſilii: tūc id ſibi qſq; genus æta/
tis, degēdæ cōſtituit: qđ maxīe adamauit: itaq; implicat aliquo certo genere/
curſuq; uiuēdi: q̄ potuit qđ optimū eſt iudicare. Et paulo poſt. Illud maxime
rarū genus eo⁹q aut excellēte ingenii magnitudīe/ aut præclara eruditione
atq; doctrina/ aut utraq; re ornati ſpaciū deliberādi habuerūt: quē potiſſimū
uitæ curſū ſequellēt. Qua ī deliberatiōe ad ſuā cuiuſq; naturā cōſiliū ē oē re/
uocādū. Nā cū in oībus quæ agūt ex quo mō qſq; natus ē (ut ſupra dictū ē)
qđ deceat exq̄rimus: tū ī tota uita cōſtituēda: multo ē rei cura maior adhibē
da ut conſtare in uitæ ppetuitate poſſimus nobiſmetipſis: nec in ullo officio
claudicare. Ad hāc aūt rōnē/ q̄n maximā uim natura habet: fortuna ꝓximā:
utriuſq; oīno rō habēda eſt in deligēdo genere uitæ: ſed naturæ magis. Mul
to enī & firmior eſt & cōſtantior: ut fortuna nōnūq̄ ipſa mortalis cū īmorta/
li natura pugnare uideat. Qui igit ad naturæ ſuæ nō uitioſæ/ genus: conſiliū
uitæ oē cōtulerit: is cōſtātiā teneat. Id enī maxime decet: niſi forte ſe erraſſe
intellexerit in deligēdo genere uitæ. Quod ſi acciderit (poteſt aūt accidere)
faciēda morū inſtitutorūq; mutatio eſt. hæc Cicero: & alia quæ ſequūt pul/
cherrima: ex q̄bus primū habemus cōſtituēdū eē genus uitæ: quia nō poteſt
fieri ut optatū uitæ portū attingam⁹. ſi nullū nauigaturi delegerim⁹ atq; præ
optauerimus. Deīde ut pſeuerātes ſcimus nult naturā ſequamur ducē. Nā ut
inqt elegiacus. Naturæ ſeqt ſemīa qſq; ſuæ. Poſtremo ſi q̄ male inſtituimus
docet maturo cōſilio corrigamus. Poeta ergo noſter/ q̄m ut Perſius inquit.
Mille hominū ſpecies & rerum diſcolor uſus. Velle ſuū cuiq; eſt nec uoto ui
uitur uno. Proponit uaria ſtudiorum genera: ut ad quod natura impulerit
animū applicemus. Deinde ubi genus uitæ cōſtituimus adhortat ut peritum
& expertū præceptorē nobis adhibeamus: qua re ad ſciētias uirtutes q; acqui
rendas uihil uberius eſt. Qui igit agricultura diſcere uolet. legat maronem.
qui medicinam. macrū. qui bella Lucanū. Qui amores Ouidiū. qui uero ſa/
pientiam: leget præſens opus. atq; ita quod intentū huius ꝓpoſiti eſt. admo/
net nos autor ut ſapientiam ex opere ſuo diſcamus. Nam cum reliquæ artes
ad ſingula exercitia conducant ſapientia ad omnia confert. ſine qua nullum
ſtudium laudabilem exitum ſortietur. Nulluſq; uitæ ſtatus pulcher conſtare
poteſt. Et hæc in uniuerſum. nunc ad ſingula ueniamus.

Elluris ſi forte &c. Si inquit agriculturam diſcere uoles legito Virgi
t liū. Is etenī in Georgicis doctiſſime de ea reſcripſit. Rhetorice aūt
ea quæ optima ſūt hoīum ſtudia & pria & ultima ponit Sctiſſima enī

sunt agriculturæ studia de quib⁹ apud Virgiliū uidere licet. Cato etiā exacte & erudite de re rustica scripsit. scripsit & Varro. & Columella. Cornelius Celsus. Iulius atticus. Iulius grecinus. Iulius hyginius. Plinius. Stropha. & sexcēti alii omniū autē eruditissime: Virgilius quocirca dicit Telluris si &c. Ordo est. Si forte laboras cognoscere cultus. i. cultionē Telluris. i. terræ hoc est agriculationē seu agriculturā. legito Virgilium in Georgicis. Tellus est dea terræ. Ponit aūt p metonomiā ipsa terra. sicut & alia deorū dearūq; nomia Caret pluratiuo nūero. Quod si mage nosse labores. hærbarū uires macer tibi Carmine dicet. Dicet carmine qa alii q̄plurimi oratiōe de uirtutibus hærbarū differuerūt. Laudatissima est sciētia & ab apolline inuēta. & ab Aescula pio nobilitata. quāuis apud Virgiliū medicus dicat inglorius. Hoc est in cōparatiōe ad rem bellicā quā Virgilius ubi martios uiros laudat omnibus studiis præfert. Dicit ergo in. xii. Iamq; aderat phœbo ante alios dilectus iapis Iasides acri quondā cui captus amore. Ipse suas artes sua mūera lætus apollo Auguriū Cytharāq; dabat. celeresq; sagittas Ille ut depositi pferret fata parentis. Scire ptātes hærbarū usumq; medēdi Maluit & mutas agitare inglorius artes. Quāti cōtra faciendus sit nobis medicus bonus. habemus Ecclesia. xxxviii. ubi dicit. Honora medicū ppter necessitatē. etenī illū creauit altissimus. A deo ē enī oīs medela. & a rege accipiet donationē. Disciplina medici exaltabit caput illius: & in cōspectu magnatorū collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinā. & uir prudēs nō abhorrebit illam &c. Si ergo labo ras nosse. i. cognoscere mage. i. magis. uires. i. ptātes & potentias seu uirtutes hærbarū. macer uir ille disertus dicet tibi carmine. Mage ponit. sæpe p magis. Nosse est infinitiui modi a uerbo impfecto noui Itaq; licet in uoce præteritæ sit declinatiōis. præsentis tñ significationē habet. peccāt multi scribētes nosce per s. & c quod impatiui dūtaxat est modi. hoc uero infinitiui quo Iuuenalis sic utit. Nosse uolūt oēs mercedē soluere nemo &c. Si Romana cupis. Lucanus bella ciuilia descripsit quæ erāt intra Cæsarē & Magnū pōpeiū Punica uero bella Silius italicus graphice describit. Monet aūt præcipue Lucanū esse legendū: quoniā is docte & uere rem exequit. Videt aūt autor ipse fuisse poetarū: sūmopere studiosus quādoquidē eos solos legendos cōmemorat. Nō enim minus docte Liuius Romana & punica bella stilo historiographico descripsit. De lucano uero. Quidā nostra tēpestate sic collegit. Lucanus in geographia. hoc est locorū descriptiōe est eminētissimus. In astrologia eruditissimus. In historiarū enarratiōe facūdissimus. in orationibus eloquētissimus. in stilo heroico sublatissimus. in rebus describēdis compositissimus. Idē ardens est & cōcitatus/& sentētiis clarissimus. Et ut inquit Quintilianus oratoribus magis q̄ poetis imitādus. Qui qñ magis scribit historiam q̄ figmēta cōponat: a nō nullis & maxie a Seruio: ex familia poetarū extermi natur. Ex quo & ipse apud Martialē illudēs ait. Sūt qdā q me dicūt nō eē poetam. Sed qui me uendit bibliopola putat. Atqui diuus Hieronymus. nō solū poetā ipsum appellat: sed etiā ardentem esse dicit. Et papinius in siluis oībus poetis Lucanū nō ueret anteponere unico excepto Virgilio: in cuius cōparatiōne ita scribit. Quid maius loquor ipsa te latinis Aeneis uenerabit. canētē & alibi methaphoricos inqt. Bethym Mantua puocare noli. Hoc idē sensit

Lucanus

Martialis inquiens. Phoebe ueni sed quantus eras cũ bella canenti. Ipse da/
res latiæ plectra secunda lyræ &c. Quia igitur egregiã laudem in historia car
mine describenda Lucanus cordubensis poeta meruit: prudenter nos poeta
ad eius lectionem cohortatur. Quia uero Lucani meminit: qui secũdi Cato/
nis obitũ insignem describit. certũ est ineptam esse opinionem: dicẽtiũ hoc
opus esse cõpositum ab altero Catonũ: cum uterq; ante Lucani editionem di
em obierit. Punicus patriũ est nomen. pœnus gentile. ab eo enĩ quod est pœ
nus fit per mutationem diphthongi in u punicus ca cum. Punica autẽ bella
sunt bella cartaginensia quæ tria sunt ut late habet apud Liuium. Si igitur cu/
pis noscere Romana bella & punica. i. feroci a qualia punica fuerunt Quæras
Lucanũ qui dicet martis. i. sæua & cruenta prælia. Posset aũt esse zeugma im
perfectum: ut sit. Si cupis noscere romana bella. i. bella ciuilia gesta inter Ro
manos (quia dicit Lucanus Signa pares aquilas & pila minantia pilis) quæ/
ras Lucanum. Et si quæras noscere punica bella. i. cataginensia quæ cũ pœnis
duce Hannibale gesta sunt. quæras subaudi aliũ: ut Silĩũ italicum: aut Liuiũ.
Et licet huiusmodi locutio rara sit: nõ caret tamẽ oĩno exemplo. Nam scdm
Seruium illud Virgilianũ in. xii. Disce puer uirtutẽ ex me uerum q; laborem.
Fortunã ex aliis &c. sic accipitur. Nam licet discamus uirtutẽ & laborem: non
tamẽ fortunam: quã si didicerimus desinet eẽ fortuna. possimus etiam meta
phoricos punica bella pro cruentis & pernicios accipere. Itaq; uidet poeta
a bellis dehortari ex memoria tam infœlicis pugnæ. Vt tamẽ apud Horatiũ
uidimus ꝓxima uia ad uerã gloriam p militiã aperitur. Vnde etiam prius. Pu
gna pro patria. Quod uero punica hic generalem significationẽ habere pos/
sent: patet quia sequitur. qui martis prælia dicet. Nõ quæ mars gessit. sed cru
delia & cruenta qualia mars gerere solitus. Sic non reuera punica: sed dura &
Romanis pernicios qualia erant punica: ut testis cannalis clades. Mars de
us belli dicitur. etenim sidus eius iracundiæ facem iniicit. Possimus etiam tan
tum Lucano attribuere: ut si eius scripta diligenter legerimus/ queamus etiã
quælibet nedum ciuilia prælia cognoscere. Itaq; possis Lucanum legere ut
punica bella: id est imaginem punicorum bellorum discas. Si quid amare li
bet. Si inquit quis amare doctus uolet legat Ouidiũ in de arte amandi. Neq;
uero cõtra grauitatem poetæ est/ q; ad amores discendos cohortet. Nam si
quis honeste amet: nihil aut pulchrius aut humanius effecerit. Sunt grauissi/
mi uiri: ut Socrates & Plato qui amorem summopere commendasse legunt.
Nam si quis ex pectoribus humanis amoris igniculum sustulerit: beluis fero/
ciores & uiliores effecerit. Cæterum multi sunt illiciti amores: multiq; tur/
pes: in quibus hi dumtaxat errant qui amare: hoc est quid & qui & quantum
ament nesciunt. Malum enim uitari non potest nisi cognitum fuerit. Si quis
igitur amare uolet: in præceptis amandi Quidius naso facile præcipuus est.
Parum tamen bono amori consulit. sed neq; bono consulto opus est. Idem
remedia amoris collegit: parum tamen amanti medetur: neq; tamen id im/
peritia fit medici: sed crudelitate uulneris. ut enim est apud comicum: qui cũ
ratione amare uelit perinde est atq; cum ratione insaniat. Poeta uero non
obnixe suadet ut quis amare discat: Si quis tamen discere uelit: habet Qui/
dium ãbs quo discere potest. Nasones autem dicti putantur a nasi magnitu/

&

dine. sicut labiones a magnitudine labiorum. Ordo patet. Sinautē cura &c. Si autem inquit: quod potius uelim: sapiētiam discere cura tibi ē: huc ades: nos pandemus ujam. Ordo est. Si nautē: id est sed si cura est tibi hæc: id est huiusmodi ut uiuas sapiens. Audi: id est percipe ea quæ possis discere a me: per quæ æuum: id est tēpus uitæ deducitur: id est transigitur semotū: id est sepe/ratū a uitiis. Nam ut dicit Flaccus in epistolis. Virtus est uitiū fugere: & sapiē tia prima Stultitia caruisse: Ades ergo: id est adsis ad opus nostrum & discelegendo quæ sit sapientia. Promittit ergo autor se sapientiā præcepturū: quod & egregie faciet. Vnde

Si potes ignotis etiam prodesse memento
Vtilius regno est meritis acquirere amicos.

Amicus

Egregia sane doctrina. Quando quidē ut sæpe antehac dictum est: nihil utili/us est amari. nullaq; laudabilior q̄ amicorū possessio est. De qua re est illud Ecclesiastici. vi. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum in uenit thesaurū. Amico fideli nulla est cōparatio: & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatē fidei eius. Amicus fidelis medicamentū uitæ & īmortalitatis: & qui metuunt dominū/ īnuenient illum. Qui timet deum æque habebit amicitiā bonam: quoniā secūdū illū erit amicus illius. Et quia tanti momenti est amicus fidelis. ideo dicitur Ecclesiastici. xxii. quomodo obseruandus nobis est ubi sic dicitur. Mittens lapidem in uolatilia deiiciet illa: sic & qui conuiciatur amico dissoluit amicitiā. Ad amicum & si produxeris gladiū non desperes: est enī regressus ad amicum. Si aperuit os triste: nonti/meas. Est enī concordatio/ excepto cōuitio & improperio: & superbia: & mi/sterii reuelatione: & plaga dolosa. In his oībus effugiet amicus: Fidem possi/de cum amico in paupertate illius: & ut in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius: permane illi fidelis: & in hæreditate illius cohæres sis. Item Amicū salutare non confundaris. A facie illius non me abscondā: & si mala mihi euenerint per illum sustinebo. Bene ergo adhortatur nos poeta ut amicos cōparemus: de qua re est illud Ciceronis in de amicitia. Ego uos hortari tantū possum ut amicitiā oībus rebus humanis anteponatis. Nihil enī tāturæ aptum: tā conueniens ad res uel secūdas uel aduersas. Et iterū. Est autē amicitia nihil aliud/ nisi omniū diuinarū humanarumq; rerum cū beniuolē/tia & charitate sūma consensio. Qua quidē haud scio/ an (excepta sapiētia) quicquā melius homini sit a diis immortalibus datū. Itē Amicitia plurimas res continet quoquo uerteris præsto est: nullo loco excluditur: Nunq̄ intē/pestiua. Nunq̄ molesta est. Itaq; non aqua: non igne: nō aere (ut aiunt) plu ribus locis utimur q̄ amicitia. Itē postq̄ bonos uiros inter quos uera est ami/citia memorauit. Tales igitur (inquit) inter uiros amicitia/ tātas opportunitates habet: quantas uix queo dicere: Præterea in eodē. Quid autē stultius q̄ ut plurimū ceptis facultatibus: opibus: possint cætera parare quæ parant/ pe/cuniā: equos famulos: uestes: gloriā: uasa præciosa: amicos non parare: opti/mā & pulcherrimā uitæ (ut ita dicā) supellectilē: etenī cætera cū parant/ cui

parent neſciũt: nec cuius cauſa laborẽt. Eius enĩ eſt iſtoꝝ quicquid: qui uincit eos uiribus. Amicitiarũ ſua cuiq; ꝑmanet ſtabilis & certa poſſeſſio: ut etiam ſi illa maneant: quæ ſunt quaſi dona fortunæ tñ uita inculta atq; inſueta ab amicis nõ poſſit eſſe iucũda. Sed hæc hactenus. Sic Cicero. Ex quibus patet q̃ recte præcipiat. Si potes. Ordo eſt. memẽto etiã ignotis (nedũ notis & amicis antiquis) prodeſſe. i. bñ facere & bñficiũ cõferre. Quia utilius eſt regno. i. q̃ optinere regnũ acqrere amicos meritis. Vel ſic. Acqrere amicos meritis. i. ꝑ merita tua eſt utilius. i. cõducibilius regno. i. q̃ acqrere regnũ. Dicit bñ ſi potes. quia prius debemus referre debitas gratias q̃ cõciliare nouas. meliuſq; ẽ ueterẽ amicũ cõtinere: q̃ nouũ uelle acqrere. Verũ quia ſanctiſſimæ amicoꝝ ſunt diuitiæ: q̃ plurimos potes demereberis. Quod apud Senecã ubi de beneficiis loquitur abunde deſcriptum eſt.

Mitte arcana dei cælumq; inquirere quid ſit
Cum ſis mortalis quæ ſunt mortalia cura.

Quid uero hoc præcepto laudatius afferas quo humanæ ſaluti probiſq; moribus q̃optime conſulitur: pleriq; enim in inueſtigãdis rerum cæleſtiũ cauſis dies terunt: ſeq; negligunt. uitamq; turpem agant. quocirca Plato moderate philoſophãdũ monet ut inuenies per tabulam ibi quatenus philoſophandũ ſit. Hinc etiã dicitur Eccleſiaſtici. iii. Altiora te ne quæſieris: & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ ꝑcepit tibi deus illa cogita ſemp: & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enĩ tibi neceſſariũ ea quæ abſcõdita ſũt uidere oculis tuis. In ſupuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter: & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtẽſa ſunt tibi: Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum: & in uanitate detinuit ſenſus illorum. Hec illic. Notum autem ẽ illud aureum uerbum quod Iuuenalis de cælo deſcendiſſe dicit. γνῶθι σεαυτόν. cognoſce te ipſum. Socrates autem philoſophorum fons appellatus & moralis philoſophiæ & princeps & ſpecimen: ut qui prius philoſophiam deuocauit cælo in terras: id eſt a cæleſtium ſcrutatiõe ad noſtri qui terreni ſumus cognitionem: dicere ſolitus eſt: quæ ſupra nos ſunt nihil ad nos. Qui ergo uult bene uiuere debet nil altum ſapere & ſui primum cognitionem habere. Conſtrue igitur grammatice. ſic. Mitte: id eſt dimitte miſſa face. uel deſine. inquirere inueſtigare arcana: id eſt ſecreta & abdita dei. & quid: id eſt quæ res ſit cælum. ſed. Cum id eſt quandoquidem ſis mortalis cura quæ ſunt mortalia: id eſt res ad mortales pertinentes: quales ſunt mores & inſtituta uiuendi.

Linque metum læti nam ſtultum eſt tempore in omni
Dum mortem metuis amittis gaudia uitæ.

Præceptum hoc antea habitum eſt ibi: Nõ timeas illam quæ uitæ eſt ultima

finis: Videtur autē ideo repetitū: ne contrariū esse putetur quod modo dixit quæ sunt mortalia cura: illi Ne timeas. Vnde sic leges. Tametsi uero mortalia curabis: non tamen mortē metues ne gaudia uitæ amittas. Multis in locis uidetur ad epicureorū paradoxa accedere. Epicurus enim dicebat se mortale genus duobus pessime timendis leuasse. anxia scilicet deorum religione: quia docuit deum non curare mortalia & formidine rerum post mortē: quia docuit animos mortalis esse. quocirca præcepit nihil melius esse q̄ læte uiuere. Sed quoniam utrumq; summopere erroneum: maximeq; contra fidem nostram qui credimus christum filium dei uiui sic curasse mortalia. ut non dubitaret pro nobis crucis subire tormentum: qui item credimus animos nostros in æternum permansuros/ aut si bene egerimus cum christo in æterna beatitudine. aut si secus cum inferis in perpetuo cruciamine. Ideoq; summa cura nobis eē debet/ ut bene moriamur. Neq; tamē timebimus mortem. id enim malæ conscientiæ indicium est: sed prudenter expectabimus. Et licet mortis memores uixerimus. non minus tamen lætabimur. quia dicit Ecclesiastes. iii. Et cognoui q̄ non esset melius nisi lætari & facere bene in uita sua. Vult ergo poeta: ut mortalia curemus: id est res quibus in hac mortalitate ad bene beateq; uiuendum opus est scrutemur: hoc est honestæ uitæ institutiones addiscamus. atq; ita formidinem mortis contemnamus. Quia reuera: qui mortē exhorrescit: conscientiam suā peccati damnat: Paulus enī noster bene sibi conscius inquit/ Cupio dissolui & esse cum christo. Ordo est Linque metum: id est formidinem & timorem læti: id est mortis: Nam stultum: id est res stulta est q̄ amittis in omni tempore gaudia uitæ dum metuis mortem. Letum dicitur a uerbo antiquo Leo les let/ quo in simplici non utimur. ideo autem mors letum dicitur: quia omnia delet.

Iratus de re incerta contendere noli
Impedit ira animum ne possit cernere uerum.

Hoc quoq; prius habitum est ibi: irasci ab re noli. Præcipit autem ne litigiosi simus: quia cum iracundia nobis iudiciū rationis auferat. multum sæpe per iracundiam peccamus. quia ut dicit Seneca. nimium altercādo ueritas amittitur. Ideoq; idem dicit. Iracundiā qui uincit superat hostem maximū. Ordo est. Iratus. i. q̄ tu es iratus & inflammatus noli contendere de re incerta: id est de re ancipiti. quia: ira impedit animū: id est rationē intellectus ne possit cernere: id est discernere & dignoscere uerum: Atq; ita altercando cum alio dū pertinaciter partes tuas: q̄s ille inficiatur defēdere uis ī furorē ꝓuocaris.

Fac sumptum propere cum res desiderat ipsa
Dandum etenim est aliquid cum tempus postulat aut res.

Docet quo modo in paruis expensis magnam laudem merearis. Si inquit utilitas exigat ut rem quamuis expendas. expende eam properanter & hilari

animo.ſicq; quod neceſſitudinis ẽ laudi tibi dabitur. Multi etenim ſunt qui tametſi neceſſum eſſe uident ut expendant: nummũ tamen priuſq̃ emittant ſepties reuerſãt: quæ res ſordidi atq; auari animi ſignificatiua eſt. Símili modo ſiquíd abſumendum tibi cum familia tua eſt indulge genio tuo lubẽti animo: ne & operam & expenſas perdas. Vnde dicit. Fac propere: id eſt properãter ſine mora: ſumptum: id eſt expenſas pro ſumptu. cum: id eſt quando res ipſa. i. utilitas & opportunitas deſiderat. i. exigit & requirit. Etenim/quia certe dandum eſt oportet ut des aliquíd. i. quãuis rem. cum. i. quando tempus id eſt opportunitas. aut res. i. utilitas & cõmoditas poſtulat. Hoc eſt quia neceſſitas aliquando ſubigit ut des melius eſt ut læte & properanter des: q̃ cunctanter & ſegniter. hoc enĩ ſecundo modo ſordidus & auarus. illo priore liberalis iudicaberis.

Quod nimium eſt fugito: paruo gaudere memento
Tuta mage eſt puppis modico quæ flumiue fertur.

Docet mediocritatem eſſe tenendã: de qua etiã Flaccus in carmine quod ſupra poſuimus. Rectius uiues licini neq; altum Semper urgendo: neq; dum ꝓcellas Cautus horreſcis nimiũ premendo Líttus iniquũ Auream quiſqs mediocritatem deligit tutus caret obſoleti Sordibus tecti, caret inuidẽda ſobri? aula &c. Vterq; ergo utiť metaphora a nauigante qui in paruo flumine tuti? puppim agit: q̃ in alto & uaſto procelloſoq; mari. Ordo eſt. Fugito ſupple illud quod eſt nimiũ: quia dicitur. omne quod eſt nimiũ uertitur in uitiũ. Eſt ergo unum ex tribus illis aureis uerbis quæ in principio Siluarũ poſuimus. Quod in Andria Terentius ſic ponit. Id arbitror apprime in uita eſſe utile ut ne quid nimis: memento gaudere paruo. i. re parua: quia dicit Flaccus: Viuitur paruo bene: cui paternum Splendet in menſa tenui ſalínum Nec leues ſõnos timor aut cupido Sordidus aufert. Puppis. i. nauis. (Nam pars ponitur ꝓ toto.) eſt mage. i. magis tuta quæ fertur: id eſt quæ impellitť paruo flumine: ſi tamen non humi ſerpat.

Quod pudeat ſocios prudens celare memento
Ne plures culpent id quod tibi diſplicet uni.

Pulchrum dogma cõtra ſcurrantes & ineptos qui ſua turpia facinora multis reuelant. Nam ne ſociis quidem peccata noſtra indicare decet. Nam mala quanto paucioribus cognita tanto minus lædunt. Contra bona quanto pluribus cognita tanto lætiora ſunt. quocirca Chærea ille Terentianus in Eunucho geſtiens noua gaudia differre non potuit / quæritans cui ea narret. Ait enim. Nunquis hic eſt? nemo eſt: nunquis hic meſequitur/nemo homo eſt: Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? Proh Iuppiter: nunc eſt tempus profecto interfici/cum perpetí me poſſim. Ne hoc gaudium contaminet uita egritudine aliqua. Sed neminem ne curioſum interuenire núc mihi uideo

Qui me sequatur: quiq; me rogitando obtundat enecet: quid gestiam: aut quid letus sim: quo pergam unde emergam: ubi siem uestitum hunc nactus: quid mihi quæram: sanus sim an ne insaniam &c. Contra uero turpia esse celā da sic in de amicitia Cicero monet. Neq; quicq̄ unq̄ nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit: neq; solum colent inter se ac diligent: sed etiam ue rebūtur. Nam maximū ornamentū amicitiæ tollit: qui ex ea tollit uerecun/ diam. Itaq; in his perniciosus est error/ qui existimant libidinū peccatorūq; omniū patere in amicitia licentiam. Virtutū enim amicitia adiutrix a natura data est/ non uitiorū comes. Hæc ille. Ordo est. Tu prudens memento cela/ re socios/ quod pudeat socios. i. rem pudendam prudēter celabis Ne plures culpent id quod displicet tibi uni: id est soli. Si enim cura habenda est de bo/ no nomine. errat qui pudenda sua reuelat. Et licet consiliorum participē & comitem amicū factum oportet: hoc nō de rebus inhonestis dicitur. sed de illis quarum cōmunicatio aut amicis aut nobis cōmodum afferat. Quod pu/ deat: Pudet hic personaliter capitur sicut apud comicum. Non te hæc pudet. Nam impersonaliter genitiuū habet: quale esset cuius pudeat socios &c. so/ cios autē bis construi potest: semel cum uerbo celare. & iterū cum uerbo pu/ deat. uel potest absolute legi: quod pudeat. i. rem pudendam.

Nolo putes prauos homines peccata lucrari
Temporibus peccata latent & tempore parent.

Quoniam quidē plurimi malos impune uiuentes offendūt: arbitrantur eos impune perpetuum uicturos: quocirca audacius & confidētius peccant/ quod faciendū non esse poeta docet dicens. Nolo putes &c. Tametsi inquit pecca ta ad tempus latent nolo tamē putes ea obliterata esse atq; neglecta. quia tē/ pore parent. dicitur enī dii differunt: sed non auferunt penas. memores enī obseruant diem qua punire uolēt. Vnde illud in primo Aenei. At sperate de os memores fandi atq; nefandi. Nihil autē occultum hic manebit. de qua re Aulus Gellius libro. xi. meminit. ubi hoc sophoclis uerbum peregrinus phi/ losophus semper in ore habendum dicit. ϖροσταῦτα κρυπτε μηδὲμοσ ἁπαμθορῶμ. καί ϖάμτα κουομ πάμτα μαϖτίσθα χρομοσ. i. hic nihil occul te quando cuncta tuens. Et cuncta audiēs omnia reuelabit dies. Alius inquit poetarumueterū cuius nōmen mihi nunc memoriæ non est ueritatem tem/ poris filiam esse dixit. Vt autē Seneca dicit. Nullus locus est sine teste. Itaq; nihil occultum manebit. Vnde Ecclesiasti. xxiii. Omnis homo qui transgre/ ditur lectum suum contēnens in animā suā & dicens: quis me uidet: tenebræ circundāt me: & parietes cooperiūt me/ & nemo circūspicit me: quē uereor? delictorum meorꝝ non memorabit altissimus: & non intellexit quoniā om/ nia uidet oculus illius. Quoniā expellit a se timorem dei huiusmodi hōis ti/ mor: & oculi hominū timētes illum/ & nō cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores sunt super solē: circūspicientes oēs uias hominū: & p/ fundū abyssi: & hominū corda: & intuētes in abscōditas partes. Dn̄o enī deo anteq̄ crearent' oīa sunt agnita sic & post pfectū respicit oīa. hic ī plateis ciui/

tatis uindicabitur: & quasi pullus equinus fugabit̃/ & ubi non sperauit appræ/hendetur. Et erit dedecus oĩbus/eo q̃ non intellexerit timorẽ dñi. Hæc ibi. Non ergo putabimus hoĩes peccata lucrari tametsi ad tempus lateant. ex ea enĩ opinione plurima scandala fiunt. Vnde Ecclesiastes. ix. Sunt iusti atq; sa/pientes: & opera eor̃ in manu dei. Et tñ nescit homo utrũ amore an odio di gnus sit: sed oĩa in futurũ seruant̃ incerta: eo q̃ uniuersa æque eueniant iusto & impio: bono & malo: mũdo & ĩmundo: ĩmolanti uictimas & sacrificia con tẽnenti. Sicut bonus sic & peccator: ut periurus ita qui uerũ deierat. hoc est pessimũ inter omnia quæ sub sole sunt: quia eadẽ cunctis eueniũt. Vñ & cor/da filiorũ hominũ implent̃ malitia & contemptu in uita sua: & post hæc ad in feros deducent̃. Nemo est q̃ semp uiuat: & qui huiusrei habeat fiduciã. & reli qua. Quod aũt impunitas ad peccandũ inuitet: ostẽdit Valerius de neglecta religione: ubi sic inquit. Syracusis genitus Dionysius tot sacrilegia sua quot iam recognoscimus iocosis dictis prosequi uoluptatis loco duxit. Phano enĩ proserpinæ spoliato Locris: cum p altũ secundo uento classe ueheret̃: Ridẽs amicis uidetis ne ait q̃ bona nauigatio ab ipsis diis ĩmortalibus sacrilegis tri/buat̃? Sed is non lucratus est tamẽ sua peccata. Vñ idẽ paulo post. Qui tãetsi debita supplicia nõ exoluit dedecore tñ filii mortuus pœnas rependit: quas uiuus effugerat. Lẽto enĩ gradu ad uindictã sui diuina ꝓcedit ira Tarditatẽq; supplicii grauitate cõpensat. Quia ergo nullũ malũ impunitũ: & pro lõga di/latiõe grauiores penas deus exiget. Nolo putes. i. ut arbitreris hoĩes prauos lucrari: id est impune habituros peccata: peccata latent. i. abscondita sunt tẽ/poribus. & parent. i. apparẽt. i. manifestant̃ tẽpore. Hic scies pulchre mutatũ esse numerũ: quia dii diutius differunt dixit tẽporibus quasi plusculis diebus & singulariter tempore parẽt. Quia sub exitũ sæpe uitæ peccata reuelantur.

Corporis exigui uires contemnere noli
Consilio pollet cui uim narura negauit.

Hoc ad prudentiam pertinet. Monet enim ne ad corporis molem dumtaxat respiciamus. Quia sæpe in exiguo corpore uiget magnum consilium: & pru/dentia summa quæ uiribus sæpe præualet. Quocirca apud Homerum Vlixes depredator urbium uocatur: non Achilles: non Aiax. Idem Agamenno/nem quinq; nestoras ad capiendã Troiam sibi exoptasse ait q̃ cõsilio polle/ret. non autem decem Aiaces licet fortissimus esset Telamonius. Vnde in de senectute Cicero. Ille dux græciæ nunquã optat ut Aiaces similes decem habeat. At ut Nestori quinq;/q̃ si acciderit non dubitat quin breui Troia sit peritura. Hæc ille. Compertum est præterea in exiguo corpore ingentes esse uires. Nam & Homerus Tideum paruo fuisse corpusculo decorat um: In quo tamen anima esset maxima & uires ingentissimæ testatur. Vnde & Maro in obsceno carmine: Vtilior Tideus: qui si quid credis Homero: In/genio pugnax corpore paruus erat. Et a Papinio non minus uereq̃ diser/te dictum est Maior in exiguo regnabat corgore uirtus. Et Xantippus La/cedæmonius qui breui statura erat ita laudatur a Silio. Exiguis uigor admi/

rabile membris Viuidus & magnos nisu qui uinceret artus. Itaq; non quantus sed qualis fuerit hostis circumspice. Quia ut dicit Ouidius: A cane non magno sæpe tenetur aper. Ordo est. Noli contemnere uires exigui: id est pusilli corporis. Quia is cui natura negauit uim: id est robur corporeū. polet: id est ualet & potest consilio. sagacitate & prudentia. bonum enim consilium ex p: u lenti pectore enascitur.

Quem scieris non esse parem tibi tempore cede:
Victorem a uicto superari sæpe uidemus.

Dat rursus egregiam doctrinam ad temperandos impetus animoꝝ. Quāuis inquit cum impare tibi certamē habueris/ nō tamē immemor effereris: sed opportune prelium dirimes. quia ut dicit Virgilius in. ii. Aenei. Quōdā etiā uictis redit in præcordia uirtus Victoresq; cadunt. Quin ut Saluſtius Liuiꝰ Tucidides Virgilius atq; alii fere qui de bellicis rebus scripserūt attestant. Nusq; plus fortuna q̄ in bello potest. Tametsi enī prudentissimus dux Aeneas esset tamē si Turno mens introducendarū copiarum in castra nouæ troiæ fuisset. ubi solus oīs palantis troas in turpē fugam uerterat: uictor nimirū inuasisset Et si insidias Aeneæ idē pertendisset. Opima spolia de ipso auferre potuisset Quid memorē quotiens bonī ab imbellibus occisi sunt. cum ubiq; exēploꝝ plusq; satis sit. Si illud unū dicendum est/ cecidit īmensus Golias exigua ictus glande. Est & alia ratio ob quā consultū non est cū inferioribus habere certamen. quia si uiceris: nihil laudis. si uictus fueris plurimum dedecoris habeas. Vñ Alexander ille magnus Amazonas debellare noluit: quod nullū laudabile nomen fœminea in pœna est/ nec habet uictoria laudē: ut dicit Maro in secūdo. Cede igit' tempore. i. tēpestiue illi quē scieris non esse parē. i. æqualē in uirtute tibi. Quia uidemus uictorē. i. qui in principio pugnæ erat uictor: superari. i. uinci a uicto. ut Hannibal ab iis quos sub iugū miserat: postea expulsus ab italia est.

Aduersus notum noli contendere uerbis
Lis minimis uerbis interdum maxima crescit.

Aliud refrenandi animi non minus memorabile præceptū. Caue inquit ne cum uiro noto & familiarī contendas uerbis/ quia maxima lis crescit interdū minimis uerbis: Itaq; omnium malorū principiis obstādū est. Et præcipue in excandescentia. Est enī ira fomes quidā ignitus quo inflāmamur. Vt de irascente Iunone in primo Aenei. Talia flāmato secū dea corde uolutans. Ignis autē uel ex minima scintilla maximus incēdit'. Est ergo color sumptus ex cōtrariis adiectiuis: minimis & maxima. Diserte dixit contendere uerbis. quia uariis modis contendere possimus. Sane tendere est quasi adire. Is enī tendit uerbis qui alloquitur. Qui uero respondet contra tendit. Vnde in nono

Aenei. nec tendere cõtra. i. reſpondere. Cõtendere aũt utrũq; cõplectitur. & Alloquẽdi & reſpondẽdi officium. Eſt ergo cõtendere uerbis altercari. Multis autẽ de cauſis lites fugiendæ ſunt. Quia ut dicit Prouer. xxix. Vir ſapiens ſi cum ſtulto cõtenderit ſiue iraſcatur ſiue rideat/nõ inueniet requiem. Et ite rum. Vir iracũdus prouocat rixas: & qui ad indignandũ facilis eſt. erit ad peccandum pro cliuio. Præcipue autẽ cauendæ ſunt lites cum notis ut hic dicit. Quia ut eſt apud Ciceronẽ in de amicitia. Nihil turpius eſt q̃ cum eo bellum gerere quo cum familiariter uixeris. & paulo poſt. Quãobrem primũ danda opera eſt ne qua amicorũ diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit: ut extinctæ potius amicitiæ q̃ oppreſſæ eſſe uideatur. Cauendũ uero eſt. ne etiamin graues inimicitias conuertant ſe amicitiæ. e quibus iurgia maledicta cõtumeliæ gignũtur. Quæ tamen ſi tolerabiles erunt ferendæ ſunt: & hic honos ueteri amicitiæ tribuendus eſt. ut is in culpa ſit: qui faciat: nõ qui patiatur iniuriam. ſic ille. Sane plerumq; uſu uenit. ut ubi maxima fuerint amicitiæ & amorum ſigna illis demptis ſæuiſſima oriantur odia. Siquis unum exemplũ cuius tot ſunt ſtatim expoſtulet: memorabile erit filiorum. Micipſæ. Nam pro modico uno uerbo Iugurthæ animus uſq; adeo inflatus eſt ut nõ quieſceret/donec hiemſalem & poſtea Atherbalem fratres occidiſſet. ex qua re & ipſe poſtilla interiit. Vnde Saluſtiana uerba huc addere libet quæ huiuſmodi ſunt. Micipſa paucis poſt diebus moritur. Poſtq̃ illi regio more buſta magnifice feſcerant: reguli in unum cõuenerũt: ut inter ſe de cunctis negociis deſceptarẽt. Sed hiemſal qui minimus ex illis erat/natura ferox etiam antea ignobilitatẽ Iugurthæ: quia materno genere impar erat deſpiciens dextra Atherbalem aſſedit: ne medius ex tribus (quod apud numidas honori ducit) Iugurtha foret. Deinde tum ut ætati cõcederet fatigatus a fratre uix in partem alteram traductus eſt. Ibi cũ multa de adminiſtrãdo imperio differerent: Iugurtha inter alias res ait oportere quinquẽnii conſulta & decreta omnia reſcindi: Nã per ea tempora cõfectũ annis Micipſam parũ aĩo ualuiſſe. Tum idẽ hiemſal placere ſibi reſpondit: Nam ipſum illũ his tribus ꝓximis annis adoptione in regnum perueniſſe. Quod uerbum in pectus Iugurthæ altius q̃ quiſq̃ rat⁹ deſcendit. Itaq; ex eo tempore ira & metu anxius: moliri parare. atq; ea modo in animo habere. quibus hiemſal per dolum caperet. Hæc ille. Verum ergo eſt. Lis minimis uerbis interdum maxima creſcit. Ordo ſatis explanatus eſt.

Quid deus intendat noli perquirere ſorte
Quod ſtatuit de te ſine te deliberat ipſe.

Præceptũ hoc omniũ proxime ad chriſtianã fidem accedit: quo damnãtur oẽs ſortilegi: Præſtigiatores. dinatores: aruſpices extiſpices augures. atq; id genus omnes qui aues ignem uentos: omina: ſomnia. prodigia portenta: atq; etiam aſtra ſupra quã naturali ratione deprehendere poſſunt/obſeruant. quicunq; enim ineuitabiliter ab aſtris minitari: ita ut deus auertere nõ poſſit opinantur: male de deo ſentiunt. Quũ ea quæ nobis dubia & incerta ſunt: etiam deo manifeſtiſſima ſint. Vnde prouerb. xvi. Sortes mittuntur in ſinum: ſed a domino temperant. Et in eodem. Cor hominis diſponit uiam

ſuam:ſed domini eſt dirigere greſſus eius. Dicit autem ponderate poeta no li. perquirere ſorte per ſortem enim intelligit omnẽ fortuitam diuinationẽ cuius certæ ratiões ex phiſica nõ perſpiciũtur. Nemo enim inficias ibit quin ſuperioribus lationibus gubernemur præcipue quoad corpora. Neq; dubiũ multa ex aſtrorum conſpectibus futura proſpici poſſe. dicitur enim a diuino nate. Cæli enarrãt gloriam dei & opera manuum eius annunciat firmamẽtũ Verum ea ĩmutabilia nõ ſunt/quãtum ad corpus/quia de⁹ pluſq̃ natura põt Minuſq; quo ad animũ: quia ſapiens dominabitur aſtris. Satis autem epicuri ce poeta loquitur: quomodo Flaccus primo carminũ. Tu ne quæſieris ſci/ re nephas quẽ mihi/quem tibi: finem dii dederint leucothoe. Nec babylo/ nios tentaris numeros &c. Pone ordinem ſic. Noli perquirere. id eſt ſollici/ te indagare ſorte. i. conſulendo ſortilegos uel mittendo ſortes. quid deus in tẽdat: qa ipe deus deliberat ſine te ſine tua inqſitiõe. illud quod ſtatuat de te.

Inuidiam nimio cultu uitare memento
Quæ ſi non lædit tamen hanc ſufferre moleſtum eſt/

Monet ne nimiũ elegantes ſimus. ne mortales ut nobis inuideant ſollicite mus. Laurẽtius Vallẽ. hunc locum exponit. li. primo ubi de ſignificatione
Inuidia huius dictionis inuidia ſic loquitur. Inuidia autẽ præter illam ſignificatio/ nem notam/eſt uel dicto uel facto in alterum maliuolentiæ cõciliatio: ut ſi/ quis referat oſtendatue calamitates ſuas: ut auctori calamitatũ/Odium cæte rorum cõcitet. & hoc uocatur inuidiã facere uel uocare aut adducere in inui/ diam. Inde inuidioſa res/ quæ atrocitatem facti augens inuiſum illud uel il/ lius autorẽ facit. & inuidia quaſi atrocitas uel detractio. In quã ſignificationẽ accipio illũ uerſum. Inuidiã nimio cultu uitare memento. Nã latentẽ inuidiã quia nõ depræhẽdo: uitare nequeo. ſed eã quæ extrinſecus ſignificat: uel uo ce uel geſtu. cũ populus id ægre ferre ſe indicat in aliquo nimiũ & inſolen/ tẽ corporis cultũ. Ideoq; ſubiũgitur. Quæ ſi nõ lædit tñ hãc ſufferre moleſtũ eſt. ſcilicet hãc uel uoce uel geſtu: uel utroq; modo detractionẽ. Quare illud quoq; Terẽtianũ. Ita ut ſine inuidia laudẽ inuenias & amicos pares. Et illud Saluſtii licet e demoſthene ſit ſumptũ. Inuidia gloriã ſuperaſti. in hãc ſignifi/ cationẽ accipio. hæc Valla. Conſtrue ergo ſic. meméto uitare effugere inui/ diam. id eſt detractionẽ & oblocutionẽ hominũ nimio cultu. id eſt ꝓpter ele gantiã cultus tui. Quæ detractio uel uoce uel geſtu: dũ ſcilicet digitis te incæ/ dentẽ demonſtrant & a tergo digitis inſequũtur. ſi. i. quãuis non lædit. tamẽ moleſtum eſt ſufferre hanc. Quantã uero nitidus & elegans cultus inuidiam concitet. Indicat Hora. in ſermonibus. Quo tibi tulli Sumere depoſitũ cla/ uum fieriq; tribunũ Inuidia accreuit: priuato quæ minor eſſet. Nã ut quiſq; inſanus nigris medium impediit crus Pellíbus & latum demiſit pectore cla/ uum: Audit continuo quis homo hic/aut quo patre natus &c.

Eſto animo forti cum ſis damnatus inique
Nemo diu gaudet qui iudice uincit iniquo

Hanc ſententiã latiſſime Iuuenalis cõplectit in ſatyra cuius principium eſt Exemplo quodcũq; malo cõmittit ipſi diſplicet autori: prima eſt hæc ultio q; ſe Iudice nemo nocens abſoluit: improba quãuis Gratia fallacis prætoris uicerit urnã: Quid ſentire putas oẽs caluine nocẽti de ſcelere & fidei uiolatæ crimine: Sed nec tam tenuis cenſus tibi contigit: ut mediocrisiacturæ te mergat onus: Nec rara uidemus quæ pateris. Caſus hic multis cognitus / ac iam Tritus & e medio fortunæ ductus aceruo. Ponamus nimios gemitus: flagrãtior æquo. Nõ debet dolor eſſe uiri nec uulnere maior. Quibus uerbis poeta adhortat Caluinũ ut abnegatam pecuniam forti animo negligat. quãdo quidem peius contingeret abneganti q; ipſi cui abnegarat. Ille enim æterno animi cruciatu torquebit. Caluinus uero ditior ſi poſſet uegligere parũ iacturæ paſſus fuerit. In qua ſatyra pulcherrimis argumẽtis dehortat eũdẽ amicũ ne ſit appetẽs uindictæ. Quippe minuti: ſemp & infirmi eſt aĩ exiguiq; uoluptas Vltio: cõtinuo ſit collige. q; uindicta. Nẽo magis gaudet q; fœmĩa: Cur tñ hos tu Euaſiſſe putes quos diri cõſcia facti. Mens habet attonitos & ſurdo uerbere cædit Occultũ quatiẽte aĩo tortore flagellũ Pœna aũt uehemens ac multo ſæuior illis. Quas & cæditius grauis iuenit & Rhadamãtus Nocte die / q; ſuũ portare in pectore teſtẽ. unde Autor noſter. Eſto forti aĩo cũ ſis damnatus alicuius ſũmæ pecuniariæ: aut alterius rei pœna: inique. Quia nẽo qui uincit iniquo iudice gaudet diu. quia tortorem ſuum intra ſe portat. Vnde & Hieronymus de uallibus. nefandi nemo unquã ſceleris longo lætatur in æuo. Nam comes a tergo ſequitur uindicta.

Litis præteritæ noli maledicta referre
Poſt inimicitias iram meminiſſe malorum eſt.

Monet ut ex integro dimittamus: nec placati antiqua uulnera renouemus Nã ſi optimus q; ſq; pace & cõcordia gaudet certũ ẽ malignũ eſſe qui ſedatas iras cõcitat. Ordo eſt. Noli referre renouare recitare maledicta. i. cõuitia præteritæ litis. qa. meminiſſe. i. recordari ꝯ eſt enĩ præſentis ſignificatiõis) iram poſt inimicitias iã ſedatas. ſ. eſt malorũ. i: ptinet ad malos & litigioſos. Et qa offenſæ dimiſſæ obliuiſci pœnitus debemus: aptum eſt uerbum ignoſco: qđ eſt ſic culpam dimittere: ut ne cognoſcere quidem amplius uelimus.

Nec te collaudes nec te culpaueris ipſe
Hoc faciunt ſtulti: quos gloria uexat inanis.

Docet qui modeſtiã in appetẽda gloria ſeruabimus. Non enĩ decet ut nos ſtudia noſtra extollamus. unde Flaccus in epiſtolis. Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprendes. Vulgo etiam dicit. proprio laus ſordet in ore. Nã nẽo niſi glorioſus aut ambitioſus aut demq; inſanus fuerit ſeſe citra legitimã rationẽ laudabit Dico citra legitimã rõnẽ. Nã multæ ſunt rõnes qbus ſubigimur noſmet laudare. Vt ſi fama aut nomẽ bonũ picliteꝫ. licitũ eſt innocentiã oñdere: ſeq; modeſte laudare. Itẽ ſi autoritate nobis opus eſt ad docendum

aut instituendū. fas est ut nos cōmēdemus. quō apostolus in epistola fratres libēter &c. Tertio si de titulis & laudibus nr̄is percūctemur/nō liceret ꝓpter modestiā mētiri. Vnde interrogatus & adiuratus christus an filius dei esset rn̄dit tu dixisti. quarto si de desperatiōe tētemur. possum⁹ contra bn̄ facta nr̄a recēsere. Itē si deū obsecrare uolumus/atq; per innocentiam nostrā aliquid ab eo exorare. possumus modeste uitutes nostras adducere. Consimiles casus diligētissimus quisq; cōplures inueniet. Cæterū nullus casus est in quoad superbiā usq; liceat nos in bn̄ gestis extollere. At ne facere quidem ꝓ sola laude obtinēda nobis ꝓfuerit. De nullo enī a deo remuneratione habebimus nisi quod præcipue ipsius amore fecerimus. Vnde Saluator noster Matthei vi. Attendite ne iustitiā uestrā faciatis corā hoībus ut uideamini ab eis: alioqn mercedē nō habebitis apud patrē uestrū q in celis ē. Cū ergo facis elemosynam: noli tuba canere ante te/sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis/ut honorificent ab hoībus. Amen dico uobis: receperūt mercedē suā. Te autem faciente elemosynā: nesciat sinistra tua: quid faciat dextera tua: ut sit elemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum oratis nō eritis sicut hypocritæ/qui amāt in synagogis & in angulis platearū stantes orare: ut uideant ab hoībus. Amen dico uobis receperūt mercedē suam. Tu autem cū oraueris intra in cubiculū tuum: & clauso ostio ora patrē tuum in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. hæc ibi. Cauendū est ergo ne ꝓpter uanā gloriam te laudes. In oībus enī dei nō tuam laudē quæres. Cauendū præterea ē ne ut lauderis te uitupes. dici enim solet. nimia humilitas superbiam indicat. Innumeri enim sunt qui ut laudēt sese uitupare uidēt. & hii nō min⁹ ab iani gloria uexāt. Itaq; illud quos gloria uexat inanis. ad utrumq; refert/& ad eos qui sese laudāt: & ad eos qui ut laudētur se repræhēdūt. Nam qui contēni plane uult: neq; utilitatis rationē habet: is stultus & insanus haberi debet. Multæ tn̄ sūt causæ ob quas modeste fragilitatē nr̄am memorare possumus. uel qn̄ ambitio nos uexat. uel qn̄ ineptis laudibus quis nr̄am modestiā oppugnat. uel dū ad cōfidētiā trahimur. uel dū ab ingratitudine torquemur. Multisq; de causis aliis. Nūq; tamē ita nos uitupemus/ut scādalizemus imitatores nr̄os: aut famæ/q; ad docēdū opus est: iacturā faciamus. bn̄ ergo dicitur Nec te collaudes: Ordo est clarus.

Vtere quæsitis modice: cum sumptus abundat
Labitur exiguo quod partum est tempore longo.

Præcipit iterum ut temperatā parsimoniam obseruemus. ut enim docet Seneca. natura paucis contenta. At si quis plusq; satis expendere uelit is paulo post minus q̄ opus erit habebit: quia labitur exiguo quod partum est tēpore longo. Ideoq; dicitur. Non minor est uirtus q̄ quærere parta tueri. Parere ē cum sudore & labore acquirere quomodo mater filium parit. Ordo est. Vtere modice. id est parce. & sobrie quæsitis. id est rebus cōquisitis: quia cum. id est quando sumptus quo quæsitum absumis abundat. id est nimis abundanter fit. illud supple quod partū. id est conquisitum est longo tempore: labitur & defluit absumitur: exiguo. id est modico & breui tempore.

Insipiens esto cum tempus postulat aut res
Stultitiã simulare loco prudentia summa est.

Docet oĩ re tempestiue utẽdũ esse. Quia si sapiẽtia/qua nihil precios̃ius nõ sem̃p utẽdũ: quia nõ nisi tẽpestiue: certũ est aliis oĩbus nisi capta oportunita te supersederi posse. Si tñ uere interpretari uolumus: semp & ubiq; sapientia utendũ est Verũ diuersimode sapiẽtiã accipimus. aliqñ enĩ uocamus sapiam seuerã illã grauitatẽ quã sapiẽs rebus adhibere solet/& ab illa aliqñ receden/dũ est. quia non ꝓfuerit semp tetricũ illũ & seuerũ uultũ. atq; oĩa indistincte cũ grauitate facitare. Alia est sapia: qua sciẽ ubi quõ: qñ: quibusq; quicq; fa/ciendũ est. & ab ea nusq̃ oberrare licet: Cæterũ agere insipientẽ interdũ sum/mæ prudẽtiæ est. Vnde ulixes callidissimus olim dispari iugo aratra impulis/se diciẽ ne ad troiã ꝓficisci cogereẽ: atq; ita ꝓ insano dimissus est/donec Te lemacho filio obiecto aratrũ retraheret quare agnitus ẽ. Brutus quoq; ut Sæ uitiã Tarquinii superbi euitaret stultũ & insanũ se simulauit: qui idẽ eloquen tia & prudẽtia exigẽdi aut ꝓpulsandi Tarquinii autor extitit. Tẽpore Nero nis nobiles plurimi insanio studio incũbebãt ut se principi insaniẽti cõforma rent. Cuius ergo etiã tẽpore Domitiani alii scœnicis ludis: alii uenationi: alii aliis ineptiis inhiabant ut principi Domitiano eiusmodi rerũ studioso morẽ gererẽt. Itaq; stultos se hoc est ineptæ rei studiosos simulabant. sed frustra ut dicit Iuuenalis his uerbis. Profuit ergo nihil misero q̃ cominus ursos. Figebat numidas albana nudus harena Venator: quis enĩ iã nõ intelligit artes Patritias quis priscũ illud miret acumen Brute tuũ: facile est barbato impone/re regi &c. de Bruto etiam est illud Ouidianũ fastorũ. ii. Brutus erat stulti sapiens imitator ut esset Tutus ab insidiis dire superbe tuis &c. Ordo textus est. Esto insipiens. i. quasi insipiẽs & insipiẽti similis cũ tempus aut res postulat. Quia summa prudentia est simulare stultitiam loco. id est in locoubi decet. Non ergo uult ut insipientes simus: sed ut simulemus: saluo tamẽ decoro. ut uidelicet simulemus nos nõ sapere quod sapimus: qñ prosit non discussisse.

Luxuriam fugito simul & uitare memento
Crimen auaritiæ nam sunt contraria famæ

Multis locis uidet autor noster magis moralis q̃ christianus: imo satis credo ipsum christianũ nõ fuisse. neq; tñ eius dicta ꝓpterea respuẽda sunt. Quia ut Diuus Augustinus in libro de doctrina christiana docet. Philosophi maxime Platonici si qua fidei nostræ cõsentanea dixere/ nõ solũ formidãda non sunt: uerũetiã ab eis tanq̃ ab iniustis possessoribus in usum nostrũ cõuertẽda. Hæc ille. Hoc igit̃ loca poeta luxuriã & auaritiã uitanda docet: quia sunt contraria famæ. quod & christianissimus quisq; fatebit̃ egregie. cæterũ christia/nus uel simplicẽ fornicationẽ mortale peccatũ docet: quod autor forte non cognouit. Ordo est. Fugito luxuriam & memẽto uitare crimẽ auaritiæ: quia hæc duo sunt cõtraria id est res cõtrariæ famæ id est bono nomini. Hic animaduertas quod grammatici dicũt. Quotiens duo substãtiua cuiusuis generis

præcedunt si significãt res inanimas. possimus adiectiuum pluratiuũ in neutro genere ponere. ut apud Virgilium in Bucolicis. post duo masculina additur neutrum. daphnidis arcum fregisti & calamos quæ tu peruerse menalcha. Et cum uidisses puero donata dolebas.

Noli tu quædam referenti credere semper
Exigua est tribuenda fides qui multa loquuntur

Dãnat uitiũ nimiæ credulitatis & loquacitatis. Si nõ uis inquit decipi ne credas loquacibus: & si uis ut tibi fides habeatur pauca loquere. Ordo est. Noli credere semper referenti semper quædam. id est ei qui tacere nescit. Exigua fides. id est credulitas ẽ tribuẽda supple his qui loquuntur multa. unde prius. Rara fides ideo est: quia multi multa loquuntur.

Quod potu peccas ignoscere tu tibi noli
Nam nullum crimen uini est: sed culpa bibentis

Reprobat eos qui crimina sua in rem trãsferunt. de qbus Seneca in ultima Epistola qnti libri. Intelligas tua uitia eẽ quæ putas rerũ. Quædã enĩ locis & tẽporibus ascribimus At illa quocũq; trãsferimur secutura sũt. uñ paulo post Nẽo se auarũ eẽ intelligit: nẽo cupidũ: cæci tñ ducẽ quærũt: nos sine duce erramus: & dicim⁹. Non ego ambitiosus sũ: sed nemo aliter Romæ põt uiuere. Nõ ego sũptuosus sũ: sed urbs ipa magnas ipẽsas exigit. Nõ est meũ uitiũ q̃ iracũdus sũ: q̃ nõdũ cõstitui certũ gen⁹ uitæ: adolescẽtia hæc facit. Quid nos decipimus? nõ ẽ extrinsecus malũ nĩm: intra nos ẽ: in uisceribus ipis sedet. & ideo difficulter ad sanitatẽ pueni mus: qa nos ægrotare nescimus. hæc Seneca. Simili mõ neqcq̃ accusam⁹ uinũ: qa dici solet si post uina labes nõ uini: sed tua labes. Ordo est. Noli ignoscere. i. ueniã dare tibi q̃ tu peccas potu. i. noli excusare. i. in excusationẽ adducere uini uigorẽ. quia nullũ crimẽ est uini sed culpa est bibentis. Si etenim temperate & dilutius biberis non officeret tibi.

Consilium arcanum tacito cõmitte sodali
Corporis auxilium medico cõmitte fideli.

Vtilissima duo hæc sũt præcepta: & scite oĩno descripta. Quia etenĩ amicus est quasi alter tu: atq; his quicũ oia pinde ac tecũ loq possis: uult poeta ut nõ celemus ipsum cõsilia nra. Ingentis enĩ amicitiæ indiciũ est credere consilia arcana præcipue. Verũ tñ quia multi futiles sunt ꝓspiciẽdũ est inquit poeta: ut sit tacitus. Quia nisi fidẽ eius ante sæpe perspexisti. Ne credas ei secreta tua unde magnum malũ si sciant tibi euenire possit. Vnde prudẽter Seneca epistola tertia i primo libro. Tu uero oia cũ amico delibera: sed de ipo pri⁹ Post amicitiam credendũ est, ante amicitiam iudicandũ. Isti uero præpostere officia permiscent: qui contra præcepta Theophrasti cum amauerint iudicant: & amant cum iudicauerint. diu cogita an tibi in amicitiã aliquis recipiendus

sit: cū placuerit fieri: toto illum pectore admitte. tam audacter cū illo loque/re q̄ tecum. Tu quidē ita uiue ut nihil tibi cōmittas: nisi quod cōmittere etiā inimico tuo possis. Sed quia interueniūt quædā quæ consuetudo fecit arca/na: cum amico oēs curas: omnes cogitatiōes tuas misce: fidelē si putaueris fa cies. Nam quidā fallere docuerūt dum timent falli: & illius uim peccandi su/spicando fecerunt. Quid est ergo/ quare ulla uerba coram amico meo re/traham? Quid est quare me coram illo nō putem solum Quidā quæ tantum amicis cōmittēda sunt omnibus narrant: & in quaslibet aures/ quicquid illos urit exonerant. Quidā rursus etiam charissimorū cōscientiā reformidāt: & si possent/ ne sibi quidē crediturī: interius premūt omne secretū. Neutrum fa/ciendū est. Vtrumq; enī uitiū est. & omnibus credere & nulli. Sed alterū ho/nestius dixerim uitiū: alterū tutius. hæc Seneca. Cōmitte ergo. id est cōcre/de. consoliū arcanū. id est secretū sodali. id est amico familiari tacito. id est q̄ tacere scit. Itē cōmitte fideli medico auxiliū corporis: Nō enī cōfidēdū est inexpto Nā īfœlicissim? ē ī quē facit medic? piculū Neq; fides habēda medi/co quē heredē scripsim? uñ Sene. male secū agit æger medicū q̄ hæredē facit.

Successus indignos noli tu ferre moleste
Indulget fortuna malis ut ledere possit

Docuit. ibi. Nolo putes &c. nō arbitrandū esse peccata sontiū impunita de relinqui tametsi dii ad tempus differant. Nunc docet ne moueamur. super fœlici successu peccatorū. Quia fortuna illis blanditur quos destruere parat. Nihil præterea est infœlici? q̄ habere prosperitatē in peccādo. Per aduersita/tem enī & tribulatū multi reuocati sunt. Vnde Psal. Ad dominū cū tribula/rer clamaui & exaudiuit me. Qui uero in ꝓsperitate peccāt occecant. Maleq; de illis opinādū est. timendum eos ab æterna supplicia reseruari. Quia deus quos diligit castigat. Multi ineptias sane quā multas huc afferūt disputantes an dignos an indignos legēdū sit. oīa aūt antiquiora exēpla indignos habēt Liquescit aūt more antiquo s. quo mō nūc m. cū præcedēti uocali: sicut in il/lo Virgiliano. Inter se coiisse uiros & decernere ferro. Est aūt dignus na. nū. atq; anceps uocabulū. Accipit enī tā in bonū q̄ in malū. referturq; tā ad pso/nā q̄ ad inaīa. ut fur est dignus cruce. & crux ē digna fure. Vir bonus ē dignus laude & laus ē digna bono uiro. Digne enī aduēit qđ iuxta meritū siue bonū sit siue malū. Cōtra īdignū qđ præter meritū Mali ergo & iniq sūt īdigni pro speritate: & ꝓsperitas ē īdigna quæ obuenit malis. Ordo igit ē. Tu noli ferre i. pati moleste. i. ī patiēter successus. i. ꝓsperitates: īdignos. i. quæ obueniūt in dignis: utpote prauis & iniqs. Quia fortuna indulget malis. i. molliter fouet malos & blāde adorit eos ut possit lædere. Ea enī fortunæ natura ē. ut quos primū blāde afficit paulo post p̄cipitet. uñ Señ. fortuna cū blādit captatū ue/nit. itē. fortuna citi? repiet q̄ retineas. itē fortuna uitria ē: quæ cū nimiū splēdet frāgit. ut uero Virg. docet fortuna īmeritos auget honorib? fortuna īnocuos cladib? afficit. iustos illa uiros paupie grauat. Indignis eadē diuitiis beat Verū ē ut dicit/ Incōstās fragilis ꝓfida lubrica: nec quos clarificat perpetuo fouet. Nec quos destituit ꝓpetuo ꝓmit. ita noli ferre moleste indignos successus.

Succeſſus dicit a ſuccedēdo. ſuccedere aūt tacite ꝓgredi & præcedētē quānis rem cōtinuare: ut ſuccedímus patrio regno. quotiēs illo defūcto hæreditatē adimus. Stati. patrio uetitā ſuccedere cælo. Capit aūt ut plurimū in bonā ptē Nā malorū ꝓceſſus nō ꝓprie ſuccedit. i. tacite ꝓgredit: ímo cū flagratione & multo murmure. Indulgere eſt nimiū alicuí cōcedere. ut dū parentes filios ad libitū ſinunt luxuriare. dicūtur illis indulgere/ Vnde illam mollem educa tionem: indulgentiam uocant. Indulget ergo fortuna malis quādo ipſis ni/ mis laxas habenas dat. Sicut qui nimium uacat ſomno/ indulgere illi dicitur Catholici noſtri: quia quibus indulgemus: faciliter ignoſcimus. acceperunt ſatis duriter indulgentiam pro uenia. & remiſſione.

Indulgeo

Proſpice qui ueniunt hos caſus eſſe ferendos
Nam leuius lædit quicquid præuidimus ante.

Hāc ſnīam Terētius ín phormione cōſequit. Vbi demipho ſic ſecū. Incer/ tū eſt quid agā: quia præter ſpem: atq; incredibile hoc mihi obtigit: ita ſum irritatus: Animū ut nequeā ad cogitādū inſtituere. Quāobrē. Oēs cū ſecūdæ res ſunt: tū maxime meditari ſecū oportet: quo pacto aduerſam erūnā ferant picula: dāna: exilia: pegre rediēs ſp cogitet/ aut filii peccatū/ aut uxoris mortē aut morbū filiæ: cōia eſſe hæc fieri poſſe ut nequid aío ſit nouū. Quicqd præ ter ſpem ueniat oē id deputare eſſe in lucro. Hæc ibi. Docet ergo poeta ut quæ uētura ſunt aut euenire poſſūt picula: ꝓuideamus: ne nos repēte obruāt & peſſundent. Quocirca Virgilius in ſexto. Aeneā quē uirū prudentē ubiq; demōſtrat/ facit ſic ad Sibillā quæ caſus futuros enūciabat/ eloquentē. Non ulla laborum: O uirgo: noua mi facies inopinaue ſurgit. Oī a percepi atq; aío mecū ante peregi. Iuxta quā rem dicit Cicero Nihil eſt quod tam obtundat eleuetq; ægritudinē: q̄ ꝓpetua in oī uita cogitatio: nihil eſſe quod nō accide/ re poſſit. Hinc etiā Dido in quarto hūc ego ſi potui tantū ſperare dolorē. Et perferre ſoror potero. Itē dicit. Quæ præuiſa/ minus tela nocere ſolēt. cuius rei amplū teſtīoniū apud Ouidiū ē. Proſpice ergo caſus qui ueniūt. i. uenire poſſūt eſſe ferēdos Nam quícqd præuidímus ante lædit leuius. i. minus præ uidimus ante alterū uacat ſatis eſſet præuidimus: aut ante uidimus Frequens tamen eſt. Alexandrini purgarēt per illud. Equiualens geminis harum ſi iū/ gitur uni Dictio: pro reliqua tantummodo debet haberi.

Rebus in aduerſis animum ſubmittere noli
Spem retine ſpes una homines in morte relinquit

Docet in aduerſis rebus bñ ſperādū eſſe. Nihil enī mala tolerabiliora facit q̄ ſpes ſalutis/ ꝓinde miſerrime cū illis actū eſt qui in inferno ſine ſpe torquē/ tur. Sperādū eſt ergo melius. Nam ut dicit ſpes nō derelinquit hoīem niſi in ipſa morte. Quīn & dānati ad mortē nō nihil ſpei habēt. Videt aūt reſpicere ad fabulā quā alio loco de prometheo recitauimus Dicūt enī deos pandorā

miſiſſe ad eũ cũ uaſe in quo incluſi eſſent morbi: ſed illud Prometheus frau/dem præuidẽs non recepit Subdola autem puella iterũ abſente Prometheo rediit fratriq; Epimetheo obtulit: Accepit ſtultus aperuitq; unde oẽs ſtatim morbi euolarunt præter ſpem quæ fundo uaſis adhæſit. Quod idcirco fingi tur/quia nullũ ſpes deſerit quanq̃ ſumma ægritudine cõficiat. Longa autem inter doctos diſputatio fuit/uterũ mali plus an boni ſpes mortalibus afferat. Interdũ enim deſperatio uictoriã attulit. Vnde in ſecundo Aenei. Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem. Quantũ uero de ſalute animæ firmiſſime ſpe/rare debemus: ne inſpiritũ ſanctum peccantes dãnemur. Curandũ tamen ne friuole ſperemus. Quia ut dicit Gregor. Etſi omniũ bonorum largitor deus ſit: tamen noſtræ fructũ quærit induſtriæ. Et Augu. Qui fecit nos ſine nobis non ſaluabit nos ſine nobis. Prudentiſſime uero poeta noſter docet ut in re/bus lætis aduerſa proſpiciamus. Atq; in aduerſis meliuſcula ſperemus. Ordo eſt. Noli ſummittere. i. deprimere & reiicere animũ in aduerſis rebus: retine ſpem: ſpes una. ideſt ſola relinquit homines ĩ morte: hoc eſt ad mortem uſq; nos comitatur. Vnde Tibullus. Sed potius coniunx huius ſpem nominis illi Auferet extincto pallida ditis aqua.

Rem tibi quam noſcis aptam dimittere noli
Fronte capellata poſthac occaſio calua.

Elocutio hæc ſatis obſcura multis uidetur. Sed hoc dicit quod Flaccus in epiſto. Et quãcũq; deus tibi fortunauerit horam Grata ſume manu: nec dulcia differ in annũ: Et quod Terentius in heauton. Clitipho datur fruare dum li/cet. Nam neſcias eius ſi ſit poteſtas poſthac an unq̃ tibi. Dicit ergo autor no/ſter. Si proſperã atq; tempeſtiuam horã alicuius rei tibi conducibilis confici/endæ nactus fueris: nolito eam dimittere. quia forte nunq̃ iterum dabitur ea dem opportunitas. Multa enĩ ſi ſeruetur oportunitas facilia quandoq; factu eſſent quæ poſtilla difficillima fiẽt. Vnde Hectorem dicũt in primo cõgreſ/ſu græcos inæternã fugam propulſaſſe potuiſſe: quod ne unq̃ quidem poſtea potuit. Turnus niſi furor ipſi mẽtem eripuiſſet: potuit ſuos in Troiana caſtra immiſiſſe totũ genus deleuiſſe ut atteſtatur Virgilius in nono: ſed quia dimi ſit opportunitatem oblatam tantũ poſtea abfuit ut troianos deleret: ut ipſe Aeneæ manu ſuccũberet. Affert ergo dies ipſa ſæpe nobis ultro: quod neq; uiribus neq; ingenio nanciſceremur. Vnde eſt illud in principio noni Aenei. Turne quod optanti diuum promittere nemo Auderet: uoluenda dies en at tulit ultro. Vtitur autẽ poeta deuerbio antiquo. Fronte capillata Quod ut q/libet intelligat latius deducam. Et primũ illud ſatis manifeſtum puto: frontẽ accipi pro cuiuſlibet rei parte quæ nobis prima offertur ſicut frons in homi/ne. Vnde etiam ineptuli dicũt multa prima fronte uera uideri quæ ſi propius inſpiciant falſa ſunt. Præterea dicunt in fronte oratiõis pro in principio ora tionis & in calce pro in fine quid ſcriptum eſſe. Notum eſt frontẽ pro prin/cipio cuiuſlibet rei nobis ſe primum oſtentantis ſæpe poni. Capilloſus autẽ

methaphoricos diues appellabatur. Nam ut est in apologis Aesopi Phrigii illius fabulatoris. Vir quidam duas duxerat uxores iuuenculam & grandem natu: quarum altera ut sibi similis esset canos illi: altera nigros capillos subleget. qua uiatotus caluus effect? est. Per quam rem significatur nudatus & spoliatus ab illis dum utriq; obsequi uellet. Hinc etiam dicimus compillare & expillare ꝓ furari. Flaccus in primo sermone. Ne me crispini scrinia lippi Compillasse putes uerbum non amplius addã. Capillatus ergo dicit' qui multos capillos habet quem metaphoricos diuitẽ & molliter uiuentem uocamus: Caluus autem dicitur qui defluuium capillorꝫ passus est præcipue supra frontem. Occasio dicitur ab occidendo quod compositum ẽ ab ob & cado: quod duo significat: primo ꝙsi decidere. i. deorsum cadere. Vñ & occasus solis. Vnde etiam cadentes in bello occidere dicuntur. Secundo significat casu & fortuitu: hoc est præter spem accidere. hoc enĩ ob in multis efficit ut forte quadam euenisse dicantur: ut obiicitur: opponitur: offertur &c. quid non opinãti. hinc dicitur occasio opportunitas illa quæ nobis nil tale opimantibus uel prospicientibus sese nobis offert. Compone ergo grãmaticalem expositionem sic. Noli dimittere. i. differre ĩ aliam horam: rem quam noscis tibi aptã i. conuenientẽ & oblatam. quia. Occasio fronte capillata. i. quæ habet frontem capillatam: hoc est locupletissima est & optimã nobis ad faciendũ quod statuimus uiam offert in principio est posthac. i. postmodũ calua. i. imbecillis & sine uiribus: hoc est sæpe res in principio facillime fieret: quæ dilata fieri non potest. Posthac & antehac aduerbia temporis. Neq; accipiuntur solum ut sint posthac. i. post hoc tempus. & antehac ante hoc tempus. uerum etiam ut sint post uel ante quoduis tempus. Et quia in grammatica sumus. fronte capillata/ ablatiui recti per eam regulam. Omne substantiuũ significans totum uel subiectũ regit partem uel proprietatem in genitiuo uel in ablatiuo mediante adiectiuo: sicut ergo propriꝫ dico uir capillatæ frontis uel capillata frontе. ita metaphoricos Occasio capillatæ frontis uel capillata frõte. quod ideo dico quia interpretes qui hunc locum non accipiunt dicunt fronte capillata

Prætermitto

supple existente/ ut sint septimi casus in designatione sequelæ positi. dicam & illud. Pretermittimus rem quam ex parte linquimus: ut si eius rei quam tracto non oẽs partes dico: tunc prætermitto eas. Intermmittimus quo ad tẽpus/ ut quando non toto tempore quid facere instituimus ut studia intermissa sunt quæ nõ continuo fiunt.

Intermitto

Remitto.

Dimitto

Remittimus rem quo ad gradus ut sic dicam & intensionem eius. ut si continuo studeo: sed non æque diligenter: tunc dicor studia remisisse. Dimittimus autem quando in aliud tempus differimus rem totam. nam dum partem eius quam incepimus differimus: tunc ut dixi intermittimus. Quando ergo quis soluendo non est: sperat tamen aliquando fore: tunc potest illud dicere/ dimitte nobis debita nostra. Modeste ergo deus nos orare docuit: ut deus nobis parcat: & differat donec soluendo simus. non autem ut penitus acceptum ferat. Nam eo animo esse debemus: ut contenti simus deus offensam remittat & quantum possimus pro delicto hic penas demus. Non enim continuo si offensio remissa est: omnis pena deletur. Noli ergo dimittere: id est in aliud tempus differre conditionem tibi oblatam si bona sit.

Quod ſequitur ſpecta quodq; eminet ante uideto:
Illum imitare deum qui partem ſpectat utramq;

Monet ut prouidi & circumſpecti ſimus & præteritas res repetamus diligenti memoria ut futuras melius proſpiciamus. quia ex rebus ante actis diſcimus quid agendum eſt. Ordo eſt. Specta: id eſt ſæpe & diligenter proſpice. quod ſequitur: id eſt rem futuram. & uideto quod eminet ante: id eſt quod ex tempore præterito nobis claret: & euidens eſt. Imitare: id eſt inſequere illum deum qui ſpectat utramq; partem: id eſt Ianum qui ſpectat utramq; partem anteriorem & poſteriorem unde & biceps ſeu bifrons dicitur. Ouidius in faſtis. Quem tamen eſſe deum dicam re Iane biformis. Nam tibi par nullum græcia numen habet. Ede ſimul cauſam cur de cæleſtibus unus Sitq; q̄ a tergo ſitq; q̄ ante uides &c. Cauſam ibi habebis q̄ cum Ianus Ianuis & omnium rerum principiis præſit unde & primus menſis ab eo Ianuarius dicitur. Ianuis autem duæ ſunt facies intro & foras proſpectantes. Sed qui ad hiſtoriam referunt dicunt Ianum antiquiſſimum regem italiæ fuiſſe qui Saturnum fugientem ſuſcepit in partem regni: quem quia & præteritarum rerum memoria & futurarum prævidētia plurimum potuit: bicipitem finxerunt: Qui ad phiſicam rationem referunt dicunt ipſum etiam quadrifrontem propter quattuor elementa. Sed autor noſter dicit eum nobis imitandum eſſe propterea q̄ & poſt & ante ſe uideret. Certum eſt autem ut autor eſt in Iugurtha Saluſtius. Imprimis magno uſui eſſe memoriam rerum geſtarum. Quamobrem Tullius ait. Nihil earum rerum ſcire quæ anteq̄ naſcereris factæ ſint: hoc eſt ſemper eſſe puerum. Pulchrū præterea eſt (ut ueriſſime inquit Diodorus) ex aliorum erratis in melius inſtituere uitam noſtram/ & quid appetendum fugiendumue ſit/ ex aliorum exemplis poſſe cognoſcere. Vnde haud immerito Demetrius phalereus Ptolomeum regem ſubide admonebat ut libros lectitaret: quoniam quæ amici non audent principibus demonſtrare/ ea omnia in libris ſcripta reperiuntur. Operæprecium eſt ergo ante acta præcipue a nobis repetere. Neq; uero dubitandum eſt quin prouidentia rerum futurarum maxime laudi detur: ſine qua nemo ſapiens eſſe poterit: nemini beate uiuere datur. neminem ad optatum portum pertingere uidemus. Imitemur igitur Ianum atq; nouiſſima cum præteritis penſitemus.

Fortius ut ualeas interdum parcior eſto
Pauca uoluptati: debentur plura ſaluti.

Monet ut ſaluti corporis conſulemus parce & frugaliter uiuendo. Nam multos occidit gula. Ordo eſt ut ualeas fortius. i. ut incolumis ſis eſto interdū parcior. uideſ ut diximus epicureā ſectā pfeſſus. Itaq; nō uult ut oīno parcus ſis. ſed parcior paulo. Neq; iubet ut uoluptatem reſpuas. ſed ut magis ſaluti conſulas. Pauca enim inquit debētur uoluptati hoc eſt nō magnæ curæ tibi eſſe debet uoluptuoſa uita. nam plura debētur ſaluti. i. incolumitati. Seuerius di-

cit Horatius in epistolis. Sperne uoluptatem nocet empta dolore uoluptas. emitur autem sic dolore: quia qui inter ingurgitandum multa fercula uoluptatem capiunt: postridie crudo stomacho: & perturbato cerebro pendũt pœnas. de uoluptate contemnẽda est illud Ciceronis in de amicitia. Ab his qui pecudum ritu ad uoluptatẽ omnia referunt longe dissentimus. Nec mirum Nihil enim altum: nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt: qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem: tamq; contemptam. Et paulo ante dixerat beluarũ esse uoluptatem ut summũ bonum amplecti. Tametsi ergo non nihil uoluptati debetur/ plura tamen debentur saluti etiã corporis nedum animæ/ quocirca inuitat ut sobrii simus. Est enim sobrietas mater incolumitatis: quin ut dicit Iuuenalis: Voluptatẽ commendat rarior usus. Quocirca dicitur Prouerbiorum. ix. A quæ furtiuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior.

Iudicium populi nunq̃ contempseris unus
Ne nulli placeas dum uis contemnere multos

Monet ne argutuli & scioli scimus cõtra cõmunem opinionem omniũ sentientes: ni forte socratico more ad scrutandam ueritatem id fecerimus Adhibenda est igitur cautio ne repugnando cõmuni opinioni cõmune odium subeamus. Ordo est. Nunq̃. i. non unq̃. non contempseris unq̃ unus. i. solus non fretus autoritate idonei & probati uiri aut euidentissimis rationibus fulcitus. iudicium. id est sententiam populi. Ideo. ne placeas nulli: dum uis contemnere multos. atq; ita ab omnibus contemnaris. Vitium est ergo pertinacem esse in opinionibus suis.

Sit tibi præcipue (quod primum est) cura salutis
Tempora ne culpes cum sis tibi causa doloris.

Adhortatus ẽ ut salutẽ corporis curemus. Nũc ut animæ. dicitq; ꝙ præcipue debeamus curare salutẽ: hoc est ut beatitudinẽ cõtingam9. Deinde innuit in nostra potestate esse ut salutẽ obtineamus. quia si peccauerimus non tẽporis sed nostra culpa est: qñquidem tempus nos subigere non potest si modo resistere uelimus libidinibus: turpiq; uoluptati. Ordo est: Cura salutis sit tibi pcipue: quod. i. quæ res est primum. i. præcipua & primum consideranda: & cũ id est qñquidẽ tu sis tibi causa doloris ne culpes. i. accuses uel excuses tibi tẽpora. Non multum abest a illa sententia Quod potu peccas. sed ibi monuit ne rei nunc ne tempori animaduerteremus.

Somnia ne cures: nam mens humana quod optat
Dum uigilat: sperat: per somnum cernit id ipsum.

Docet ne adhibeamus fidem somniis: uana enim sunt: ut quæ non ex diui/

na reuelatione: sed aut ex imbecillitate cerebri. de quibus Horatius in de arte. uelut ægri somnia uanæ finguntur species: aut ex perturbato animo proueniunt: quando quod interdiu nimiũ cupimus noctu uidemur uidere de quibus conformiter ad autorem est illud in Andria Terentii. Num ille somniat ea quæ uigilans uoluit &c. non est igitur fides habenda somniis. Vnde Tibullus. Somnia fallaci ludunt temeraria nocte Et pauidas mẽtes falsa timere iubent. Cæterum Macrobius uir multa doctrina pollens in de somnio Scipionis quinq; somniorũ species enumerat. Somnium. uisionem. oraculum. insõnium. & phantasma. Inter quas duæ insõnium & phantasma uanæ sunt. Somnia autẽ quæ post mediam noctem ut aiunt ostenduntur: uisiones & uisa: nõ reprobãtur. Nam & Ioseph somnia. & apostoli uisa: & multorum sanctorum uisiones credendæ fuerunt. Ordo est ne cures/somnia: id est insomnia & phãtasmata. Nam mens humana cernit id ipsum per somnum quod optat & sperat dum uigilat. Et hæc de secunda parte huius opusculi.

Tertium uolumen.

Oc qui cũq; uelis carmen cognoscere lector
Hæc præcepta feres quæ sunt gratissima uitæ
Instrue præceptis animum ne discere cesses
Nam sine doctrina uita est quasi mortis imago.
Commoda multa feres: si nautem spreueris illud
Non me scriptorem sed te neglexeris ipse.

Oc quicũq;. Quandoquidem (ut aiunt) Quod caret alterna requie durabile non est: poeta ne uno spiritu legeretur: resumptis exordiis: intermittendã esse lectionem. atq; repetendam significat. Inuitat ergo nos iterum ad præceptorum suorũ lectionẽ: ostendens quantæ commoditatis sit sapientiæ incũbere: sine qua homo quasi sine uita degeret. Est enĩ sapientia ipsa splendor uitæ. Quod si quis per ignauiã lectione hac supersedeat: non scribenti qui officio boni uiri functus est: sed negligẽti uitio dabitur. Eadẽ sententia ẽ apud Persiũ satyra prima. ubi admonitus si sic præcipere pergat a nemine lectũ iri? respondit nugas esse: quando quidẽ officium boni uiri non in arbitrio fortunæ est: sed penes ipsum uirum: ideoq; non esse curandum monet: ut quis suffragiũ populi habeat. sed ut dignus sit qui habeat: Nãtametsi populus bene scripta & dicta aut negligat aut damnet: non propterea omittas recte facere & bene præcipere: quia ĩ te merces sita est. ideoq; ait. nec te quæsiueris extra. Ordo ẽ. Tu lector qcũq; uelis cognoscere hoc carmẽ qđ scripsi? s. sum. feres ex eo hæc præcepta quæ sunt gratissima. i. saluberrima & utilissima uitæ. Ad bene uiuendum. Instrue animũ tuum præceptis. i. doctrinis quæ præcipiuntur/ne cesses. i. desinas aut omittas discere. Nam uita sine doctrina est quasi imago mortis: hoc est perinde est atq; si mortuus sis. si

ſine doctrina uiuas. feres inq̃ ex carminis noſtri lectiõe multa commoda. ſin autem. i. ſed ſi ſpreueris illud ſubaudi carmen. ipſe. i. tu nõ neglexeris me ſcriptorem. Quia iuſq; deq; fero: & pro eodẽ habeo ſiue legas ſiue negligas/ dũmodo officio meo perfungar. ſed tu neglexeris te. i. cõmoditatem tuam: qui bonam doctrinã negligens turpiter errabis. Gratum & iucundũ Valla late diſiungit. Nam iucundum proprie inquit in proſperis. gratum in aduerſis dicitur. Enimuero Iucũdum dicitur quicquid nos iuuat & delectat uoluptateq; afficit: quod affert: tametſi in re doloſa. ut ſi in patris mei exequiis officioſũte præſtitiſti: gratam quidem rem ſed non iucundam effecifti. At ſi animum cantu: aut iocis demulces plus iucundus q̃ gratus uocaberis. Bene ergo dicit hic feres gratiſſima: quia de utilibus loquitur: Ne diſcere ceſſes. Compluria ſunt philoſophorum exempla: qui in nouiſſimã uſq; horam didicerunt. Cuiꝰ ſententiæ & Auguſtinus noſter & Hieronymus fuerunt. Similiter & Seneca: qui ait in ultima epiſtola decimi libri. Etiam ſeni eſſe diſcendum. immo tam diu (inquit) diſcendum eſt q̃diu neſcias: & ſi proprio credimus q̃diu uiuas. & alii fere. proinde non eſt in re manifeſta morandum.

Cum recte uiuas ne cures uerba malorum
Arbitrii noſtri non eſt quod quiſq; loquatur.

Monet ne ob inuidiã aut oblocutionem malorũ deſeramus uirtutẽ: Nõ enĩ in poteſtate noſtra eſt ut cuiuſlibet ora obſtruamus. Nõ enĩ poteſt fieri ut in ter tot ſtudiorũ ingeniorũq; diuerſitates omnibus placeas. Verum ut Seneca inquit. Si multis placuerit uita tua: tibi placere non poterit. Plures enĩ mali ſunt q̃ boni: ſed malis mala placẽt: Ideoq; ut idem Seneca ait: Malis diſpliacere laudari eſt. Itaq; cum obiiciatur. Male de te loquuntur homines. Reſpõdendum docet Mouerer ſi iudicio hoc facerent: nunc morbo faciunt. Non de me loquũtur: ſed de ſe. Bene loqui neſciunt faciunt non quod merui ſed quod ſolent. quibuſdam enĩ canibus ſic innatum eſt ut non pro ueritate ſed pro conſuetudine latrent. Quantum tamen cum uirtute fieri poteſt: habenda eſt ratio boni nominis. Nunq̃ uero a uirtute diſcedendum eſt. Ideoq; ait. Cum. i. quando uiuas recte ne cures. i. ne magnifacias uerba. i. obtrectatiões malorum quia non eſt noſtri arbitrii. i. in noſtræ uoluntatis poteſtate quod quiſq; loquatur: hoc eſt non poſſumus facere/ ut homines nõ ualeant de nobis mala loqui: ſed bene ne iuſte id faciant. hoc eſt quilibet poteſt dummodo uult bonus eſſe. non autem uideri & omnibus placere. Quia quanto melior fueris tanto inuido magis diſpliceas.

Productus teſtis ſaluo tamen ante pudore
Quantumcumq; potes celato crimen amici.

Docet (Quod etiam apud Aulum Gellium eſt.) Amicis obſequendum eſſe uſq; ad deos. Nam ſi/ honeſte inquit poſſis contra amicum teſtis produci: ce/

lato quantumcumq; potes crimen amici. Dicit quantūcūq; potes: per quo excludit dolos fraudes & periuria. Nam si bonus eē uis neq; pro tua neq; pro amici uita saluanda peierabis. Vnde dicit Psalmista. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo cordo qui non accepit in uanum animam suam nec iurauit in dolo proximo suo. Cicero multis modis docet non esse peccandum pro amico. sed peccatum imprimis detestabile est periurium: quo non modo nostram fidem penitus abiicimus: sed uel deos quātum in nobis esset: falsitatis patientes eē protestemur. Iccirco dicitur Prouerbiorum. xix. Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur non effugiet. Et iterum. Falsus testis non erit impunitus & qui loquitur mendacia peribit. Et rursus in eodem. Testis iniquus deridet iudicium &c. &. xxi. Testis mendax peribit. Scriptum enim est Deutronomii quinto. Nec loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Propterea ergo dicit quantumcumq; potes: salua scilicet ueritate & iustitia. Cæterum pro amico id facere potes: ne plus cōtractum dicas q̄ rogeris: & pro eo si citatus testis fueris: siquid noueris quod illi commodum sit etiam non rogatus dicere licet. Videtur autem respicere ad antiquamcō/ suetudinem: in qua neminem in ius protrahere iniecta uiolenter manu phas erat nisi facta attestatione: quæ ad libitum attestantis erat. Ideoq; interrogabant: priusq̄ illi aurem uellerent: an liceret attestari. Quia ergo non nisi cum tua uenia fiat attestatio per te dicētem: licet: honestumq; sit contra amicum testem uenisse. ideo addit salvo tamen pudore. multæ enim sunt uiæ quibus ne contra amicum testis producaris. Si tamen lex aut æquitas te cogit ut testis sis: quantum cum conscientiæ integritate facere poteris celabis crimen amici. Ordo est. Tu productus testis: id est siquando fueris productus testis: quod licitum est: saluo tamen ante pudore. celato: id est absconde quantum potes salua iustitia crimen amici.

Sermones blandos blesosq; cauere memento
Simplicitas ueri fama est: fraus ficta loquendi.

Monet iterum ne blandis & balbutientibus pro blanditiis uiris fidem habeamus: quia nimis blanda locutio fraudem præ se fert: sicut & nimis phalerata. Ordo est. Memento cauere sermones blandos: q; pro & blesos: id est fracto & balbutienti ore prolatos: quia simplicitas: id est oratio sine fuco aut phaleris / est fama uel ut alii legunt forma ueri: hoc est qui uera loqui uolet non utetur ambagibus & lōgis insinuationibus: immo simpliciter loquetur: quia fraus loquendi est ficta: id est bene composita: quia qui falsa loquuntur. multa arte oronē cōponūt ut uera dicere putent: ut patet de Sinone i. ii. Aenei.

Segnitiem fugito quæ uitæ ignauia fertur
Nam cum animus languet cōsumit inertia corpus/

Inuitat nos ad nauitatem solertiam & diligentiam. uultq; ut segnitiem sum/

Segnis

mopere uitemus. Segnis ut dicit Nonius Marcellus dicitur tardus: ut Virgilius. iii. georgi. En age ſegnes rumpe moras. Segne etiã diſſimile. Idem. iiii. Aenei. Haud illos ſegnior ibat Aeneas. facit abſtractũ. Segnities: uel Segnitia: & etiam licet ſatis antique Segnitas Cicero de oratore libro primo. Et quoniam de imprudentia diximus: caſtigemus etiam ſegnitatem. Sunt q putant ſegnem dici quaſi ſine igni. Ignis enim maxime actiuũ: nullamq; ignauiam admittit: unde & partẽ illam uegetatiuam & operatricem igneam putãt. Virgilius. Igneus eſt ollis uigor. ideoq; quia igneus eſt animus. & ſegnis eſt quaſi ſine igni tardus & iners. Subdit poeta. Nam cum animus languet &c. de animi languore dicit Seneca Turpe præbet ſpectaculum animus æger. Iners dicitur ſine arte & induſtria. Inde Inertia. Ordo igitur eſt. Fugito ſegnitiẽ quæ fertur ignauia uitæ. Nã inertia cõſumit corpus cũ animus languet. Ignauia dicitur qua quis ad nauandum. i. operandum inutilis eſt.

Interpone tuis interdum gaudia curis
Vt poſſis animo quemuis ſufferre labore m.

Quia uirtus moralis in fuga uitiorum quæ extrema ſunt ſita eſt. & ignauiam poeta in ſuperioribus damnauit. nunc nimiã curam atq; ſollicitudinem animi uitãdam docet. Nam dicit. Quod caret alterna requie durabile nõ eſt. Et Valerius Maximus ubi de ocio loquitur dicit q; rerum natura continui laboris patiẽtẽ eſſe nõ ſinit. Quocirca fons & decus philoſophorum Socrates nõ erubuit cum pueulis equitare in arũdine longa. Homerus quoq; ingenii cæleſtis uates non aliud ſenſit uehementiſſimis achillis manibus canoras fides aptando: ut earum militare robur leni pacis ſtudio relaxaret. Ordo eſt. Interpone. i. interſere ĩmiſce. interdum. i. aliquando. tuis curis. i. ſollicitudinibus. gaudia. i. relaxationem cum uoluptate animi. Vt poſſis ſufferre animo quẽuis laborem. Ideo igitur ceſſandum eſt ad tempus ut fortior ad ſtudia & labores redeas.

Alterius dictum & factum ne carpſeris unq̃
Exemplo ſimili ne te derideat alter.

Monet iterũ ne ſimus irriſores & ad repræhẽſionẽ proni: q; aforte quod nos in alios aĩaduertimus: alii in nos aĩaduertere poſſunt. Iuſtũ autem eſt & ſæpe uſu uenit: ut qui libẽter deridet: ſæpe derideat. nam ſi uelimus ut nobis ignoſcatur: ignoſcendũ eſt nobis/aliis. Quia ſcriptum eſt qua menſura menſi fueritis remetietur uobis. Vnde & Flaccus in ſermonibus. Cũ tua peruideas oculis mala lippus inunctis Cur in amico; uitiis tam cernis acutũ Quã aut aquila aut ſerpens epidauius: at tibi contra Euenit inquirant uitia ut tua rurſus & illi. Et paulo poſt. Amicꝰ dulcis ut æquũ eſt Cũ mea cõpenſet uitiis bona: pluribus hiſce (Si modo plura mihi bona ſunt) inclinet: amari Si uolet hac lege in trutina ponet eadẽ Qui ne tuberibus ꝓpriis offendat amicũ Poſtulat:

ignoſcet uerrucis illius: æquum eſt Peccatis ueniam poſcentẽ reddere rurſus
Leges hic dictum & factum: uel aut factum. Nam uerſus non ſtat ut uel legas
Ordo eſt. Ne carpſeris. id eſt ne amare repræhenderis dictum & factum alte
rius. Ne alter derideat teſimili exemplo.

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato
Augendo ſerua ne ſis quem fama loquatur.

Prouocat iterũ ad parſimoniam: cum tacita ꝓdigalitatis taxatione. Et ante
omnia monet ut ſorte noſtrã uſq; ad extremam diem ſeruemus. Augeamus
quidẽ ſi honeſte poſſimus. Sortẽ uoco: quicquid ſine labore ſortimur: qua/
le eſt hæreditas quã adimus. patrimoniũ ipſum. & alia quæ nobis obueniunt
Nam de ſorte quæ ad uſuram datur nõ loquitur. Ordo eſt. Notato ſuprema
id eſt ſupremum. id eſt in ultima uoluntate tabulis teſtamenti tui. quod ſors
tibi dederit. i. quod ex ſorte hereditatis tibi obuenit. & ſerua illud augendo
ne ſis quem fama loquat. id eſt infamis ut homo nihili: qui rem tuam cuſto/
dire neſcis aut ignauus qui ad p̃moniũ nihil adieciſti. Ignominioſũ ſane eſt
patrimonium abſumere. quia ſicut illud a maioribus ſuſcepimus: ita minori/
bus relinqueremus. Suprema eſt nomen pro aduerbio. Sunt tamẽ quí alias
accipiunt ut ſit notato tabulis quod ſuprema ſors dederit tibi. id eſt de rebus
tuis conde teſtamentũ moribundus. uel ſic notato. id eſt diligenter attende
quod ſors ſuprema. i. ultíma uolũtas parẽtis uel amici dederit tibi & ſerua il/
lud. ne ſis quẽ fama loquat. Infamiã enĩ incurrit q hæreditatẽ cito cõmutat.

Cum tibi diuitiæ ſuperent in fine ſenectæ
Munificus facito uiuas non parcus amicis

Iterũ ut mediũ teneamus adhortat. dixerat enĩ rem patriã ſeruandã. & ſi ho
neſte fieri poſſet augẽdã nobis eẽ. Nũc ne ad auaritiã incitaſſe putaret. dicit
modũ eſſe ſtatuendũ. Nec amplius eſſe pariendũ q̃ quoad ſatis ſit. Dícit er/
go. Si ſub extremum tempus uitæ ſatis ſuperq; tibi fuerit facito ut munificus
ſis & amicis beneficũ te exhibeas. Quod enĩ uiuus dederis beneficẽtiæ aſcri/
betur: quod moribũdus. neceſſitudiní. dicit in fine ſenectæ: quia nõ eſſet dan
dũ ſi nõ uſuĩ neceſſariũ habueris. Mõſtro aũt ſimilis inquit Seneca eſt ſenilis
auaritia. quia quanto minus ſupereſt de uia tanto magis uiatici quærũt. Fa/
ciendum eſt ergo quod dicit Flaccus in primo ſermone. Deniq; ſit finis quæ
rendi cunq; habeas plus. Pauperiẽ metuas minus: & finire laborem. Incipias
parto quod auebas. Præterea faciendũ eſt quod præcipit. Prouerb. vi. Va/
de ad formicam o piger & cõſidera uias eius & diſce ſapientiã. Quæ cum non
habeat ducẽ nec præceptorẽ nec principem parat in æſtate cibum ſibi & con
gregat in meſſe quod comedat. Cæterũ flaccus docet eam contentã uiuere
ubi ſatis habet. Verba eius ſũt. Paruula (nam exẽplo eſt magni) formica la/
boris/ Ore trahit quodcũq; poteſt: atq; addit aceruo. Quẽ ſtruit haud ignara
ac nõ incauta futuri. Quæ ſimul inuerſum cõtriſtat aquarius annum. Nõ uſq;

prorepit/ & illis Vtitur ante Quæsitis patiẽs. Superare est aliqñ supereſſe. ali quando ſuper uiuere. aliquãdo uincere. hic ſupereſſe. Munificus dicit qui fa cit munera. hoc est largus. Ordo est cũ diuitiæ ſuperent ſuperſint tibi in fine ſenectæ. id est ſenectutis. facito. ut ſup. uiuas munificus & nõ parcus amicis. i. erga amicos. Senecta adiectiuum est Autore Seruio. atq; ſubauditur ætas ut ſit. ſenecta ætas. i. ſenilis. Senectus autem ſubſtantiuũ. Neq; differunt ſicut Iuuentus & iuuenta. quia Iuuentus est multitudo iuuenum. Iuuenta aũt ætas Iuuenilis. Autor est Seruius.

Vtile conſilium dominus ne deſpice ſerui
Nullius ſenſum ſi prodest tempſeris unq̃

Monet ut in cõſultando. aĩ nõ fortunæ conditionẽ inſpiciamus. Sæpe enĩ ſerui bono cõſilio pollẽt. Apud comicos aũt argutiores hñt dñis. uel q̃ mi/ ſeris ſollertia rebus. uel q̃. dñi amore capti introducant. Quia aũt Serui ſæpe ſapiẽtia præſtãt: dicit Prouer. xvii. Seruus ſapiens dñabit ſtultis filiis: & inter fratres hæreditatẽ diuidet. Et Eccle. iiii. dicit. Quod de carcere catheniſq; in/ terdũ quis egrediat ad regnũ: & alius natus in regno inopia cõſumat. Ordo est: Tu qui es dñs ne deſpice. i. ne deſpicias & aſperneris utile cõſiliũ ſerui: qa Nullius ſenſum ſi ꝓdest. tẽpſeris. i. cõtẽpſeris quæ. Dices modo/ ſi dñs ſapiẽs nõ est qui poterit ſcire an ſeruus utile cõſiliũ dederit: nõ enĩ oẽ conſiliũ ſerui ſed utile dumtaxat accipiendum est. Sed ſciemus homines in ſua cauſa plæ/ rumq; cecos: & propter animi cõmotionem non poſſe bonum conſilium in/ uenire: Verumtamen ſi quis inuenerit poſſunt illico dignoſcere an profutu/ rum ſit. facilius enim multo est inuenta diſquirere q̃ inuenire.

Rebus & in cenſu ſi non est quod fuit ante
Facuiuas contentus eo quod tempora præbent

Monet ne cũ re ſimul animũ amittamus: docetq; qui beati ꝑmanere poſſi/ mus: utpote ſi uiuamus cõtẽti eo qđ habemus. Scit enĩ graue eſſe ex fœlicita te in deteriorẽ cõditionẽ deſcẽdere. ideoq; monet: ut fortẽ aminũ habeam9 Ordo ẽ. Si illud nõ ẽ in reb9 & in cẽſu tuo. i. in poſſeſſiõib9 & diuitiis tuis quod fuit añ. i. ſi mín9 nũc habes q̃ añ hac habuiſti: fac. &c. hoc ẽ ſis cõtẽtus illis reb9 quas cõditio ꝛpis affert. ut ſi bellũ & ꝓſecutio: nõ ſperes cõmoda pacis. Quin ut dicit Virgilius in qnto. Quicqd erit ſuperanda omnis fortuna ferẽdo est.

Vxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis
Nec retinere uelis cum ceperit eſſe moleſta.

Duo præcipit. Alterũ ne temere & incõſulte uxorẽ ducas. Alterũ ne cũ tuo dãno. diuti9 cõtineas. príus cũ chriſtiana lege iuſtiſſime q̃drat. poſterius ma gis cũ iure gẽtiũ. Atq; ita in hoc ſecundo poeta ut alias ſæpe ſatis oñdit ſe nĩæ

religiõis obſeruantẽ nõ eẽ. Cæterũ ut cognoſcamus mẽtẽ eiꝰ. Primũ dicit ca uẽdũ eẽ ne ducamus uxorẽ noĩe dotis. hoc ẽ rõne grãdis pecuniæ quã dotalẽ affert. Qui enĩ pacẽ quærit: nõ dotẽ: ſed uirtutẽ decẽteſq; mores ipſiꝰ quã ducere uult pẽſitabit ſedulo. Dos enĩ magna uiro auaritiã ſæpe letalẽ: mulieri ſupbiã intolerabilẽ excĩtat. Multi eteni uiri cõiuges ſuas necauerũt ut dote potirẽt. ut ſatyri oẽs clamãt. Mulieres uero dotatæ erectã ceruicẽ haud dubie afferũt. unde Iuue. Intolerabilius nihil ẽ q̃ fœmĩa diues. Ideoq; ĩdẽ ait ſe malle ducere mulierẽ ruſticã & paupculã q̃ diuitẽ & ſupbã. uerba eius ſunt. qs feret uxorẽ cui cõſtẽt oĩa malo Malo uenuſinã q̃ te cornelia mater Graccho rũ: ſi cũ magnis uirtutibus affers Grãde ſupciliũ & nũeras cũ dote triũphos. Comici etiã ſæpe inexpugnabilẽ ꝓuinciã illi gerere dicũt: q cũ uxore dotata rem habet. unde ſũt graphici illi loci quos ex Menãdro traduxit Aulus Gellius. In aurẽ utrãq; qñqdẽ dotata ẽ cubet Re cõfecta magnifica & negocio in clyto Et ſicut indigniſſimũ ẽ ut uir ꝓpꝛ dotẽ uelit ſe uxori ſũmittere. ita duras ſæpe ptes mulier ſi multo potẽtiori ſe nupſerit. Ideoq; recte dicit Oui. Si qua uoles apte nubere: nube pari. Et quia matronium ꝓpter ꝓcreationẽ ꝓlis præcipue inſtitutũ ẽ: & ꝓpter fugã pctõrũ admiſſũ. peccãt qui dotẽ ducũt & non uxorẽ ut q uetulas: aut q̃s amare nõ poſſũt dotis gratia accipiunt. Ideoq; ſctẽ ſentit prior uerſus. ut ſcilicet amore honeſto inducti: nõ dote capti uxorẽ nobis deligamus. Alter aũt uerſus ut cũ trãquillĩtate uiuas admonet ut mulierem odioſam & moleſtã etiã ſi diues fuerit nõ retineas ꝓpter dotẽ. Licuit enĩ olim dare libellũ repudii. atq; aliã ducere. Sed Saluator noſter ſanctius de iure matronii cenſet Matthei qnto dicens. Dictum eſt aũt. Quicũq; dimiſerit uxorẽ ſuã. det ei libellum repudii. Ego autem dico uobis: quia omnis qui dimiſerit uxorem ſuã: excepta fornicationis cauſa: facit eam mœchari: Et qui dimiſſam duxerit adulterat. hæc ibi. propter moleſtias ergo non licet chriſtiano facere repudiũ: Proinde cautius proſpiciẽdũ eſt. ne eã ducat cui repudium antiquitas obtuliſſet. Dos dicitur quã ſponſa marito affert ut eius fructu onera matronii ſuſtineat. de cuiꝰ iure. de iure dotiũ. & So. ma. quẽad. dos pe. ff. uidẽdũ eſt. Ordo ẽ. Fuge. i. uita caue. ne ducas uxorẽ ſub nomĩe. i. ratione & auctoramẽto dotis. Nec uelis eam retinere ſi cœperit. id eſt incepit eſſe moleſta.

Multorum diſce exemplo quæ facta ſequaris
Quæ fugias: uita eſt nobis aliena magiſtra.

Tangit fructum quem ex hiſtoriarum lectione conſequimur. Monet ergo ut ex uita aliorum diſcamus quid faciendum quidque fugiendum nobis ſit Vnde dicitur. Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Vnde Tibullus uos ego nũc moneo: fœlix quæcunq; dolore: Alterius diſces poſſe carere tuo. Nihil aũt uſq; adeo nobis uiã recte tuteq; uiuẽdi apit: ac uariorũ hominũ inſtituta uitaſq; cognoſcere. Vñ dĩnus homerus in principio odyſſeæ prudentẽ ulixem ex eo facile ꝓbat q̃ multas urbes multas gentes uiderit quem locũ ſic Flaccus in de arte poetica uertit. Dic mihi muſa uirum captæ poſt

tempora troiæ Qui mores hominum multorum uidit & urbes. Idem Elacus se a patre suo aliorum exemplis eruditū in sermonibus fatetur. his uerbis Insueuit pater optimus hoc me Vt fugerem exemplis uitiorum quæq; notādo &c. Ordo est. Disce exēplo multorū: quæ. i. qualia facta sequaris & quæ id est qualia fugias: quia uita aliena est nobis magistra. id est doctrix: docens qui uiuendum sit: quia quod aliis uitio datur nobis quoq; uitandum est.

Quod potes id tentes operis ne pondere pressus
Succumbat labor. & frustra tentata relinquas

Pulcherrimū præceptū ad modestiā seruandā. Quia tristissimū atq; turpissimum est maiora q̄ ut uiribus tuis perficias conari: monet autor ut id dum taxat tentes quod perficere possis. Vnde & Iuno in primo Aenei. cū summa indignatione ait. Mene incœptis desistere uictā? Et alecto ad turnū in septimo. Turne tot incassum frustra patiere labores? Ordo est. Tentes. id ē conaris. id quod potes pficere. ne labor pressus. i. oppressus pondere. id est mole & difficultati operis succūbat. id est uincat & cogatur. desistere & relinquas tētata frustra. i. neq̄q̄/quod turpe est. Quia multo turpius est incœpta nō posse perficere q̄ non incipere. Tentes legendum est in primo carmine. qui tenta legunt ignorant legem metri. Succumbo autem est uictus sub alio cado. Vnde quicunq; uincitur succumbere dicitur.

Quod nosti factum non recte noli silere
Ne uideare malos imitari uelle tacendo

Docet curam habendā de nomine bono. faciendūq; ne per pietatē inconsideratā aut per taciturnitatē peccemus. Vnde Sciendū præcepta de moribus nō esse uniuersalia. Ante eni dictū. Nā nulli tacuisse nocet: Nocet esse locutū Nunc uero ostendit taciturnitatē obesse. Verum sciemus peccata esse multiplicia: quædā præterita sūt: nec adhuc persistūt: quia pertesum est autorem sceleris. & de talibus tacēdū ē: si mō cōstet autorē pœnituisse. Quædā præsentia aut futura sūt. & ea quidē multiplicia. Nā sūt quæ in solius peccantis caput recidūt. solūq; autorem dānent. & de his tacendū est. Vnde Saluator noster interrogatus de discipulis qui tūc subterfugerāt/tacuit. Alia. uero pernitiem afferūt. aut fidei ut hæresis. sciſmata: sortilegia. aut patriæ ut ꝓditiones: seditiones &c. Aut principi. ut coniurationes cōspirationes & id genus. quæ oīa indicari debent: nō odio peccatoris: sed peccati. At si in priuatū conspiratum noueris potius illū admonitū habeas/ut sibi prospiciat: q̄ inimicum si ignorat: indices. Semper autē si sine periculo fieri potest proximi tui nomē defenderis. Ordo est. Noli silere id quod nosti factū non recte. id est contra fidem aut salutem reipublicæ. Ne uideare. id est uidearis tacendo uelle imitari malos. Dicitur enim Qui tacet consentire uidetur. Noli silere s littera liquescit sicut apud Elaccum Regis opus sterilisq; diu palus aptaq; remis: nisi enim liquescere t. noli & palus ultima longa proferri debeant.

Iudicis auxilium ſub iniqua lege rogato
Ipſe etiam leges cupiunt ut iure rogentur.

Si quãdo inquit lex nimis rigide in peccatores aĩ aduertat: tuq; in eam peccaueris Rogatũ habe iudicẽ ut boni æquiq; cõſulat: Oſtendẽdo nõ æquum eſſe tam ſeuere interpretari. Nã & ipſe leges id uolunt. Ordo eſt pellucidus.

Quod merito pateris patienter ferre memento
Cũq; reus tibi ſis ipſum te iudice damna

Admonet ut pœnã ꝑ delictis debitã modeſte feramus. debet enĩ pœnitentia lubẽti aĩo ferri. Quia certũ eſt nullũ malũ manere impunitũ: merito læta ri debeat qui hic pœnas delictorũ ſuoꝝ ſoluit. Vñ Augu. Hic ure hic ſeca &c. ut ĩn ꝑpetuũ parcas. Modeſte igit̃. debet pœna debita ferri: & nõ debita patienter: de priore eſt illud Quidii. Leniter ex merito quicquid patiare ferendũ eſt. Quæ uenit indigne pœna dolẽda uenit. de poſteriore eſt illud in qnto Aenei. Nate dea quo fata trahũt retrahũtq; ſequamur. Quicqd erit ſuperãda oĩs fortuna ferẽdo eſt. de qua re eſt totũ illud Boetianũ opus de cõſolatione philoſophiæ. Sed oĩum maxima eſt autoritas Saluatoris noſtri: qui ſic Mathei. v. Beati qui ꝑſecutionẽ patiũt ꝓpter iuſtitiã: qm̃ ipſorũ ẽ regnũ cælorũ. Iterũ Beati eſtis cũ maledixerint uobis hoĩes & ꝑſecuti uos fuerint & dixerĩt oẽ malũ aduerſũ uos mentiẽtes ꝓpter me: Gaudete & exultate qm̃ merces ueſtra copioſa eſt in cælis. Sic enĩ perſecuti ſũt ꝓphetas qui fuerũt ante uos. Hic uero autor de priore parte loqt̃. Ordo eſt. memento ferre. i. pati uel tolerare patiẽter patienti & modeſto aĩo ſine remurmuratiõe aut incuſatõe ſeu ĩꝑcatõe illud qd̃ tu pateris: ex merito. i. iuſte ꝓ pctõ tuo. Et cũ ſis reꝰ tibi. i. ĩ cõſcĩa tua dãna ipſũ. i. te. te iudice. i. ꝓprio iudicio. quo pacto faciliter patieris iudiciũ alteriꝰ. Sic aũt iudicabis in aĩo tuo dicẽdo. Merui: fateor ferendũ eſt.

Multa legas facito: perlectis ſe lege multa
Nam miranda canunt: ſed non credenda poetæ

Monet poeta ut in legẽdis autoribus habeamus ſanũ iudiciũ. Multa ſiquidem ſcribũtur quibus ut ſcribũtur fides habẽda nõ eſt. dicit itaq; lege multa ut enĩ docet Pli. nullus liber tam ineptus ex quo nõ aliquid bonæ frugis excerpſeris. ſed ſelege. i. ſegrega reiice neglige multa ex perlectis. Poetæ enĩ canũt miranda. i. res admiratione dignas. ſed nõ credẽda præcipue ut efferunt Quocirca aĩ aduertendũ eſt. Poetam dici a ũerbo græco ποιέω ſeu ποιῶ. qd̃ Poeta ſignificat facio. ſeu ut nos dicimus creo. quocirca deũ ipſum qué latini: nũc creatorẽ nunc factorẽ cæli & terræ appellant: græci ποιήτην. hoc eſt poetam uocãt. Nam & poetarũ propriũ eſt facere. Vnde Teren. Populo ut placerent quas feciſſet fabulas. Quin proxime accedũt ad eam quã creationẽ nocamus Nam ueluti omnipotẽs rerũ artifex deus omnia ex nihilo creauit. Ita poetæ

plurima ſic figmentis aut coloribus exornant. itaq; æconomiã cõdũt: ut quæ re uera facta nõ ſõt: facta tamẽ eſſe uideãt. Solẽt aũt plærũq; argumẽtũ uerũ aſſumere: uerũ id multis figmentis Iocupletare. Quocirca Lucanus q; merã hiſtoriã nihilq; fictitiũ admiſcuerit a Seruio præcipue a poetarũ collegio excludi. Virgilius autẽ poetarũ doctiſſimus argumẽtũ uerũ aſſumpſit: utpote Aeneã ueniſſe in Italiã. Multa tamẽ præter hiſtoriã inſeruit. Nam ad dido/nem ueniſſe: patrẽ drepanitáto apparatu decoraſſe. atq; id genus multa pla/ne fictitia ſunt. Verũ poetæ heroas aut principes uiros canetes: nõ tã quales fuerunt: ac quales eſſe debuerũt ſcribunt. Neq; id ab re Nam ut dicit Flaccus Aut pdeſſe uolunt aut delectare poetæ: aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ. Verum qui pdeſſe dũtaxant uolũt. ſeuera illi quidẽ ſcribũt: qui delecta re: iocoſa & fere fictitia. qui uero utrumq; ſimul: uera fictitiis exornant. Sic tñ ut neq; cõtra religionem: neq; contra naturam: neq; contra ueriſimilitudinẽ finxiſſe arguãtur. Cæterũ quantũ ad fabularũ fictionẽ/ in qua penitus a ue/ro oberrare credũtur/ ſi plane intelligant ueriſſimi ſunt. ut plurimũ enim aut phiſicam aut myſticã rẽ carmĩe cõpræhendũt. Verũ ea quæ dicũt ſi penitius inſpicias falſa nedum ridicula ſunt. Canũt enim cõiugia/ adulteria. conuiuia: iocos deorũ atq; alia quæ non niſi a demente credi poſſint. Quocirca Virgi/lius aut quiſquis autor eſt in carmine de Aethna. Poſtq; poeticas cauſas de in cendio æthnæ intulerat. ſic ait. Hæc eſt mendoſæ uulgata licẽtia famæ. Vati bus ingeniũ eſt. hanc auget nobile carmen. Plurima pars ſcœnæ eſt rerũ fal/lacia: uateſ. Sub terris nigros uiderũt carmĩa manes atq; ĩter cineres ditis pal lẽtia regna. Mẽtiti uates ſtygias unda'q; canẽtes. hi Tytiõ ſeptẽ ſtrauere i iu/gera fœdũ. Sollicitãt magna te circũtãtale/ pœna. Sollicitãtq; ſiti mĩos tuaq; æace in umbris Iura canũt: iidemq; notãt ixiones orbem. Quicquid & interi tus falſi ſibi cõſcia terra. Non eſt terra ſatis: ſpeculant numina diuũ. Nec me/tuunt oculos alieno admittere cælo Norũt bella deũ: norũt abſcõdita nobis Cõiugia: & falſa quotiẽs ſub imagine peccẽt. Thaurus ĩ europen: iu ledã cã/didus ales. Iuppiter ut danaæ preciolus fluxerit hymber. Debita carmĩbus libertas iſta &c. Et paulo ante. Principio ne quẽ capiat fallatia uatũ. Hæc ibi. Ipſe aũt Virgilius in ſexto Aenei. pios uates in eliſiis cãpis reponit in ſexto. Vbi ait: de orpheo. Nec nõ Threicius longa cũ ueſte ſacerdos Obloquit numeris ſeptẽ diſcrimina uocũ. Iãq; eadẽ digitis iam pectine pulſat eburno. Et paulo poſt. Hic manus ob patriã pugnãdo uulnera paſſi. Quiq; ſacerdotes ca ſti dum uita manebat. Quiq; pii uates & phœbo digna locuti &c. Horatius aũt de arte poetica/ ſic de poetis ſcribit poſt multa. dictæ per carmina ſortes Et uitæ monſtrata uia eſt: & gratia regum: Pieriis tẽtata modis: luduſq; repertus. Et longorũ operũ finis: ne forte pudori. Sic tibi muſa: lyræ ſolers & cantor apollo &c. Certum autẽ eſt ut Ariſtoteles dicit. Multa mentiũtur poetæ. plurima fingunt Neq; dubiũ eſt plurimũ ornatus atq; cõmodi humanæ uitæ offerre. Quin primi Theologi: poetæ habebãtur. ſanctiſſimũq; erat poetarũ nomen. Nihilq; ab eis mentitum offendas/ quod ſi bene interpræteris: non optimam frugem: diuinamq; ſententiam cõtineat. Verum multi ſunt ſcioli uix primam poetices oram aggreſſi ſtatim omnia damnãtes. Quorum plu/rimi hoc fulciũtur uerbo non intelligentes q; modeſte quãq; ſcite autor no/

ſter de poeticis ſcriptis loquat. Non enim dicit reſpuenda eſſe: immo/quod maxime contrariũ eſt admiranda. mirari enĩ ſæpe ſignificat imitari. Vnde illud in Lucano. Miratorq; Catonis. id eſt imitator. Enimuero nihil proprie admiramur. quod non raram quandã dignitatẽ in ſe habet. ob quã dignum cenſeri poſſit quod imitemur. Vuult ergo poeta ut admiremur poetas. id eſt penitioribus oculis eorũ ſcripta inſpiciam⁹: neq; ſuperficie (ut ita dicã) uerborum contenti ſimus. Nam ea quæ afferuntur a poetis ſæpe ſi nude intelligantur credenda nõ ſunt. Quis enĩ crederet deos adulteros & criminis autores: niſi phiſice ad aſtrorum rationẽ rettuleris. Non continuo ergo putabimus omnia quæ gentiliũ libris præcipue ſcripta ſunt credemus eſſe uera. In ſanctis autem litteris nil nõ ſanctum & apprime uerum inuenies ſed & ipſe ſane intelligi uolunt. Autor uero/ſi nõ fallor de biblia noſtra nõ loquitur. Inter alia autẽ ſcripta multa falſa ſunt quoniã ab hoĩbus ſunt edita. Hominum autem eſt errare. & errorem rurſum corrigere. Ordo igitur eſt. Facito legas multa. Et ſelege. id eſt ſeorſum lege. uel ut alii legunt neglige multa ex perlectis. Nam poetæ canunt. id eſt carmine conſcribunt miranda: ſed non credenda: niſi ad aliud ſecretius referantur.

Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus
Ne dicare loquax dum uis urbanus haberi.

Hoc præceptũ habitũ eſt in Sulpitio Verulano. Tactũ etiam ibi. Pauca in cõuiuio loquere. Sunt inquit poeta qui inter conuiuandũ ſoli loquendi partes occupant: uolẽtes urbani & lepidi haberi. Verũ neſciunt quantũ dedicoris incurrant dum aliis loquẽdi uiciſſitudinẽ præcipiunt: atq; auris garrulitate obtundunt: paſſimq; homines carpunt. Vnde illud Hora. in ſermonibus. Sæpe tribus uideas lectis cœnare quatenos E quibus unus auet quauis aſpergere cunctos. Præterea qui præbet aquam. poſt hunc quoq; potus. Condita cum uerax aperit præcordia liber. Hic tibi comis & urbanus liberq; uidetur. Infeſto nigris &c. quibus uerbis ſentit poeta: quod hic autor noſter/ineptos non urbanos cenſendos/qui nimium proloquuntur. Ordo eſt. Fac ſis modeſtus. id eſt modum tenẽs in ſermone. inter conuiuas. hoc eſt in conuiuio. Ne ut non dicare. id eſt dicaris & uoceris loquax. id eſt garrulus & dicax/dum uis haberi urbanus. id eſt lepidus in ſermone tuo/& comis quales urbani.

Coniugis iratæ nolito uerba timere
Nam lachrymis ſtruit inſidias dum fœmina plorat.

Monet ne fidẽ habeamus lachrymis coactis mulierũ. neue uerba curem⁹ q̃ plærũq; dũ inſidias aĩo cõceperũt lachrymas multa ui exprimũt. Vñ Oui. Vt flerẽt oculos erudere ſuos. Eſt aũt uulgare uerbũ nõ ſane laute expreſſũ. Fœmina ſi plorat. ſi diuef ruſtic⁹ orat. Si mul⁹ ridet fuge ne mala dãna tibi det Ordo ẽ. Nolito timere. i. cũ timore attẽdere uerba Cõiugis iratæ. i. ſuccẽſæ tibi.

Nam fœmina dū plorat ſtruit lachrimis ſuis inſidias: qbus te captet ſi fidē habeas/ex aīo & pia rōne illas obortas Timere actū & dtū ſub manifeſta differentia regit. Nā timeo te ut inimicū qui mihi noceas. Timeo tibi ut pamico cui dānū minari uideo. Sed dices quō nō timēda dicit uerba mulieris dū inſidias ſtruit. Sane dices/timēda nō eſſe hoc eſt leni & uicto animo curāda Vel hoc dicit Minus timeas uerba maledicæ mulieris q̄ lachrymas inſidioſas. dū enī male dicit qualis eſt ſeſe aperit. dū uero lachrimat: tacite inſidias parat.

Vtere quæſitis ſed ne uidearis abuti
Qui ſua cōſumunt: cum deeſt aliena ſequuntur.

Actor iterū nos ad tēperatū rerū noſtrarū uſum inuitat. oīs mala pdigalitatis: Sæpe enī fit ut qui ab ineūte ætate molliter uixerint & patria bona obliguerint: p latrocinia ad furcas tendāt. Ordo ē. Vtere quæſitis. i. rebus quas cōquiſiſti: ſed ne uidearis abuti. i. inutiliter cōſumere. Quia illi qui cōſumūt ſua. i. ſuas opes ſequūt. cū deeſt ſupple quo fruāt. aliena. i. alienas res ſeu diuitias. Vti & abuti hoc differūt. Vtimur enī rebus quarū fructu gaudem? nec eas abſumímus. Vnde uſuffructus dicit Abutimur rebus quas abſumimus. & depdimus ſimul cū fructu. Nā ut dicit Donatus Vſui eſt ager: domus &c. abuſui. uinū oleū & huiuſmōi Cicero nō debet inquit ea mulier cui uír bonorū ſuorū uſufructū legauit: cellis uinariis plenis relictis putare id ad ſe pertinere Vſus enī nō abuſus legatus eſt: ea inter ſe ſunt contraria. hoc in topicis. Nos abuti etiā dícimus rebus qbus in perniciē utimur. Cicero. Quouſq; tandem Catilina abutere patiētia mea? hoc igit' loco ne uidearis abuti. i. iutiliter cōſumere. Deeſt impſonaliter uidet' capi uel ſubaudit'/aliqd quo amplius utaris.

Vti

Fac tibi proponas mortem non eſſe timendam.
Quæ bona ſi non ſit finis tamen illa malorum eſt.

Iterū docet mortē nō eē formidādā. quippe p quā boni ſi btē uiuūt ad beatiora regna puēturi ſūt. Sin triſte ad uerā requiē. Morte enī oīs pſecutio finitur. uñ & Elaccus. Mors ultima linea rerū In quā ſnīam etiam Pli. acceſſit. Et Seneca q multis locis docet mortē nō eē timēdā. Sic enī dialogū facit. Morieris. Iſta hoīs natura ē & nō pœna. Morieris. Hac cōditione intraui ut exirē. Morieris. Gentiū lex eſt quod accepis reddere. Morieris. Peregrinatio ē uita: Multa cū deambulaueris deinde redeūdū eſt Morieris Stultū ē timere qđ uitare nō poſſis &c. Sed iuueuis morieris. optimū ē anteq̄ optes mori. Iuuenis morieris. Fortaſſe alicui malo ſubducit me fortuna: &c. Ordo hic eſt. Fac proponas tibi. mortē nō eſſe timendā. Quæ mors ſi nō ſit bona: tamē eſt finis malorum. Illa uacat: ſicut ibi Multum ille & terris iactatus & alto &c.

Vxoris linguam ſi frugi eſt ferre memento
Namq; malum eſt nil uelle pati nec poſſe tacere.

Monet ut probam & frugi uxorem: tametsi uerbosior sit feramus. natura enī mulieres ad multiloquia excitantur. & ad litem rixasq; promptissimæ. Socrates autem dum cur iniquā mulierem toleraret interrogaretur: Respondet se discere uelle patientiam qua sibi foris opus esset. Ordo est. Memento ferre. i. patienter tolerare linguam. i. rixas & iurgia uxoris tuæ. Nāq; malum est nil uelle pati nec posse tacere. Vxor dicit' q̄si unxor ut dicit Seruius qa ungebantur olim nouæ nuptæ. Frugi ut dicit grammaticus omnibus generibus & casibus quadrat. uidetur tamen datiuus significans ad frugem. ut homo frugi: id est ad frugem accommodus.

Dilige non ægra charos pietate parentes
Nec matrem offendas dum uis bonus esse parenti.

Sāctum præceptū hoc est: quo præcipit autor: ut pfecta & integra pietate parentes q nos genuerunt diligamus: deinde dat optimā doctrinā ostendens si dissentio inter parētes nostros fuerit/ qualiter utrisq; morem geramus. peccant enī inquit qui ut pri cōplaceant matrē offendūt. Quod nō pauci faciūt: deferendo crimina materna. de hoc præcepto in ꝓsa latius uidimus. Ordo ē. Dilige charos parentes. i. ꝓgenitores tuos nō ægra. i. per liptotē solida & perfecta pietate. Nec offendas. i. offensā tibi facias matrē. dum. i. q̄n uis esse bonus. i. moriger parēti supple reliquo: hoc est pri: Est enī parens generis coīs. Virgi. de patre. Salue sancte parens &c. De matre. Alma parens confessa deam qualisq; uideri Cælicolis & quanta solet. Mater a græco putat' nasci. dicit' enī μ̄ τ̄ηρ. In oīone soluta usitati? mater q̄ genitrix dicitur.

Quarta & ultima pars operis.

Ecuram quicumq; cupis deducere uitam
Necuitiis hærere animum quæ moribus obsunt
Hæc præcepta tibi semper relegenda memento
Inuenies aliquid quod te uitare magistro.

Ecuram. Quarto poeta exordia renouat atq; ad operis sui lectionē inuitat: pollicitās magnā cōmoditatem inde nobis uēturam. Nam quo in terris nihil præstantius est Securam uitam proponit uolētibus doctrinam quam dabit obseruare. Securus ut alio loco diximus dicitur seorsum a cura Vnde Secura uita est quæ uacat curis & anxietate. Ordo est. Quicūq; cupis deducere securam. i. tranquillam & semotam a curis uitā. Nec uis animum tuum hærere. i. inquinatum esse uitiis quæ obsunt. i. officiūt & nocent moribus. Memento hæc: id est mea præcepta eē semper relegenda: id est repetēda tibi: id est a te: Tu enim inuenies semper aliquid quod ego magistro: id est doceo te uitare. Sunt qui legāt Inuenies aliquid quoq; te uitare magi/

ſtro. & tunc magiſtro eſt nomen. Nam ordo eſt. quoq; .i. etiã præter hæc præ cepta inuenies uitare aliquid te magiſtro: hoc eſt ſi his præceptis imbutus fu eris: tute per te plura facile inueneris.

Deſpice diuitias ſi uis animo eſſe beatus
Quas qui ſuſcipiunt mendicant ſemper auari.

Cohortatur iterum autor: ut diuitias deſpiciamus. Quia ſi eas deſpexerimus beati erimus: ſi uero ſuſceperimus mendici. Hinc Seneca adducẽs illud octa/ ui Aenei. Aude hoſpes contemnere opes: & te quoq; dignum finge deo: ne/ mo inquit alius dignus deo eſt: niſi qui opes contẽpſit. Et deus ipſe Matthei xix. Si uis perfectus eſſe uade & uende omnia quæ habes/ & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo & ueni ſequere me. Item. Amen dico uobis/ q; di ues difficile intrabit in regnũ cælorum. Et iterum dico uobis. facilius eſt ca/ melum per foramen acus tranſire: q̃ diuitem intrare in regnũ cælorum. Mar ci aũt. x. dicit. Filioli q̃ difficile eſt confidẽtes in pecuniis in regnũ dei introi/ re. Et iterum Mathei. xix. Omnis qui reliquerit domũ uel fratres aut ſorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen me/ um: centuplum accipiet & uitam æternam poſſidebit. Si uis ergo in æternum eſſe beatus: deſpice diuitias. Verum poeta loquitur de ea beatitudine quam in hac mortalitate conſequi poſſumus uiuendo in animi tranquillitate: quã qui diuitias habet difficulter obtinebit. quia dicit Iuuenalis. Miſera eſt ma/ gni cuſtodia cenſus. multo autẽ minus tranquillus erit qui diuitias auet atq; ſitit. Nemo enĩ beatus eſt qui plura deſiderat. Nam mendicant ſemp auari. quod proprie dixit. Quia pauper eſt qui parum habet. mendicus autem: qui ſe minus habere dicit: atq; ita ſtipem implorat. Natura autẽ auari ſemp que/ ruloſa eſt: & reuera miſera: quia tam deeſt auaro quod habet q̃ quod non ha bet. Suſcipere dixi alio loco eſt cum benuolentia quadã accipere. Ordo igi/ tur eſt. Deſpice. i. uilipende diuitias ſi uis eſſe beatus aĩo. diuitias inquã quas qui ſuſcipiunt. i. deſiderio cõplectũtur ut auari: mendicant ſemper.

Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt
Si contentus eo fueris quod poſtulat uſus.

Conformiter ad præcedentia oſtendit beatitudinem non eſſe in ampla rerũ poſſeſſione: quia ſi paucis contenti fuerimus: nihil quo ad beate iuxta legem naturæ uiuendũ/ opus eſt/ deerit. Vnde Horatius. Tolle querelas. Pauperĩ nõ eſt rerum cui ſufficit uſus. Et Seneca. Si ad naturam uiues nunq; eris paup. Si ad opinionem nunq; diues. Exiguum natura deſiderat Immenſum opinio Si congeratur in te quicquid multi locupletes poſſederũt. Si ultra priuatum pecuniæ modum fortuna te prouehat: auro tegat purpura ueſtiat: eo delitia rum opumq; perducat ut terram marmoribus abſcondas. Non tantum liceat habere ſed calcare diuitias: accedãt ſtatuæ & picturæ & quicquid ars ulla lu/

xuriæ auro & argento elaborauit. maiora cupere ab his discès. desideria naturalia finita sunt: ex falsa opinione nascentia ubi desinant non erit. Nullus enī terminus falso est: ueritati aliquid extremum est: Error immensus est retrahe te ergo a uanis. Et cum uoles scire an naturalem an uanam habeas cupiditatem: considera si non potes alicubi consistere: si lōge progresso semper aliquid longius restat: scito id naturale nō esse. Et paulo post. Si uis uacare animo ut pauper sis optes aut pauperi similis. Commoda autem naturæ idē sic uidetur ponere. Lex naturæ scis quos terminos nobis statuit. Nō esurire: nō sitire: non algere. Non est necesse superbis assidere liminibus. non est necesse maria tempestate nec castra sequi: facile est quod natura desiderat & appositum. Hæc ille in libello de paupertate. Ordo est. Si fueris contēto eo quod usus postulat Commoda naturæ. i. quæ naturæ accommodantur: ut uictus & amictus nullo tempore deerunt tibi. uel die commoda naturæ. i. tranquillitas animi: sanitas corporis: uigor membrorū: dormitio tempestiua: & id genus multa quæ sobrietas parit: gula demit.

Cum sis incautus nec rem ratione gubernes
Noli fortunam quæ non est dicere cæcam.

Docet iterū ne uitia nostra alio transferamus. Nam improuidi: fortunā culpamus: cum tamē dicat recte a satyrico. Nullum numen habes si sit prudētia sed te nos facimus fortuna deam: cæloq; locamus. Solēt autē fortunam & cupidinem cæcos depingere q̄ neuter ratione gubernetur. Nam si fortunæ rationem adhibueris iam fortuna non erit. Ordo est. Cum. i. quando quidē tu sis incautus. i. improuidus. non circūspectus: non consideratus: nec gubernes rem ratione. i. prouidentia & accuratione. Noli fortunam quæ non est: hoc ē quæ res fictitia est & nihil est: dicere cæcam. Est enim fortuna priuatio prouidentiæ. Nam quanto minus prouidus sis: tanto magis fortunæ habeas. Stoice autem omnia fato addicere uidetur.

Dilige denarium sed parce dilige formam
Quam nemo sanctus nec honestus captat habere.

Versus hi in multis exēplis nō sunt. dure aūt posuit denariū secūda breui. sed solēt dictiōes multarū syllabarū medias licētiose cōfundere. ut apud Virgi. Cōnubia secūda breui cōtra naturā aliq̄ leges. Cōtra cuticula nouiti? apud satyricos secūda longa. Præcipit ut denariū. i. quēuis nummum & formā ei? amemus: hoc est usum eius nō ipsum. De usu eius dicit Flaccus primo sermone. ubi etiā in eos irascitur qui forma nummorum gaudēt dicens. Congestis undiq; saccis Indormis inhians & tanq̄ parcere sacris Cogeris aut pictis tanq̄ gaudere tabellis. Nescis quo ualeat nummus quem præbeat usum? Panis ematur: holus: uini sextarius: adde Quis humana sibi doleat natura negatis. Non est ergo diligenda forma denarii: sed usus requirendus. Ordo est. Dilige denarium: id est quemuis nummum propter usum. sed dili-

ge parce. i. sobrie formam: id est speciem denarii. quam formam nemo sanctus. captat. i. desiderat habere. Nec honestus captat habere. Salustius in Catilina. Auaricia studium pecuniæ habet: quam nemo sapiens concupiuit. Ea quasi uenenis malis imbuta corpus animumq; uirilem effœminat.

Cum fueris locuples corpus curare memento
Aeger diues habet nummos: sed non habet ipsum.

Iterum in auaritiam insurgit. Prohíbetq; ne iusta alimenta: aut congruam curationem nobis ipsi negemus. Nam ut dicit Flaccus. Quo mihi fortuna sinō conceditur utí. Ordo est. Memento curare. id est sanare & indulgenter fouere corpus cum fueris locuples. i. multorum locorum plenus & diues. Diues æger habet nummos: sed non habet ípsum. i. se. Is enim se habet qui sui compos est. sed qui nummos plus q̄ se diligit animi nimirū inops est: nec sui compos. Locuples dicitur plenus locorum. i. agrorum multorū diues: sicut Inops proprie qui sine terra est: quæ ops uocatur. Peccāt autem galli plærique scribentes locuplex. Non intelligentes Alexādrum suum ubi de genitiuo et genere eius determinat inter ea quæ in es exeunt posuisse. Curare omnē curam coporis & ad sanitatem & ad mollem uitam respicit. Elaccus ī epistolis. Me pinguem & nitidum bene curata cute uises Cum ridere uoles epicuri de grege porcum. Aeger tam animo q̄ corpore quis dicitur. Ipsum pronomen trium personarum est sicut apud græcos αὐτοσ. Quocirca sine adiectione alterius personæ recte dicis Ipse lego: ipse legis: ipse legit. Et sicut Virgili⁹ ip̄m pro me ponit in buco. Et ipsum ludere quæ uellem calamo permisit agresti. Sic poeta noster: ipsum prose. Quam rem non intelligētes quidam uersum corrumpunt legētes seip̄m: cum non necessarium sit addere se.

Verbera cum tuleris discens aliquando magistri
Fer patris imperium cum uerbis exit in iram.

Repetit illud Parentes patienter uince: utiturq; argumento a maiori. Nam si magistrum pertulimus: ergo potius parentem feremus. ille enim uitam reformat: hic dedit. Item si præceptoris uerbera tulimus: ergo potius parentis uerba tolerabimus. Ordo est. Cum. i. quandoquidem. tuleris. i. passus fueris discens. i. dum esses discipulus. uerbera. i. flagella & ferulam magistri. i. præceptoris. fer. i. patere. patris imperiū: id est mandatum patris: cum exit: id est effertur uerbis: id est iurgiis in iram.

Res age quæ prosunt: rursus uitare memento.
In quibus error inest nec spes est certa laboris.

Salubre profecto præceptū hoc est. Cuius si obseruantes fuerimus: nihil melius fecerimus. Vult igitur ut auspicato & cum delectu omnia faciamus. Vtq;

nihil faciamus: cuius non ante cõmoditatem perſpexerimus. Non enim bene perficere poteſt qui male auſpicat. i. incipit. Animaduerte igit ut operæ preciũ facias & fructũ cõſequaris ex labore tuo. Quia nihil triſtius q̃ nequicq̃ ſudaſſe. Ideoq; dicit Seneca. Sapiens nihil facit quod non debet: & nihil præ termittit quod debet. Quocirca Saluſtius in Catilinario. Nam prius q̃ incipias conſulto: & ubi cõſul ueris mature facto eſt opus. Hinc & illud a glorioſo dictum in Eunucho. Omnia prius experiri q̃ armis ſapientẽ decet. Ordo eſt. Age. i. fac res quæ proſunt. i. uſui ſunt & memento rurſus. i. uiciſſim uitare res in quibus eſt error: nec eſt certa ſpes laboris. i. nõ eminet certa merces.

Quod præſtare potes gratis concede roganti
Nam recte feciſſe bonis in parte lucrorſum eſt.

Hortatur nos autor ad liberalitatem. Monetq; ut lubenti animo dignis demus. Quia ut eſt apud Senecam atq; alios. Beneficiũ dãdo accepit qui dignis dedit. Item Qui cito dat bis dat. Quod uero precibus emimus maximo nimirum mercamur. proinde uult ut gratis impẽdamus. i. ſine lõga prece. aut ſupplicatione nimia. Ordo eſt. Concede gratis. i. officioſe & liberaliter ſine expectatione premii aut multa prece. roganti ſupple id quod potes præſtare. i. ſine tuo magno malo illi ipendere. Nam feciſſe recte. i. bene & liberaliter bonis. i. dignis uiris eſt lucroſum. i. utile & commodum in parte: quia ingratus non erit: piiq; animi eſt benefacere bonis.

Quod tibi ſuſpectum eſt confeſtim diſcute quid ſit
Nanq; ſolent primo quæ ſunt neglecta nocere.

Laudatiſſimũ hoc quoq; præceptum eſt & multa eruditione fœcũdiſſimum. Monet itaq; ut q̃primũ rem diſcutiamus: dum uidelicet ſano atq; incorrupto ſumus iudicio. Nam ut eſt apud Flaccũ in ſermo. Male uerum examinat oĩs. Corruptus iudex. Proinde ſi uolumus bene de ſobrietate & abſtinentia iudicare non imbuemus nos uino & lauticiis cibariorum: uerum ieiuni eam partem diſcutiemus. Vnde idem. Quæ uirtus & quanta bonis ſit uiuere paruo. Diſcite non inter lances menſaſq; nitentes Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus: & cum Accliuus falſis animus meliora recuſat Verum hic impranſi mecum diſquirite &c. Præterea ſi te blanda uoluptas adoriatur: aut lubrica uen⁹ excipiat: quod Ouidi⁹ monet: Principiis obſta: ſero medicina paraſ. Quãdo captus erit. Si præterea auaritia te ſollicitet auri nitore: priuſq; animus capiatur diſcute rem ipſam: & nihil ſordidius auaro inueneris. Itaq; ſingulas peſtes diſquiras. Nam nulla eſt tam ſæua quin deprauato animo ſpeciem boni habere uideatur. Vnde & Seneca in epiſtolis. Nullum eſt ſine auctoramento malum. Auaritia pecuniam promittit: luxuria uarias uoluptates: ambitio purpuram & plauſum: & ex hoc potentiam: & quicquid potentia poteſt:

mercede te uitia ſollicitant &c. Cauendum eſt ergo ne eiuſmodi autoramen to.i. ſtipendio uel precio nos uitia inducant: & quidem ſtatim in principio: quia ut idem Seneca docet. vii. epiſto. hoc differũt morbi corporis & animi. Nam corporis quidem quanto maiores ſunt: eo magis apparent. In his uero (ut eius uerbis utar) morbis quibus afficiuntur animi: quo quis peius ſe habet: minus ſentit. & paulo poſt. Quare uitia ſua nemo confitetur. Quia etiam tunc in illis eſt: ſomnium narrare uigilantis eſt: & uitia ſua confiteri ſanitatis indicium eſt. Expergiſcamur ergo ut errores noſtros coarguere poſſimus. Sola autem philoſophia nos excitabit: ſola ſomnum excutiet grauem. illi te totum dedica &c. Hæc Seneca. Quãprimum igitur ſuccurrendum eſt ne mor bus ingrauiſcat. quia ut eſt apud Elaccum. Et neglecta ſolent incendia ſume re uires. Suſpectum dicitur a ſuſpicior quod eſt paſſiuũ a ſuſpicio. Suſpicio autem propter uarietatem prioris partis componentis uaria ſignificat. Nam aliquando uidetur naſci a ſurſum, atq; ita ſignificat ſurſum aſpicere. Vt ibi: Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum. Aliqñ uero eſt clam inſpicio/quia ſubclam ſignificare uidetur: ut ſubrideo: ſurripio: ſublego &c. Similiter hoc loco ſuſpectus dicitur qui clam inſpicitur & obſeruatur: quid agat: ut dũ de caſtitate cõiugis dubitas: ſuſpecta tibi eſt. Similiter ſi de fide ſerui: is quoq; ſuſpectus eſt. Quando itaq; res primum ſpectanti ſpeciem boni tibi offert (decipimur enim ſpecie recti) & tamẽ non plenam fidem illi habes: tũc merito ſuſpecta uocabitur. Ordo igitur eſt. Diſcute. i. diſquire examina con feſtim. i. ſtatim ilico e ueſtigio feſtinanter illud ſupple quod eſt tibi ſuſpectũ: i. ancipiti fide nec ſatis probatum. Namq; i. quia neglecta. i. res neglectæ primo. i. dum primum occurrunt ſolent nocere niſi ſtatim diſcutias / & ſi fugienda ſint uites.

Suſpectus

Cum te detineat ueneris damnoſa uoluptas
Indulgere gulæ noli quæ uentris amica eſt.

Optima præceptio ad uitia fugienda ut quæ ad ea nos hortant amoueamus. Si inquit uenerea libidine rumparis: ſubtrahe fomitem quæ gula eſt. quia dicit Comicus Sine cerere & baccho friget uenus. Et uulgo dicitur. Luxuriat rano non bene paſta caro. Dicit damnoſa uoluptas. Plurima enĩ damna affert. de quibus ĩ primo Siluarũ uidimus ibi. Necueneris nec tu uini capieris amore &c. Hora. in epiſto. idem epitheton dat dicẽs: Quem damnoſa uenus quẽ præceps alea nudat. Indulgere hicſi Vallæ credimus latine ponitur. Ait enĩ libro quarto. Indulgentiam uulgo nunc accipiunt pro uenia ut indulgentiam tibi deus tribuat: quod quis neget dici non latine. Indulgere enim eſt cõcedere (ut ſic dicã) obſequẽter atq; tribuere cui? rei admoneri certe debuerãt illo trito uerſu neſcio cuius: ſed certe inter minutos autores latiniſſimi: & quo mille annis nemo carmẽ ſcripſit elegãtius. Indulgere gulæ noli quæ uẽtris amica eſt. Nunqd in gulã nequaq̃ miſericordes iubemur eẽ anteq̃ peccauit. an ne cõmittã ut illa peccẽ. Quintilian?. Mollis illa educatio quã indulgẽtiã uocamus neruos oẽs & mẽtis & corporis frãgit. Nõ ergo indulgẽtia ꝑ

Indulgẽtia
Indulgere

uenia accipienda est. Est enī uenia remissio culpæ &c. Hæc Valla. per quem admonemur ut eloquētiæ autoris nīi rōnē habeamus: simulq; docemur qd sit idulgere. Ordo est. Cū dānosa uoluptas ueneris. i. luxuriosæ libidinis deti neat. i. captet te: noli idulgere. i. nimiū tribuere gulæ: q̄ gula ē amica uētris.

Cum tibi proponas animalia cuncta timere
Vnum præcipio tibi plus hominem esse timendum.

Hoc præceptū neqtia nīa perq̄ utile facit. Vertimus enī dona deoꝝ in pniciē Nā ut est apud Iuuenalē in ea pte quā ultimā in. viii. huiꝰ posuimus. deꝰ optimus maximꝰ rerū artifex diuinū sensū animūq; nobis dedit: quo humane socialiter & in pace cōuiuerem⁹. Nūc uero nihil plus hōi q̄ hō nocet. Nā qa argutissimo īgenio sumus: & liberū arbitriū soli aī aliū habemus: soli itē & optime & pessime agere possum⁹: sed plures (nefandū) ad iniquitatē diuinæ particulā auræ diuertim⁹. Vbiq; fraudis/ ubiq; inuidiæ: ubiq; doli pessimi/ nimia copia ē. Iōq; sapiēter monet autor noster: ut cū oīa aīalia timēda nobis ꝓponamus: hoīem tñ præcipue formidemus: solus enī insidiis excipere nos pōt: cætera apto marte inuadūt. Ordo est. Cū. i. qñquidē uel ut uulgo dicūt: uiso q; ꝓponas. i. constituas timere tibi. i. pro salute tua: cuncta animalia ego præcipio. i. mando unum uidelicet hominem esse timendū tibi plus supple q̄ cætera. Legūt qdā Vnum præcipio hoīem &c. quo modo h pro cōsonante ponetur sicut in illo primi Aenei. Post habita coluisse samo hic illius arma. hic currus fuit.

Cum tibi præualidæ fuerint in corpore uires
Fac sapias: sic tu poteris uir fortis haberi.

Monet ut animū colamus si fortitudinē amamus: Nā uirtus ipsa q̄ fortitudo dicit nō in corporis: sed in aī uiribꝰ sita est. Atq; ita ut fortes simus animus ab unde satis est: uerū ut fortiter agamus uiribus corporeis sæpe opus est. de hac re ē illud Saluſtianū in Catilinario. Sed diu magnū inter mortales certamē fuit: ui ne corporis an uirtute animæ res militares magis ꝓcederēt. Nā & prīusq̄ incipias cōsulto: & ubi cōsulueris mature opus est facto. Ita utrūq; pfe in/digēs: alterū alterius ope eget. Hæc ille. Si itaq; alterū. i. uires corporis habueris: fac ut altero. i. uirtute aī. i. sapiētia nō careas. Vñ dicā cū uenia uīa omniū q̄ hæc legetis Memorabile uerbū illustrissimi principis belgicoꝝ Caroli Burgundionū ducis Qui/ ubi uirū quendā egregiæ staturæ & ꝓceritatis ueneranda dono susciperet percunctabat: an ne arcu aut gladio aut alio quouis sciret bellico telo: at illi nullo inquiūt metuende princeps. Et ille rursus cantu nequalet aut saltē fidibꝰ/ridēs rudis illas manus: nō itidē inquiūt. Tū demū: græce scit an latine: at cū illi ipm præter uernaculā nullā līguā hīe dicerēt: solaq; corpis mole prædītū affirmarēt. Pulchra inqt me hercules belua ē. Neq; pluris post illū fecit. Ordo est. Cū uires præualidæ. i. ꝓter cæteras ualidæ fuerint

tibi in corpore: fac ſapias. i. ſapiens ſis/ & tu poteris ſic. i. per ſapientiam habe/
Præ ri fortis. Præ in compoſitione plus auget q̄ per. quia multi poſſunt eſſe per/
potentes & perq̄ualidi. pauci uero præpotentes & prævalidi. quia ſignificat
præ cæteris fere.

Auxilium a notis petito ſi forte laboras
Nec quiſq̄ melior medicus q̄ fidus amicus.

Dat utile præceptum quo & publicæ & priuatæ ſaluti conſulere poſſumus. Si inquit opus ē tibi auxilio: fac ut notos & fidos auxiliarios accipias. Sæpe enī ouis ab lupo auxilium male flagitat. Ordo eſt. Si tu forte laboras. i. in pericu lo es: & ab inimicis aut alio quouis obrueris: petito auxilium a notis. i. quorū fidem perſpexiſti. Et ſi fueris ſupple ualitudinarius conſule fidum amicum: quia non eſt quiſq̄ melior medicus q̄ fidus amicus.

Cum ſis ipſe nocens moritur cur uictima pro te
Stultitia eſt in mortem alterius ſperare ſalutem.

Sanctiſſimum hoc nimirum præceptum eſt de quo abunde diximus in parti/cula quam ex Perſio ſumpſimus. Monet ergo ut puram mentem deo primū offeramus. Quia ſtultum eſt ſperare deos poſſe placari ſanguine uitulorum: ſi modo nos nocentes fuerimus. Eſt autem antiqui inſtituti animalia munda deo mactandi: tam apud Iudeos q̄ apud cæteras nationes de quo præter ea q̄ Leui. xxii. habemus abunde Ioſephus in de antiquitatibus loquitur. Vnde in pſalmo. Imponēt ſuper altare tuum uitulos. Verum nos illi præcepto audiē tes ſumus. Thure deum placauitulū ſine creſcat aratro. Neq; enim deus no/ſter ſanguine gaudet. Vnde & diuinus poeta Dauid. Quoniam ſi uoluiſſes ſa crificium dediſſem utiq; holocauſtis non delectaberis. Sacrificium deo ſpiri tus cōtribulatus: cor contritum & humiliatū de⁹ nō deſpicies &c. Oportet igi tur ſi ſacrificium deo acceptum offerre uolumus ut mūdi ſimus & nos: nedū uictima nr̄a. Vnde ipſe ſaluator noſter Matthei quinto. Si ergo offers mun⁹ tuum ad altare: & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid ad/uerſum te: relinq̄ ibi munus tuū añ altare & uade prius reconciliari fri tuo: & tunc ueniens offer. De puritate ſacrificantis. Sic præcipit Eccleſiaſtici. xxxv. Sacrificiū ſalutare eſt attendere mandatis & diſcedere ab omni iniquitate: & ꝓpitiationē litare ſacrificii ſuper iniuſtitias: & deprecatio pro peccatis rece/dere ab iniuſtitia. Non apparebis ante conſpectū domini uacuus. Hæc enim omnia propter mandata dei fiūt. Oblatio iuſti impinguat altare: & odor ſua/uitatis eſt in conſpectu altiſſimi. Sacrificiū iuſti acceptum eſt: & memoriā ei⁹ non obliuiſcet dñs. Bono animo gloriā redde deo: & non minuas primitias manuū tuarum. Hæc ibi & alia ſane pulchra. Arguit ergo poeta ineptā cōfidē tiā illoꝝ q̄ ſperāt dādo ſceleratis manib⁹ & polluto corde uictimas deo aut ele moſynas pauperi: deū poſſe placare. Sicut nōnulli gulæ ꝓceres: cōtēnūt ieiu nia dicētes ſe ſatiſſacere dando elemoſynā: quā etiā cū ieiunio dare deberēt:

quid enī boni facit: si pecuniā qua uti nō pōt pauperi largit': præsertim ubi le
gem trāsgredit'. ut minus bonū faciat. Similiter qd iuuat sanguinē uituli mū/
di obtulisse si nos nocētes permanserimus: Grata nimirum erit elemosyna:
quā aut iusta aut cōtrita manus dat. Ordo ē. Cur uictima ut uitulus uel agnus
quē sacrificas morit' ꝓ te. cū ipse. i. tu sis nocēs. i. pctīs obnoxius? Stultitia est
sperare salutē in mortē. i. ꝓ mortē alteri? scilicet uictimæ tuæ. Victíma (dicit
Oui) quæ cecidit dextra uictrice uocat'. uerū hic ꝓ quouis sacrificio accipit'.

Cum tibi uel socium uel fidum quæris amicum
Non tibi fortuna est: hominis sed uita petenda.

Moralis certe ístitutio. Si inqt fidū sociū aut amicū habere uolueris nō inspi
cias fortunā: sed uitā eius: bona enī fortuna uel malis cōtingit. bona aūt uita
nō nisi bonis & fidis. Sæpe etenī in exigua cōditiōe rerū plurima uirtus ē: ue/
rū ita nūc uiuimus ut pauci paupibus fidē habeamus. quia dicit Iuue. Quātū
quisq; suā nūmorum spectat in arca. Tantum habet & fidei. Ordo est. Cum. i.
quando quæris tibi sociū uel amicū fidum: fortuna hominis non est peten/
da. id est disquirenda & propius intuenda tibi: sed uita eius.

Vtere quæsitis opibus: fuge nomen auari
Quid tibi diuitiæ prosunt si pauper abundas:

Quía difficillimū est circa diuitias certū tenere modū: sæpe nos poeta mo/
net: ut moderate quæsitis utamur: frustra enī acquirit qui uti nescit: & neqcq̄
possidet: qui usū nō habet. unde Flaccus in epi. Quo mihi fortuna si nō cōce/
dit uti? Ordo ē. Vtere opibus quæsitis. i. cōquisitis & ptis: fuge. i. uita nomen
i. infamiā auari. Quid. i. inquo ꝓsūt diuitiæ tibi: si tu abūdas paup. i. si in abū
dantia rerū ut pauper uiuis. Pulchre aūt cōnectit epithetha diuersa: ꝓpter ea
ad quæ referūt. Nā nō pōt fieri ut respectu eiusdē quis abūdet & paupsit. ue/
rū abūdat opibus quas possidet. & paup est rerū quibus tenacissime utit'. Sic
Iuue. Cū sis inter socraticos notissima fossa cinœdos. cinœdos dicit quo ad
uitā: socraticos quo ad uerba. Et iterū tristibus obscœnis. tristib? in uultu: ob
scœnis in uita. Corrūpūt quidā uersum legētes sed fuge &c. Nomē/ cōe ē uo Nomen
cabulū. significat enī laudē. ut. ii. Aenei. & nos aliquod nomēq; decusq; Gessi
mus. hic uero significat īfamiā gra adiūcti: qa nomē nō ē uitupabile scdm se:
sed nomē auari. Accipim? etiā nomē ꝓ (ut sic dicā noīatis & natiōib?. ut iudei
christiano nomini sēp infesti sunt. id est christianis. Abundare. componit Abundo
ab ab & undo. das quod uerbū deducitur a nomine unda: significat aūt abun
dare. more superundantis aquæ effluere. peccant qui cum h in principio scri
bunt. Quid (ut dicit Valla) sæpe ponitur pro eo qd est in quo. Vt apud Co/
micum Quid peccaui pater? id est in quo.

Si famam seruare cupis dum uiuis honestam
Fac fugias animo quæ sunt mala gaudia uitæ

Si uis inqt honestus haberi: fuge uoluptuosam uitã. Nihil enĩ laudabilius est q̃ refrenare libidinẽ. quocirca recte ait Ouid. Est uirtus placitis abstinuisse bonis: mala gaudia sũt quæ ex libidine: aut uoluptate: aut carnalibus deliciis nascũt. quæ reuera mala sũt. Quia eiusmõi sunt de qbus dictũ ẽ Extremũ gaudii luct⁹ occupat Quocirca demosthenes Cũ lais meretrix p copia sui cẽties sestertiũ posceret nõ emo inquit centum sestertiis pœnitere. uerba eius græca apud Gelliũ iuenies. libro primo ca. x. Ordo est si cupis. i. desideras seruare honestã famã dum. i. donec uiuis fac. fugias aĩo &c. Seneca. Vis habere honorem da tibi magnum imperium: impera tibi.

Cum sapias animo noli irridere senectam
Nam quo cunq; sene sensus puerilis in illo est.

Docet sancte/ut despicatã nõ habeamus senectã ætatẽ: tametsi delirã uideri mus. is enĩ ætatis nõ hoĩs morbus ẽ. Virtus enĩ aĩ quæ in se eadem creditʼ: p organi corporei uariatiõe alia & alia uideʼ. sicut candela in cornu pellucido multũ luminis diffundit parũ in densiusculo. in opaco nullũ Sic dum corpus bñ dispositũ habemus: sapiẽtes sumus dũ indispositum insipiẽtes. Neq; uero alia aut pfectior quoad substantiã aĩa in stulto: q̃ in sapiẽte est: sed eius uirtus illic absconditʼ hic lucet. Quin in uno eodemq; hoĩe. primũ ineũte ætate insipientiá uidemus. deinde prudẽtiã. nouissimo delirationẽ. Quia ut ẽ in buc. Virgi. Oĩa fert ætas animũ quoq; præcipitʼ igitʼ hic quod habetʼ Ecclesia. viii. Ne spernas hoĩem in senectute: etenĩ ex nobis senescũt. Ordo est. Cũ sapias aĩo. i. quãuis tu sis sapiẽs & compos animi: noli irridere senectã sup. ætatem. Nã quocũq; supple existente sene. puerilis sensus est in illo. hoc est oĩs senex redit ad puerilẽ morẽ. Nã ut diceʼ in sequentí libello bis pueri sumus.

Disce aliquid nam cum subito fortuna recedit
Ars remanet uitamq; hominis non deserit un q̃.

Cohortatʼ nos ad sciẽtias acquirẽdas: qñ quidẽ certissimæ diuitiæ sint. Diuitiæ enĩ auferri possũt. ars nõ põt. Nã ut multorũ est opinio ne in morte qdẽ nos ars bona deseret. Vnde Hieronymus. Discamus scientiam in terris quæ nobiscum manebit & in cælis. Ordo est clarus.

Prospicito cuncta tacitus-quod quisq; loquatur
Sermo hominum mores & celat & indicat idem

Sæpe cohortatʼ ẽ poeta ut cũ bonis ãbulemus: societatẽ cõtrahamus: amicitias ineamus. Nũc uero oñdit quõ uitas hoĩum cognoscerem⁹: & dicit. q̃ ex uerbis. Nã/ut dĩ/Sermo é nũcius mẽtis. Ex abũdãtia enĩ cordis os loqt̃. Vt plurimũ itaq; usu uenit. ut uir sapiẽs sapiẽter loquatur: stultus dissolute: fidus simpliciter & apte fraudelẽtus cõposite & p ãbages. Quocirca si uis sapiẽs haberi loq̃re sapiẽter. Si sapiẽtẽ cognoscere: disq̃re diligẽter sermones eius Cæ

tetum ut dicit Saluſtius. Ambitio multos mortalis falſos fieri ſubegit: aliud clauſū in pectore: aliud in lingua prōptū hr̃e &c. itaq; nō facile ē primū ex uerbis huiuſmōi uiros cognoſcere. Verū ut dicit Saluator nr̃. Matt. vii. A fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Difficile eſt aūt diu diſſimulare neqtiā etiā uerbis. qa ut dicit Seneca. Nemo pōt pſonā diu ferre fictā: ficta cito in naturā ſuā recidūt. Ideoq; ſi diligenter aīaduerteris facile deprehēderis: fictē ne qs an ex uero loquat̃: cūcta hoc loco meo iudicio fœminī generis ē ablatiui caſus: tacitus aūt cū priori cohæret. Vñ Ordo ē. Perſpicito cūcta. i. cū mora & accuratiōe: tacitus. i. ſecrete: in aīo tuo: quod quiſq; loquat̃. Quia Sermo hominū cælat mores hoīum & idē indicat mores hoīum. Quia ſiqs fictē & compoſitē loquat̃. cælat mores ſuos. Ideoq; mature & cū mora pſpiciēdū eſt. Sin diſſolute: indicarit facile qualis fuerit. Pulchre ponit̃ hic cōiūctio et: loco cuius ſi uerſus pateret̃: nō abſurde poſueris tum dictionē. Regula aūt eſt. Et ſemper in medio: aliqñ etiā in principio poni. ut. i. Aenei. Aſt ego quæ diuū incœdo regina Iouiſq;. Et ſoror & coniunx &c. q; aut emconiunctio ſemp in fine aliqñ in medio poni pōt. Quocirca Virgilius multos hypermetros poſuit: ne in grāmaticē peccaret. ut primo Aenei. Ignari hominūq; locorūq;. & in ſecūdo. Quē nō incuſaui amēs hoīumq; deorūq;. Semp aūt ſequens uerſus apud Virgiliū a uocali incipit̃ a qua abſumit̃ ſyllaba abūdans. Vitioſū eſt ergo illud. Dāt duo bos impos cōpos cuſtoſq; ſacerdos. dicēdū eni ē. ſacerdoſq; &c. Idē dicit Donatus in maſculino geuere. pductū in neutro uero correptū eſt. Vnde hoc loco. qa maſculinū (refert̃ eni ad dictionē ſermo (producitur.

Exerce ſtudium quāuis perceperis artem
Nam cura ingenium ſic: ut manus adiuuat uſum

Docet ne artē quēpiā intermittamus donec eā calleamus. Nā tā ingenium q̄ memoria excolendo auget̃. Ideoq; dicit philoſophus. Quod experrius certius loquit̃ ſciēte Ordo eſt. Exerce ſtudiū: quāuis pcepis. i. pfecte intellexeris artē. Nā cura. i. diligētia & ſolertia adiuuat ſic ingeniū. ut. i. quēadmodū manus. i. opatio manūū adiuuat uſum. id eſt ſicut multa exercitatiōe uſus pficit̃. dicit eni Oui. ſeris uenit uſus ab ānis. ita etiā ingeniū. Percipere ē perfecte intelligere. per eni ſignificat ualde aut perfecte. & capere eſt aliqñ intelligere.

Multum uenturi ne cures tempora fati
Non metuit mortem qui ſcit contemnere uitam.

Quia rerū terribiliſſima mors ē. oībuſq; moriēdū ē: ſæpe nos poeta cohortat̃ ut eā fortiter expectem?: ſed uarriis argumētis utit̃. Antea eni docuit mortē nō eē timēdā ne æterno cruciatu affecti/etiā uitæ cōmoda perdam?: qđ p/xime adepicureos accedit. deī de oñdit mortē etiā optādā eē: qa maloꝝ oī finis ē: qđ ex eodē fonte manaſſe putes: Nūc uero ne mortē nimiū curemus: docet ut uitā cōtēnamus. hoc ē (iuxta aīſtitutionē chriſtianā) ita fiduciā ex bñ factis habeamus: ut liceat dicere cū apoſtolo. Cupio diſſolui & eē cū chriſto:

Ideo aũt mori timemus: quia male uiuimus. Scim⁹ enĩ nos mercedẽ laboris tã boni q̃ mali esse accepturos. Ideoq; qui sibi male cõsciũt semp timẽt. Verũ tñ uerba autoris nr̃i potius hoc sonãt Qui mortẽ nolit formidare: caueat dulcedine uitæ capi. qa nõ metuit mortẽ q̃ scit cõtẽnere uitã. Ordo igit᷑ ẽ. Necures. i. noli curare multũ: tpa fatiuẽturi. i. tpa mortis uenturæ ex fato. Is supplenõ metuit mortẽ/q̃ scit cõtẽnere. i. aspernari uitã. i. delectationẽ huius uitæ.

Disce sed a doctis indoctos ipse doceto
Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum

Docet quõ ingeniũ exerceamus utpote discẽdo & docẽdo: discẽdo quidẽ a doctis. docẽdo uero indoctos. Ordo est. disce. i. addisce & pcipe scientiã a doctis. i. ꝛatis & peritis. ipse. i. tu doceto indoctos: etenĩ doctrina bonarũ rerũ ẽ ꝓpagãda. i. more ꝓpaginis ad alios traducẽda. dicit bñ: sed a doctis. in numeri enĩ perdũt᷑ scholastici præceptoꝝ ignorãtia. Nemo enĩ docere põt: quod ipse nescit. Cõtra multi multa sciunt/qui ea docere nõ possũt. Dicit doctrina bonarũ rerũ: quia res malæ & ineptæ celãdæ nõ ꝓpagãdæ sũt. Propago uerbũ nascit᷑ a ꝓpagine: quod nomẽ q̃n ad uitẽ spectat primã ꝓducit. ut Georg. ii. Siluarũq; aliæ pressos ꝓpaginis arcus. Quãdo aũt ad ꝓgeniẽ spectat eandẽ corripit: ut Aenei. vi. Esse sinent: nimiũ uobis romana ꝓpago Visa potẽs superi. Quia ergo hic ꝓduci᷑. uide᷑ descendere a ꝓpagine uitis. Et significat ut dixi ꝓfundere in alios scientiã: sicut uitis palmites & sarmenta diffundit: seq; fortius palmitibus fundat. Quod autem scientia bona sit propaganda: docet sic Seneca. Nobilis possessio sapientia est: quæ distributa suscipit incrementum: auarum dedignata possessorem: cito nisi publicetur/elabitur.

Hoc bibe quod possis si tu uis uiuere sanus
Morbi causa mali nãq; est quæcunq; uoluptas.

Præcipit tẽpãtiã in bibẽdo & a simili in comedẽdo eẽ seruãdã. Quia ex crapula multi nascũt᷑ morbi. Ordo ẽ: bibe hoc qđ possis. i. qđ natura tua exigit si tu uis uiuere sanus: Quæcũq; uoluptas. i. supflu⁹ ex uoluptate inordinata sumptus ẽ cã mali morbi. Quin & ipa uoluptas hebetior fit ex abũdãtia Vñ illud Iuue. Voluptatẽ cõmendat rarior usus Quia uero auiditatẽ illã seu uoluptatẽ comessandi & potãdi ægritudo seq᷑. bñ ait Flaccus in epi. Sperne uoluptatẽ: nocet empta dolore uoluptas. Mali morbi generale ẽ epithetũ. uel ideo mali dixit: quia bonus est morbus corpis/quo animus sanat᷑: quia uirtus in infirmitate pfici᷑. Morbus aũt q̃ ex uoluptate orit᷑: utriq; nocet & aĩo & corpori.

Laudaris quodcunq; palam: quodcunq; probaris
Hoc uide ne rursus leuitatis crimine damnes.

Monet poeta ut cõstãtes sim⁹: neq; si qd palã laudauimus postea idẽ leuiter culpem⁹. Solem⁹ aũt plerũq; amicos palã laud are. uñ & Sene Secrete admone amicos: palã lauda: uerũ ut hic dici᷑. uitiosum est quẽpiã a nobis laudatum

postea dānari: quocirca recte Flacc⁹ ī epi. Qualē cōmēdes etiā atq; etiā aspice ne mox incutiant aliena tibi peccata ruborē. Dicit leuitatis crimine ꝓpter ea quæ diximus ibi Cōstans & leuis &c. Ordo est. Vide. i. ꝓspice ne quodcunq; id est quācūq; rem laudaris. id est laudaueris palam. & quodcūq; probaris. id est ꝓbaueris palam. id est publice coram multis dānes. i. culpes rursus crimine leuitatis. i. in cōstantiæ. Vide est a tertia cōiūgatiōe. Multæ enī secundæ amisso e transeūt in tertiā ut cauo. feruo. strido. tergo. & hic uido qđ rarū est.

Tranquillis rebus quæ sunt aduersa caueto
Rebus in aduersis melius sperare memento.

Monet ut fortitudinē & temperantiā in utraq; fortuna seruemus: ne nos læta nimium extollat aut aduersa deprimat. Quocirca cum in tranquillitate sumus debemus cauere ne nos aduersa improuidos obruant, & dum in miseriis bene sperando dolorem mitigabimus. Quisquis enī palma dignus sit/oportet contra pondus renitat'. Ordo est. caueto in rebus tranquillis. id est pacificis & lætis. ea quæ sunt aduersa & memento sperare melius in aduersis rebus.

Discere ne cesses: cura sapientia crescit
Rara datur longo prudentia temporis usu.

Admonet rursus si perfecte artē quāpiā callere uelimus: ut semp discamus. quia rara. i. egregia qualis est perfecta scientia. nō pōt haberi nisi ex longo usu Nō leges hic raro dat'. sic enī sentētiā quæ nūc optima est depraues. Vulgo enī dicit'. oē rarū carū. Itaq; cūde quauis uiro dicit'. q; habeat rarā prudentiā. aut eloquentiā aut quāuis aliā uirtutē: nō significat'. q; tenuē & modicā: sed q; præcipuam cuiusmodi rara est. Ordo est. Ne cesses. id est desinas discere: quia sapientia crescit cura. id est per curam & diligentem exercitationē. Rara. id est singularis & præcipua prudentia datur longo usu temporis.

Parce laudato: nam quem tu sæpe probaris
Vna dies qualis fuerit monstrabit amicus.

Manifeste docet quod Flaccus ut mō: uidimus dicēs. Qualē cōmēdes etiā atq; etiā aspice ne mox Incutiāt aliena tibi peccata ruborē Dicit igit' sic. Caue ne multos & sæpe laudes. Tamet si enī quispiā sæpe bonus uisus est. Si semel malus habeat'. maxime contra instituta ciuilia. hoc est cōtra fidē: aut iusiurandū: aut ciuilis mores quis fecerit bonus postilla cēserī non debebit. Itaq; male illū laudasse uideberis. Malus igitur sæpe bonus uidebitur. bonus aūt censendus non est quem semel infidum aut perfidum offendisti. Ordo est. Laudato parce. id est non multum nec frequēter. Nam una dies monstrabit qualis amicus fuerit. supple is quem: sæpe probaris. id est probaueris. Hoc est sæpe malus nequitiam dissimulat quam semel reuelat.

Ne pudeat: quæ nescieris te uelle doceri.
Scire aliquid laus est: turpe est nil discere uelle

Monet ne nos pudeat discere: turpius enī est nolle discere q̄ nescire. Malus ergo pudor est q facit ut nō discamus. Multi enī ne uideāt turpiter ignorasse. malunt perpetuo ignorare: q̄ discere percunctando. de quo pudore dicit in de arte poetica Flaccus sic. mihi turpe relinqui est. Et quod nō didici sane nescire fateri. Ordo est. Ne pudeat te uelle doceri ea quæ nescieris. Laus est scire aliquid. sed nil uelle discere est turpe.

Cum uenere & baccholis est sed iuncta uoluptas
Quod lautum est animo complectere: sed fuge lites.

Monet ut sincere gaudia quæ nihil fellis atq; amaritudinis admixtū habēt amplectemur. & ut uoluptatē quæ ex uenere. i. libidine carnis. aut ex baccho id est uino ꝓuenit repellamus. Nā licet dulcedinis quid habet. nō tñ sine lite id est remorsione cōsciētiæ quā sapiēs & quisq; beate uiuere uult sūmopere fugit. de hac lite uidet sic loqui Apostolus. Ad Ro. vii. Video autē aliā legē in mēbris meis: repugnantē legi mētis meæ & captiuantē me in lege peccati quæ est in membris meis. Infœlix ego hō: quis me liberabit de corpe mortis huius? Gratia dei. Per iesum christū dñm nostrū. Igit ego ipse mente seruio legi dei: carne aūt legi peccati &c. Voluptas ergo carnis lite habet quam fugere debemus. Amplectemur ergo quod lautū. i. purū & nitidū est sincerū q; nec habet admixtā amaroris fecem. quale est Gloria salua modestia in bene gestis ꝓ nos rebus. Ordo est. lis ē cū uenere. i. actu libidinis: & cū baccho. id est cum uini usu: sed uoluptas est iuncta. id est associata ipsis. hoc est. habēt quidem uoluptatem: sed non sine lite & remorsu: Ideoq; complectere. id est contine animo illud quod est lautum. id est splēdidū & delitiosum: sed fuge lites. i. uoluptates quæ nō sine lite possidēt. Ex aliis aliā interp̄tationē habes.

Demissos animo & tacitos uitare memento
Quod flumen tacitum est forsan latet altius unda.

Docet ne nimiā fidē habeamus tacitis & alto silētio uiris: qa in tacito pectore multæ sæpe uersutiæ cōdunt. Sicut flumia tacite labētia: multo altiora atq; ꝓfūdiora sūt q̄ quæ cū strepitu fūdū saxeū radūt. Est aūt parabola ex ꝓuerbio sūpta. hāc rē Virgi. ubiq; decori seruātissimus in Iunone seruauit. Nā cū eā animio odio in troianos ferri oñdat/docet recōditū hr̄e pectus ut in primo Aeneid. manet alta mēte repostū iudiciū paridis. docet. itē silētii amatricem nec loq nisi ꝓuocatā. Vñ ipsa in. x. Quid: me alta silētia cogis rūpere & obductū uerbis uulgare dolorē. &c. Ordo ē. Me mēto uitare. i. effugere. Ne nimiā rōnē tecū habeāt: demissos. i. simulatores se sūmisse gerētes & tacitos. i. taciturnos & cōsilia sua celātes. Quia flumē quod ē tacitū: latet forsan altius. i. ꝓfundius unda. id est gurgite aquarum: uel lege sic. Quo flumen tacitum est:

forſan latet altior unda: ut ſit Ordo. Vnda latet forſan altior in eo loco quo. id eſt in quo flumen eſt tacitum. id eſt tacite fluens. Male legunt: quidã taci/toſq; uitare: qa uitare nũq̃ primã corripit. Similiter ſecũdũ corrũpũt legẽtes Quod flumẽ eſt tacitũ. non enim n. ſed m abſumit᷑. perſequente uocalem.

Cum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum
Alterius ſpecta: quo ſis diſcrimine peior

Docet quõ modeſtius aduerſam fortunã patiemur: quia ſi nr̃a iniqua eſt/& uiderimus alterius peiorẽ eſſe/æquũ iudicabimus ut noſtrã toleremꝰ/ſcientes: qm̃ nihil eſt ab oĩ pte beatũ. ut dicit flaccus. Innitit᷑ ergo deuerbio Solatiũ eſt miſeris ſolatiũ habere in pœnis. Ordo ẽ. Cũ. i. qñ fortuna tuarũ rerum id eſt cõditionis tuæ diſpliceat tibi ſpecta. i. ſæpe inſpice alterius ſup. fortunã quo diſcrimĩe. i. in qua aduerſitate & quo labore ſis peior. i. miſerior ſupple q̃ ille. Quia ſi offenderis illũ æque aut magis miſerum: oportet tũ tuã æquo aĩo feras. Diſcrimẽ ut docet Nonius Mar. Aliqñ eſt diuiſio & ſepatio. Cicero de finibus bonorũ & malorũ. Hõ & acutus & diligẽs. Chryſippus nõ cõtẽnit: totũq; diſcrimẽ ſũmi boni in eã rerũ cõparationẽ poſitũ putat. Diſcrimẽ itẽ eſt periculũ. Virgi. Aenei. li. i. Per tot diſcrimina rerũ tẽdimus in latium. Diſcrimẽ rurſus ſepatio ad diſcernẽdo. Vnde & diſcerniculũ dicit᷑ acus/quæ capillos media frõte diſſeparat: Luc. li. xxx. & amabat omnes: Nam diſcrimẽ non fecit: neq; ſignat linea alba. Diſcrimen certamen. Virgilius lib. quinto. Poſt hos æquo diſcrimine piſtris Centauruſq; locum tendunt ſuperare prio/rem &c. Ergo hoc loco diſcrimine. id eſt periculo. uel differentia fortunarũ.

Diſcrimen

Diſcernicu/lum

Quod potes id tenta: nam littus carpere remis
Tutius eſt multo q̃uelum tendere in altum.

Docet ut non ultra uires atq; opes nr̃as conemur: & utit᷑ metaphora a naue quæ rara ad littora mergit᷑. Ordo ẽ. tẽta. i. conare id quod potes ſup. efficere nã tutius multo ẽ carpe. i. cõtingere & ferire littus remis q̃ tẽdere. i. pãdere & extẽdere uelũ ĩ altũ. i. in pfũdũ pelagus hoc quoq; ĩ puerbiis ẽ. leges tutius ẽ multo. qa latinitas nõ patit᷑ ut legas multũ Cõpatio. n. addũt᷑ multo modico paulo cætera in o. poſitio uero multũ modicũ & reliq̃ in ũ. ꝑterea autor nõ ẽ ſtudioſꝰ illiꝰ eloq̃ntiæ q̃ pẽtimemeris cũ fine cõſonat: cuiꝰ iepti nimis obſeruãtes ſt̃. nihil. n. magis a carmĩs decoro abhorret: quocirca notat᷑ illeuerſus iiii. ænei. a Ser. tãq̃ ieptiſſimꝰ. Laomedõteæ ſẽtis piuria gẽtis: lege igit᷑ multo.

Contra hominem iuſtum noli contendere praue
Sæpe etenim deus iniuſtas ulciſcitur iras

Sciſſimũ ꝑceptũ nec ĩdignũ qđ a paulo nr̃o dicat᷑. monet itaq; tãetſi ꝑpotẽtes & uiribꝰ & opibꝰ fuerimꝰ. nõ tñ ꝓpter ea cõtẽdemꝰ iniq̃ cõtra hoĩem iuſtũ. quia deꝰ ſæpe defendit ptes iuſti minus deſe potẽtis. Ordo ẽ. noli cõtendere. id eſt cõcertare. praue. id eſt ſine iuſta ratione cõtra hominem iuſtum. etenĩ deus ulciſcitur ſæpe iras iniuſtas. id eſt iniuſte ſuſceptas.

Ereptis opibus noli mœrere dolendo
Sed gaude potius si te contingat habere.

Noli inquit mœrere. i. nimis mœstus eẽ dolẽdo opibus. i. diuitiis ereptis. i. ablatis tibi: sed si cõtingat te eas habere. gaude. i. putato de lucro esse. Induc ergo in animum tuum/patienter ferendam esse amissionẽ possessionũ tua/rum. Quia diuitiæ fluxæ & fragiles sunt: nullumq; proprium agnoscunt he/rum: Quocirca si te contingat herum earum esse gaude: sin minus/patere. Iniuria enim tibi non fit: si quod tibi proprium nõ est/auferatur.

Est iactura grauis quæ sunt amittere damnis
Sunt quædam quæ ferre decet patienter amicum.

Docuit nõ esse mœrendũ si bona amiserimus. quod sic nũc determinat. Si/quidẽ inquit bona amiserimus sine culpa aut negligẽtia nr̃a leuiter ferẽdũ ẽ: sed grauis est iactura: amittere ea quæ sũt. dãnis. i. cũ dãno rerum aut famæ. Sũt autem quædam quæ decet amicum ferre patienter. Hoc est eorum quæ amittimus ptim irrecupabilia sunt nec subleuatẽ admittũt: cuiusmodi sũt uir tus & bona fama: & eorũ quidẽ amissio grauis. i. molesta est/quia fit cũ dam nis. partim uero: recuperãdi spem cõcedũt: quales sũt rerũ possessiões: qua/rũ damna amici nobiscũ ferent: Qui meliorem sensum cõminisci põt faciat.

Tempora longa tibi noli promittere uitæ
Quocunq; ingrederis sequitur mors corporis umbram

Monet sapiẽter/ne cõfidentiã longæ uitæ habeamus: quia nulle sunt fato/rũ uiæ: cũ enĩ mortalis simus: & fragillimi: quottidie mori possumus. Proin de(ut hieronymi dia sentẽtia est) Maxime terribile ẽ aliter uiuere q̃ audeas mori. Ordo est. noli promittere. id est polliceri tibi lõga tempora uitæ: quia mors sequitur umbrã corporis quocunq; ingrederis bene meminit corporis id enim mortale mortalitatisq; nostræ fomitem semper nobiscũ ducimus.

Thure deum placa uitulum sine crescat aratro
Ne credas placare deum dum cæde litatur.

Satis cõformiter ad religionis nostræ morẽ cohortat̃: ut deum thure place mus. Antiquissima aũt institutio est deũ placandi thure. Nascit̃ aũt in arabia atq; adeo in una pte quæ saba dicit̃. quod uocabulũ misteriũ significat Vnde in Georg. Solis est thurea uirga sabeis. Et primo Aenei. centũq; sabeo Thu/re calent aræ &c. Aristoteles in libris de cælo deos quoq; thure placãdos ostẽ dit. Quod uero uitulũ aratro destinet poeta: nõ facit quo eum deo inuideat. sed quo reipub. pspiciat ad quã uel maxime cõducit agricolatio: cuius boues in multis locis præcipuũ munus habẽt. Monet secũdo uersu iterũ ne putem?

litare cæde & sanguine. Ordo est. Placa. i. reconcilia tibi deum thure incenso & sine uitulum ut crescat aratro. i. ad usum aratri. Ne credas placare deum dū litatur. i. sacrificatur cæde. i. occisione & mactatione animalis. quia sacrificiū deo spiritus contribulatus. Vitulum sine. Elegans locutio quæ ex græco fō te manauit. Græci enim sæpe priori uerbo iungunt quod posterioris est. ut Scis me quid uelim: pro eo quod est: scis quid ego uelim. Itaq; hoc loco grā/matice dixeris: uitulus sine crescat aratro. sed non latine neq; tam eleganter. Latinitas enim uult nō tam esse q̄ uideri congrua. Quocirca (licet al teri⁹ ge neris locutio est) eadem de causa: uix latine dixeris: populo ut placerēt quas fecisset fabulæ: recte igitur Terentius quas fecisset fabulas dixit: propterea q̄ a uerbo fecisset non a uerbo placerent uidetur regi: & hoc loco uidetur accu/satiuus uitulum a uerbo sine regi propterea q̄ illi cohæret. Aratrum uenit a su pino aratum: ita secundam syllabam semper longā habere debet.

Cede locum læsus fortunæ cede potenti
Lædere qui potuit prodesse aliquando ualebit.

Monet ut dum a præpotentibus lædimur: æquo animo ferre significemus: nam cum illis resistere non possemus: modeste ferendo nobis conciliamus: atq; ita a quibus offensam passi sumus ab eisdem opem expectare possumus. Qui enī potest nocere: etiam prodesse potest. Enimuero ut dicit Terenti⁹ in phormione. Insciti a est aduersum stimulū calces. quod & Saulo cui nūc Pau lo nomen est Saluator noster dixit. Vnde etiā Ecclesiastici. iiii. Noli resistere contra faciem potentis: nec coneris cōtra ictum fulminis. Ordo est. Tu læsus i. iniuriam passus cede. i. da locū. cede inq̄ potenti fortunæ. i. homini gaudēti strepitu & dexteritate fortunæ. Is enī qui potuit lædere. i. nocere: poterit p/desse aliquādo. Habetis exemplū notū Caroli magni qui quem exulem ex/torrēq; satis uiolenter fecerat sororis postea nuptiis cognita fide beauit.

Cum quid peccaris castiga te ipse subinde
Vulnera dum sanas dolor est medicina doloris.

Prudenter adhortatur autor ut nosmet ipsi corrigamus: quia nihil dānosius q̄ assidua consuetudo peccādi: quæ una facit confidentiam in peccato. Vtili/tatem autem huiusmodi castigationis subiungit: quia dolor dolore expellit. dolendo igitur faciendū est ne doleamus: unde dicit ipsa ueritas Lucæ. vi. Be ati qui nūc fletis quia ridebitis. Expone sic. Cū peccaris. i. peccaueris quid. i. i aliquo. ipse. i. tu castiga subinde. i. interdū te/quia dū sanas uulnera dolor est medicina. i. remediū & curatio doloris. Subinde (ut docet Vallen.) accipit pro inde uel deinde: statim: ut. T. Liuius lib. viii. Subinde acceptus a populo Munitorio Spurius Oppi⁹. Et Hora. ad Celsum. Si dicet recte: primū gaude/re/subinde Præceptū auriculis hoc instillare memēto. Accipit etiā pidētidē siue frequēter cū quodā interuallo: ut si iter faciens crebro ad comitē respi/ Subinde Idētidem

ciam an me sequi posset dicã subínde respicio. Cicero autem díceret idẽtidẽ. Nam subinde uti non solet. ne æquales quidẽ eius. Hæc Valla. Accipitur ergo hic in secunda significatione: quæ est frequẽter cũ interuallo tamẽ. Quia dicitur: Septies in die cadit iustus et iterum resurgit.

Damnaris nunq̃ post longum tempus amicum
Mutauit mores: sed pignora prima memento.

Docet quod omnes fere litteræ præcipiunt ne amicũ ueterẽ pro parua offẽsa derelinquamus. Si enim inquit mores aliqñ mutasse uidebit̃: respicito ad priscã beneficentiam. Ordo est. Nunq̃. í. non unq̃. non damnaris. i. damnaueris unq̃ amicum post longũ tempus. i. cuius amicitia multo tempore usus es: subaudi: si uel q̃q̃ mutauit mores: sed memento. i. ad memoriam reducito prima pignora. i. antiqua officioꝝ monumẽta. & propter illa ignosce pñti offẽsioni. Multi enĩ inepti pro modica læsione ueterem amicum destituunt.

Gratior officiis hoc-quo sis charior esto
Ne nomen subeas quod dicitur officiperdi.

Monet autor ut ingratitudinis maculã uitemus. Quanto enĩ inquit charióres nos amico pspexerimus tanto illi gratiores erimus: ne dicamur officiperdi: id est in quibus beneficia collata perdita dicantur. de gratitudine sæpe alías dixi. Præcipitur autem Ecclesiastici. iiii. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum: & ad dandũ collecta. Sancte autem poeta cohortatur: ut eo gratiores simus quo chariores. Non enĩ pondus dati: sed charitas dantis nos deuincit atq; merito obnoxios facit. Ordo est. Esto hoc. i. eo. uel tanto gratior: quo. i. quanto sis charior: Ne subeas. i. incurras nomẽ quod dicitur officiperdi. Officiperdi ex duobus obliquis conficitur & propterea non declinatur. Dicitur autem officiperdi in quo officium perditur: propter ingratitudinem aut negligentiam.

Suspectus caueas: ne sis miser omnibus horis
Nam timidis & suspectis aptissima mors est.

Docet poeta ita uiuendum esse: ut neq; alii nobis: neq; nos aliis suspecti & formidolosi simus. Quia utrũq; miserũ est tam timere q̃ timeri. Nam male est diuturnitatis custos metus. Vnde ut iterũ repetam illud Ciceronianũ. Rerũ autem omnũ nec aptius est quicq̃ ad opes tuẽdas ac tenẽdas q̃ diligi: nec aliud timeri. Præclare Ennius. Quem metuunt oderũt: quẽ quisq; odit perisse expedit. Ordo est duplex scdm duplicẽ intellectũ: poteris enĩ primũ sic intelligere. caueas. i. euites suspect'. i. suspitiões: ne sis miser oĩbus horis. Nã mors est aptissima timidis & suspectis. i. suspicios is, ut sit in significatiõe actiua p his qui timẽt & zelotipia cõficiũtur. Secũdo loco suspectus põt accipi in si-

gnificatione patiendi: ut sit: caueas suspectus supple esse ne sis miser omnibus horis/quia mors est aptissima timidis. i. assidue timentibus: & suspectis: id est quos alii semp suspectos habent & propterea timent.

Cum seruos fueris proprios mercatus in usus
Et famulos dicas homines tamen esse memento.

Inuitat nos ad hũanitatẽ atq; clemẽtiã aĩq; mãsuetudinẽ & mititatẽ erga subditos & famulos & siq; sũt seruos nr̃os. Multi enĩ adeo ihũano atq; feroci sũt ingenio ut seruos neget hoies eẽ. qđ nimirũ ĩmane nephas est. Ordo ẽ. Cũ ꝑ quis fueris mercatus. i. emeris seruos in ꝓprios usus. i. ad ꝓpriã utilitatẽ. Et cũ dicas eos famulos. i. ad obsequiũ tuũ debitos memẽto tñ esse hoies hoc ẽ nõ tractes eos ut pecora sed ut hoies licet miserrimæ cõditiõis. Huiꝰ rei antiqꝛ omani studiosi fuerũt: q se pr̃essfamiliæ nõ dños appellari uoluerũt: Et in rep. qa odiosũ erat nomẽ dñi (Nã dñationẽ tyrannidem appellabãt) qui primꝰ in senatu erat: aut pater patriæ: aut princeps uocabat. Seruus dicitur a seruã do. is enim est qui cũ occidi posset in bello: seruatus est ad usus seruãtis: neq; enim proprii quicq̃ ex illo habiturus est. Quia autem in gallia serui non sunt: abutũtur multi uocabulo: appellando ministros mercennarios seruos.

Quamprimum rapienda tibi est occasio prima
Ne rursus quæras quæ iam neglexeris ante.

De hac late diximus ibi. Frõte capillata. Dicit enĩ/nõ prætermittendã eẽ cõ/ditionẽ ultro obuenientẽ dũ datꝰ: nescimus enĩ an posthac unq̃ offeratꝰ: sæpe enĩ multi dũ offertꝰ aut negligunt aut despiciunt: quod posteaꝰ seris uotis ne/quicq̃ requirunt. Vnde prudenter Lucanus. Tolle moras semper nocuit differre paratis. Ordo est. Prima occasio. i. opportunitas potiundi aut accipiendi alicuius: est rapienda tibi q̃primũ. i. ualde pridem uel ualde ciro ut primũ scilicet offertur. ne quæras rursus. i. repetas ea quæ neglexeris ante. i. prius Quam rem detestatur sic Virgiliana Dido. Rursus ne procos irrisa priores Experiar numadumq; petam connubia supplex Quos ego sum totiens iam dedignata maritos?

Morte repentina noli gaudere malorum
Fœlices obeunt quorum sine crimine uita est.

Sanctissima oĩum ẽ hæc præceptio: q̃ iubemur in charitate uiuere. Qui enĩ in charitate uiuit saluationẽ aĩarũ omniũ exoptat. Quãdo uero mali obeunt iã conclamatũ actũq; est de eoꝝ salute. Proinde dolendũ est de morte malorũ ꝓpter aiæ dãnationẽ. gaudẽdũ aũt de morte bonoꝝ ꝓpter salutẽ æternã quã cõsequũtur. Iuxta quã sententiã Ordo é. Noli gaudere repẽtina. i. subitanea & ĩprouisa morte maloꝝ: qa illi obeũt fœlices quoꝝ uita é sine crimĩe. Nõ aũt

illi: qui propter peccata æterna ſupplicia expectant. Vnde dicit Cicero. Mors terribilis eſt iis quorum facta cũ uita extinguntur non iis quorum laus emori non poteſt. Non itaq; gaudendũ eſt de miſera & ſubita morte malorũ: immo de fœlici cõmigratione beatorũ. Vñ dicit etiã Eccleſiaſtici. viii. Noli de mor tuo inimico tuo gaudere: ſciens quoniã omnes morimur, & in gaudiũ uolu mus uenire. Item Prouer. xxiiii. Cũ ceciderit inimicus tuus ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuũ: ne forte uideat dominus & diſpliceat ei: & aufe rat ab eo iram ſuã &c. Si ergo de temporali caſu gaudere non licet multo mi nus de æterno licebit. Quin benefacere præcipimur inimicis nedũ nõ noce re. Vñ Prouer. xxv. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum: ſi ſitit: da ei aquã bi bere. Prunas enĩ congregabis ſuper caput eius: & dominus reddet tibi. Hinc & ſaluator noſter Matthei quinto. Audiſtis quia dictũ eſt. diliges proximũ tuum: & odio habebis inimicum tuũ. Ego autẽ dico uobis. diligite inimicos ueſtros: benefacite his qui oderunt uos: & orate pro perſequẽtibus & calum niantibus uos: ut ſitis filii patris ueſtri qui in celis eſt: qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt quam mercedẽ habebitis? Nõne & publicani hoc faciunt: & ſi ſalutaueritis fratres ueſtros, tm̃ quid amplius facitis: nonne & ethnici hoc faciũt? Eſtote ergo uos perfecti ſi cut & pater ueſter cæleſtis pfectus eſt. Videmus itaq; tantũ abeſſe: ut de mor te malorum gaudere poſſimus: ut etiã dolere uehementer debeamus. Verũ ſi noſco ingenium autoris noſtri: non in hanc ſententiam itũ uoluit hac quæ dicta eſt ratiõe: immo hoc potius uidetur dicere. Noli gaudere de morte ma lorum: tanq̃ mali quippiã ex morte ipſis acciderit: quando quidẽ etiam fœli ces moriuntur quorũ ſine crimine uita eſt. Quinſi miſerias huius uitæ inſpe xeris bene actum de iis q eis defuncti ſunt dixeris. Vnde Eccleſiaſtes. iiii. Ver ti me ad alia: & uidi calũnias quæ ſub ſole gerũtur: & lachrymas innocẽtium & neminẽ conſolatorem nec poſſe reſiſtere eorũ uiolentiæ: cunctorum auxi lio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos q̃ uiuentes: & fœlicioreẽ utroq; iudi caui qui necdũ natus eſt: nec uidit mala quæ ſub ſole fiũt &c. Si igit̃ uariæ ſũt hic tribulationes & indigẽtiæ. Melius autẽ (ut dicitur eiuſdẽ. xl.) eſt mori q̃ indigere: quid mali unde tantopere gaudeas accidit malis dũ moriunt: quã do & boni fœlíceſq; paſſim ſine iactura obeunt? Prior aũt ſententia ſanctior ẽ Illa enim de malorum morte gaudendum non eſſe prætendit: quãdoquidẽ nimis illis pernicioſa ſit: ut qua ad æternos cruciatus tranſeũt. hæc poſterior ideo de eorum morte gaudendum non eſſe uult: q̃ nõ ſit ſatis damnoſa: per eam enĩ ab omnibus quibus hic ſubigimur aduerſis liberãtur. Cæterum pri ma ſtatum poſt mortem reſpicit: hæc nihili facit. At ſi chriſtiane loqui uolu mus: nunq̃ miſerior eſt peccator q̃ dum in eo ſtatu moritur: quia poſthac nul lus eſt pœnitentiæ locus reliquus. Iniquus ergo eſt qui de tanto malo per in uidiam gaudet. ſed quid plura?

Cum tibi ſit coniunx nec res & fama laboret
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Non prætermittẽdũ quidem erat hoc præceptũ. Si inquit coniugẽ pulchrã

habes nec satis q pompā eius sustineas & mūdū instruas: caue ne qsq̄ sub noīe amici eā uiolet. Ordo ē. Cū coniūx. i. uxor sit tibi: nec res. i. diuitiæ supplesint tibi & fama eius laboret. i. in periculo sit dubitaq; de ea. ducas. i. persuadeas tibi inimicū nomen amici: hoc est mœchi & adulteri esse uitandū tibi.

Cum tibi contigerit studio cognoscere multa
Fac discas multa uites nil uelle doceri.

Concluſurus opus monet ne perſuaſum habeamus nos ſatis ſcire: ſemper enī reſtat: quod nos latet: ſemperq; diſcendum eſt quamuis multa ſciamus. Ordo lucidus eſt.

Miraris uerbis nudis me ſcribere uerſus
Hæc breuitas ſenſus fecit coniūgere binos.

Autor opus concludens oſtendit quare ſine fuco aut ambagibus locutus ſit. Quia enī inquit breuis eē uolui/ Dicit enī Flaccus. Quicquid præcipies eſto breuis/diſticha confeci quæ ornatū & fucū non accipiunt. Ordo eſt. Miraris forte fili me ſcribere q; ſcribam uerbis nudis. i. non fucatis non figuratis uerſus. i. carmina. ſed hæc breuitas ſenſus. i. ſentētiæ qua uides me uſum fecit cōiūgere uerſus binos: hoc eſt diſticha ſcribere. Non loquit autor de ſenſu ſuo non enim ingenium ſuū damnat: ſed opportunitatē pro breuitate excuſat.

Et hæc pro. xi. Siluarum.

Io. Bad. Aſcenſius Petro Guilhelmo Calomontenſi adoleſcenti ſtudioſiſſimo Salutem.

Onclusuro mihi siluas nr̄as suauissime Petre: in mētē uenit: ut cōmilitōib⁹ tuis morē gesserim: tui uero cui ex animo semp bñ uolui. ne semel quidē meminerim. Proinde extremā hanc lucubrationē in te collatam: teq; supræmæ siluæ præfectum uoluimus: ut qui morū claritudine & doctrinæ uenustate reliquis longe præstas: clauum dirigas: teq; inter eos præceptorem: cui nouissimus in incessu plerūq; locus datur geras. Neq; mo/do ob hanc unam causam/eum locum tibi destinauimus: uerum etiam ob alias oppido q̄ multas. Quarum potissima est/q; Alani parabolas nunc conferemus: quæ non sane eleganti stilo scriptæ sunt: ideoq; imbecillibus & adhuc in latina lingua titubantibus parcius ministrandæ. Verum te extra omnē alearn positum arbitramur: eumq; qui cum maturo delectu ex luto margaritas i. ex rudiusculo dicendi genere præclaras sententias excerpere scias. Enimuero si ad animi tui maturitatem respexero: Non negatam tibi hanc prouinciā duxero ab æthico illo q iuuenes philosophiæ moralis inutiles auditores esse dicit. Siquidem de te Persianum illud absq; iniuria dici potest. Scilicet ingenium & rerum prudentia uelox Ante pilos uenit: dicenda tacendaq; calles.

Quia igitur & ingenii & doctrinæ beneficio fretus ad quãuis rigidã philoſophiæ partẽ tutior accedere potes. admonitũ facimus ut in ſiluis noſtris ĩdẽtidem uerſeris: & ad moralem philoſophiam animũ appellas: ſine qua beluinam potius q̃ humanam uitã uixeris. At cũ omnibus urbanitati ſanctiſq; doctrinis inſudandũ eſt: tum uero tua uel plurimũ refert/ut illis præ nitea s: niſi ab optimis maiorũ tuorum inſtitutis degenerare non pudeat. Tute enim ſcis quod neminem conciuium tuorum latet: domũ paternã & moribus & ſcientiis olim iam excellere. ſemperq; bonarũ litterarum ſtudioſam fuiſſe. Nã ut de progenitoribus taceam quorũ honeſtiſſima ſtẽmata domi conſpicere potes. Quis non memoria tenet: rarum uitæ ſpecimen Claudii Guilhelmi priſtui: Calomontenſiũ præcipui/& honeſtatis & nobilitatis ornamenti? Cuius ſucceſſionẽ tum rerum tum morũ Germanus tuus Franciſcus iure optimo ſibi uendicat. Nam præter reipub. curas: totos neruos ſiquid ocii ſuffurari poteſt/in litterarum prouinciam intendit. Nullumq; ſegnitiei (quod nobilitatis frequens uitium eſt) locum derelinquit. Perge itaq; adoleſcens iucundiſſime: & quocũq; uitæ fortunæq; te poſt hæc fata deuſq; uocarit/honeſtati uirtutiq; ſtudeas. faciaſq; ne impenſius æquo de te ſperaſſe doleam. Vale.

Io. Ba. in Alanum interpretationes.

a Phœbo phœbe &c. Vt paucis quæ ante explanationẽ autorum dici ſolent conſequar: illud imprimis fateor de autoris huius uita nihil explorati me habere. Nam ne nomen quidem ſatis cõpertũ habeo. patriũ ne an propriũ fuerit. Illud aũt ex alioꝝ gloſemate patere licet: ipſum Alanũ Pariſiẽſis gymnaſii egregium decus fuiſſe. atq; primũ in liberalibus artib⁹: deinde in theologica chriſtiana egregiã laudẽ meruiſſe. Ex hoc uero opuſculo certũ eſt ipſum poeticæ quoq; theologiæ ſtudioſũ fuiſſe. Nã egregios ſane locos præcipue ex Horatio habet ab aliis non intellectos: ob quos totũ opus breuiter percurrã. Nam pluri

Parabolæ ma expoſitionis non egent. Titulus operis eſt: liber parabolarũ Alani. Parabolæ aũt dicũtur alluſiones & ſimilitudinariæ locutiones. Nam παρά eſt iuxta. & βουλη ſententia. Habet aũt parabolarũ lectio hoc cõmodi: q; dulciter animũ alliciũt: quod faciendũ ſentit ſic Flaccus. Vt pueris olim dant crꝰ

Aeſopi commendatio ſtula blandi Doctores elementa uelint ut diſcere prima. Idem ſentit Aulus Gellius ubi apologos Aeſopi ſic cõmendat. Aeſopus ille e phrigia fabulator haud ĩmerito ſapiens æſtimatus eſt/q; quæ utilia monitu ſuaſuq; erant: nõ ſeuere non imperioſe præcepit & cenſuit: ut philoſophis mos eſt: ſed feſtiuos delectabileſq; apologos cõmentus: res ſalubriter atq; proſpicienter animaduerſas/in mẽtes animoſq; hominũ cum audiendi quadam illecebra induit.

Intentio igitur poetæ eſt iucũdis parabolis ſapientiã docere: quod & Salomon prætendit dicens Prouer. i. Vt detur paruulis aſtutia: & adoleſcenti ſcientia & intellectus. Audiẽs ſapiens ſapientior erit/& intelligẽs gubernacula poſſidebit. Aĩaduertet parabolã & interpretationẽ. uerba ſapientũ: & enigmata eoꝝ. De libroꝝ numero nõ eſt cõtrouerſia. unus enĩ eſt libellus continens

Libri diuiſio

[illegible] primo diſticha ponit: quia binis uerſibus ſententiam com

plectitur: hoc est secūdo quoq; uersu plenam periodum facit. Dicūtur autem districha quia δύο sunt duo: & στίχος uersus. In secūdo capite sunt tetrasticha: quia quaternis uersibus sententiam absoluit. In tertio hexastica pari ratiōe. In quarto octosticha. nam & græci ὀκτώ, dicunt. In quinto decasticha. In ultimo duodecasticha: ut uidebimus. Qualitas carminis humilis graciliſq; & aperta est qualis elegiacis congruit. Ideoq; pauciſſimis rem absoluemus. Districha

Caput primum.

a Phœbo phœbe lumen capit a ſapiente
Inſipiens ſenſum, quo quaſi ſole micat

Parabola hæc prima bene proœmii locū habet. Nā quo pacto ad ſapiētiā quā docturus est uenias: monet dicēs. Quēadmodū luna a ſole lumen capit: ita inſipiens a ſapiēte doctrinā & prudentiam accipere debet. Quæ res cōtra eos est/qui ſibi de præceptore bono nō' proſpiciūt. Multi enī arbitrantur ab indoctis erudiri poſſe. Multos laboris pars tesum est nolunt; ubi præcepto/rē peritū habeant accedere. Quæ res ſane deteſtanda est/& ab antiquo; bo/nis inſtitutis plurimū abhorrēs: q omni ſolertia diuerſas natiōes peragrarūt ut ſapiētiores euadāt. Vñ de Platone: Pythagora: aliiſq; multis laudabilia ha bemus exēpla. Et quia/ut philoſophus dicit: Modicus error in principio ma/ximus fit in fine. Principiū aūt bonæ diſciplinæ a præceptore erudito accipit Adducā uerba Auli Gellii: quibus facile uidebimus inertiā nr̄i ſæculi. Ait igi tur in noctibus atticis libro ſexto ca. x. Decreto inquit Taurus philoſophus ſuo Athenienſes cauerant ut qui megaris ciuis eēt: ſi intuliſſe Athenas pedē prælenſus eēt: ut ea res hōi illi capitalis eēt. Tanto Atheniēſes inqt odio fla/grabāt finitimo; hominū megarēſiū. Tū Euclides q indidem Megaris erat: quiq; etiā ante id decretū/& eē Athenis & audire Socratē cōſueuerat. Poſtq; id decretū ſanxerūt/ſub noctē priuſq; ueſperaſceret/tunica longa muliebri in dutus: & pallio uerſicolore amictus/& caput & ora uelatus: e domo ſua Mega ris Athenas ad Socratē cōmeabat/ut uel noctis aliquo tempore cōſilio; ſer/monūq; eius fieret particeps. Rurſuſq; ſub lucē milia paſſuū paulo ampli⁹ ui/ginti eadē ueſte illa intectus redibat. At nūc inqt uidere ē philoſophos ultro currere ut doceāt ad fores iuuenū diuitū/eoſq; ibi ſedere atq; opperiri, ppe ad meridiē donec diſcipuli/nocturnū oē uinū edormiāt. Idē quāti momēti p̄ce ptor bon⁹ ſit docet uerb̄ Philippi regis Macedonū. Cui⁹ hæc epiſtola ad Ari/ſtotelē phm̄. Philipp⁹ Ariſtoteli. S. D. Filiū mihi genitū ſcito: q; eqdē diis ha beo gr̄am: nō pinde qa nat⁹ ē: q̄, p eo q; eū naſci cōtigit tēporibꝫ uitæ tuæ: ſpe ro enī fore ut ed oct⁹: erudituſq; abs te/dign⁹ exiſtat & nobis & rerū iſtarū ſuc ceſſiōe. ſicille. Qui itaq; ſapiētiā amat/ſapiētem audiat atq; imitet. Ordo est. Phœbe. i. luna capit lumen a phœbo. i. a ſole. Inſipiens capit ſenſum. i. intelli gentiā & doctrinam a ſapiente quo ſenſu micat. i. reſplendet quaſi ſole: quia lumen receptum iterum in alios diffundit. Habent nonnulla exempla/quaſi luce. ſed rectius alia quaſi ſole: non enim quaſi luce micat: ſed uera luce. at q̄ſi ſole. quia non uerus ſol in eo est/accipit enim lumen a ſapiente quod ſol in ſe habet. Dictum enim putant ſolem q; ſolus luceat luce propria. De ſole dicit

Plinyus. Hic lucẽ rebus miniſtrat auferꝙ tenebras hic reliq̃ ſidera occultat hic ſuum lumen cæteris quoꝙ ſideribus fœnerat &c.

Nil aliud niſi ſe ſolet ardens æthna cremare
Sic ſe non alios inuidus igne coquit.

Quemadmodũ inquit æthna mons Siciliæ uiſcera ſua exurit: neꝙ aliud q̃ ſe cõſumit ſic & inuidus coquit. i. cõſumit ardore inuidiæ ſe & non alios. de qua re dictum eſt in primo huius. ibi: Liuor tabificum &c.

Sus ſe ſorde leuat ſaltem dum colligit eſcas
Cur nun q̃ ſurgit ſorde uolutus homo.

Dolet pecora meli⁹ curare corpora q̃ nos animã. Sus enĩ inquit dũ famet ſurgit ex luto: quo gaudet: ut comedat. hõ uero piger peccati ſordibus uſqꝙ iuoluit̃ nec ſurgit unq̃. Ordo eſt. Sus leuat. i. eleuat ſe ſorde, de ſorde & luto &c.

Vtribus antiquis uinum committere noli
Nec ſenibus cenſum quem retinere uelis.

Quẽadmodum uinũ non bñ condit̃ in antiqs utribus: quia aut perit aut corrũpitur. Sic non tute credideris ſenibus theſaurũ tuũ. Auari enĩ ſunt. Neꝙ fideliter reddent. Ordo patet. Vtres ſunt uaſcula uinaria ex coriis conſuta.

Nititur in uetitum quod in agris defluit æquor
Sic init illicitum qui cito peccat homo.

Sicut æquor ſẽp littora pulſat ut obſtacula rũpat: atqꝙ in arua nõ cõceſſa irrũpat: ſic homo peccãdo in illicitũ ſemp nitit̃. Ordo ẽ clarus. leges q̃ cito. Latinitas enĩ uult ut dicas non q̃ cito ſed ut primum: uel ubi primũ: uel cũ primũ. aut ſi pro ualde accipias q̃ primum. quomodo hic non capitur.

Stultior eſt ſtulto qui mandat balſama cribro
Et uerbis pleno uerba tacenda uiro.

Quẽadmodũ qd̃ in uas rimoſũ diffundit̃: nec retineri põt: ſic etiam qd̃ hõi uerboſo dicit̃: nõ celabit̃. Stultus ergo qui cõſilia ſua uerboſis credit.

Sæpe uiatorẽ noua non uetus orbita fallit
Sic ſocium ſocius non uetus immo nouus.

Docet qd̃ præcipi ſolet. Calles antiquos: ſerues ueteres & amicoſ. Orbita dicit̃ uia icurua q̃ſi i orbẽ redacta. itaqꝙ affectate hic poſuit. eiuſmodi enĩ cito fallit.

Non eſt in ſpeculo res quæ ſpeculatur in illo
Eminet & non eſt in muliere fides.

Virgi. in. iiii. Aenei. Variũ & mutabile ſemp fœmĩa. Properti⁹. Credula nul/

la diu fœmĩa põd⁹ habet. Ordo ẽ ꝑſpicu⁹. Eminet.i. apparet. fides.i. fidelitas.

In ſterili ſteriles ſulcos facit aggere aratrum
Et labor in miſeris eſt ſine fruge ſcholis

Adhortaꝫ ludi magiſtros ne operã ludãt docẽtes paucos & ingratos. uñ parũ emolumẽti habeãt: Nã ſicut fruſtra ſterilẽ agrũ colueris: ita ſcholas ſine bono auditorio neqcq̃ aperueris. Sulcus dicit̃ lira effecta uomere. Terra autẽ quæ arãdo porricit̃ & eleuaꝫ dr̃. Porca agger dr̃ ab aggerẽdo. deuerbiũ aũt ẽ littus aras: ꝑ eo qđ ẽ operã ꝑdis. littus aũt ſæpe aggerẽ habet. Aratrũ dicit̃ ab arãdo. peccãt q ſecũda breui ponũt. Itaq; uerſũ fecit autor qualẽ nos poſuim⁹ aut directiõi nr̃æ obnoxius ẽ. Scholæ inqt F. Pompeius dictæ ſũt ex græco σχολάξω. qđ ẽ uaco. a uacatiõe/ꝙ cæteris reb⁹ omiſſis. uacare liberalib⁹ ſtudiis pueri debẽt. ſic ille. Bñ ergo ſcribit̃ ꝑ aſpiratiõnẽ qa ſcholazo etiã aſpiraꝫ a ſcholis fit ſcholaſtic⁹. Nã ſcholaris & ſotularis gallica ſt̃ uocabula nõ latina.

Sulcus
Porca
Scholæ

De minimis granis fit grandis ſumma gaballi.
De breuibus mendis non ueniale malum.

Quẽadmodũ ingẽs & bellifer equus quẽ caballũ uocãt ex puo alimento fit: ita multa uenialia pctã: ſi nõ purgãt̃: mortale cõſeqt̃. Nõ ꝙ uenialia mortale ſint/ſed qa pariũt. Ordo ẽ. grãdis ſũma. i. magna moles caballi. i. equi ferocis fit de minimis granis qb⁹ ueſcit̃ & malũ. i. pctiñ nõ ueniale. i. capitale & mortale/ꝑ liptotẽ enĩ loqt̃: fit de mẽdis. i. maculis & pctis breuibus. i. uenialibus.

Non ſibi ſed reliquis aries ſua uellera portat
Sic aliis unit ſemper auarus opes.

Sicut aries uellera portat ad uſũ dñi. ſic auarus cõgregat diuitias hæredi non ſibi. Quia ut dicit flaccus Quærit & inuenti⁹ miſer abſtinet & timet uti Videt̃ autem prior pars eſſe ſumpta ex uerſiculis Virgilianis de quibus donatus in uita eius. unus enim eſt. Sic uos non uobis uellera fertis oues. Vnit: id eſt cõgregat. reperitur & uno. primæ coniungationis: ſed potius eſt quartæ.

Non leuiter uelli quit ab unco quod tenet ille
Neue æs a loculo quod tenet arta manus.

Quemadmodũ quod unco. id eſt ferro incuruo adhæret non quit. i. poteſt uelli. id eſt auelli. Sic neq; de loculo æs. id ẽ pecunia quæ prima ex ære fiebat unde & ærarium dicitur. ubi pecunia publica repõnitur/quod ſcilicet æs arta. id eſt conſtricta & concluſa manus tenet.

Mille uiris præbere poteſt pincerna lyeum
Pocula doctrinæ pluribus unus homo.

Quẽadmodũ inquit pincerna põt præbere lyeũ. i. uinũ mille. i. multis uiris ut ſit nũerus certus ꝑ incerto. Sic unus homo põt præbere pluribus pocula

doctrinæ. id est potest multa docere: & hoc quidem melius: q̄ pincernadi/uersa opera pluribus promit: docens una opera multos erudit. Operæpreciū ergo est habere amplum auditorium.

Accipit & nunq̄ reddit mare scylla receptum
Sic rapit & retinet debitor æra malus.

Monet ut ꝓspiciamus quibus mutuo qd dabimus: aut quouis pacto crede/mus: qa sicut scylla absorbet aquas/& miseros nautas intra uiscera condit nec refert: sic debitor malus qui nō est soluēdo: uel qui nō uult soluere/ abs quo uis mutuat & fœnerat: nec repēdere curat. Scylla & carhybdis picula in ma ri siculo faciūt: scylla quidem italiā uersus Carhybdis uero siciliā. Nā ut dicit Seruius Scylla in italia ē. Carhybdis in sicilia Fabula huiusmodi a Seruio re/citat. Scylla phorci & creteidos nymphæ filia fuit. hāc amabat glaucus. Quē Circe solis filia diligebat. Sed. qm̄ in Scyllā ꝓior erat irata Circe: fontem in quo illa lauabat uenenis infecit/ī quē cū illa descēdisset pubetenus in uarias mutata est formas. Horrēs itaq; suā deformitatē se in mare præcipitauit. Ho/merus dicit hāc īmortale mōstrū fuisse Salustius dicit saxū esse simile formæ celebratæ ꝓcul uisentibus. Canes uero & lupi ex ea nati idcirco fingunt/quia ipsa loca plena sūt mōstris marinis: & saxorū asperitas illic imitat canū latrat? hæc Seruius. Est ergo locus in mari siculo periculosus: cui scyllæ nomē est: in quē nimio impetu fluctus a saxis impellit: oēsq; quā attrahere pōt naues in/gurgitat illiditq; nec īnocuas reddit: hinc ergo poeta sūpsit pabolā. de scyl/la sūt illa uirgiliana carmina. iii. Aenei. At scyllā cæcis cohibet spelunca late/bris Ora exertātē & naues in saxa trahētē &c. Quis nūc non uidet q̄ illiterati sunt qui hoc loco Stilla legūt. de malis aūt creditoribus uidet sumptū ex se/cundo Sermonū Horatii. in Sermone sic raro scribis &c.

Scylla

Non leuiter corio: canis abtraheretur ab uncto
Nec nebulo discodum satiatur eo.

Quēadmodū canis inquit a corio inuncto quod semel gustauit nō pōt auel/li: sic nec lurco a patina pingui. Tractū & hoc ex Hora. est secundo Sermonū ubi dicit. Sic tibi penolpe frugi est: quæ si semel uno De sene gustauit tecum partita lucellū ut canis a corio nūq̄ absterrebit uncto. Nebulo dicit uir per/ditus & in ganeis inter nebulas uersatus. Discus est instrumētū quo pubes ro mana in re militari sese exercebat: Quod quia rotūdū erat. ponit etiā ꝓ pati/na ꝓfūda orbicularī. uti euāgelio de baptista cui? caput in discū positū dicit.

Sub molli pastore capit lanam lupus: & grex
Incustoditus dilaceratur eo.

Quando inquit pastor mollis & imbellis est nec uiriliter gregi suo prospicit faciliter lupus predam aufert. Sic & prelatorum negligentia subditorum ani mas hosti exponit Ordo est dilucidus. & sententia hoc prærendit. Quid ue/ro mollis sit. uide ubi dictum est.

Clarior est solito post maxima nubila phœbus
Postq; inimicitias clarior ortus amor.

Monet ut auidi simus ad reconciliandã amicitiam. quia quemadmodũ post pluuias sol clarior oritur: ita amor post inimicitias sedatas. Vnde Ouidius in secundo de tristibus. Sed solet interdum fieri placabile numen. Nube solet pulsa candidus ire dies &c. Causa autem phisica est. Nam splendor phœbeæ lampadis claritudoq; solis diffũditur ad nos per medium aerem: qui per pluuiam purificatur. Tunc enim uapores terrestres qui eleuati nubem confecerant aut uentũ. occidunt atq; sudum relinquunt. Pari modo dulcior sit amor post inimicitias quas contraximus cum aliquo salua tamen fide. ea enim fel uiolata nunq̃ tute fit reconciliatio. unde dicitur Ecclesiastici. xii. Nõ credas inimico tuo in æternum.

Loricam duram possunt penetrare sagittæ
Et cor derisus & mala uerba meum.

Monet quod in catone diximus ut a derisionibus cauendum est. Sicut enim sagittæ thoracas ahenos & loricas duras penetrant: ita derisio corda & præcordia uulnerat: iramq; uehementẽ excitat. Lorica inquit Varro dicta est q; e loris de corio crudo pectoralia faciebant: postea succuderũt galli e ferro sub id uocabulum ex annulis ferream tunicam. Derisus. id est derisiões. Plu ralis est numeri: Caue derisum legas. Lorica

Subtrahe ligna foco si uis extinguere flammas
Si carnis motus ocia: uina: dapes.

Vtilis & clara parabola. Si ignem extinctum uelis subtrahe inquit ligna. at si ignem uenereum subtrahe item fomenta: ocia: uina: dapes. Focus nõ ignis est sed locus ubi ignis fouetur a fouendo dictus. Focus

Firmiter in portu puppem tenet anchora morsu
Sic in proposito spes rata corda suo.

Monet ut semper bene speremus. Quia sicut anchora alligat unco morsu naue in portu aut potius statione: ita rata. id est firma spes tenet operantẽ in opere suo. Anchora a græco est dicitur enim ἀγκύρα. & cum apud eos non aspiretur apud nos aspiratur: quod tamen rarum est. Puppis prior pars nauis. Itaq; aut partem pro toto posuit. i. puppim, p naui. aut improprie locutus est: & reuera rectius dixisset proram quæ posterior pars nauis est. Quia ut dicit Virgilius. Anchora de prora iacitur. Anchora Puppis Prora

Ripa retentat aquas pelagi ne migret in arua
Sic tenet irati frena modesta manus.

Quẽ admodũ iuq; ripæ flumia cõtinẽt ne inundationẽ faciant: ita modestia &

tēperātia aī motus retineat: ne quid faciat cuius posset pœnitere: Ripa: flumī nū est ītaq; non recte dicit q; retentat aquas pelagi. libentius dixero littus tentat aquas pelagi. Migrare est mutare habitationem.

Sæpe cicatrices in uulnera prisca resurgunt
Ad male facta sua gens male sana redit

Parabola ē. quēadmodū uulnera nō bñ curata postq̄ semel clausa sūt: rursus aperiūt: ita hō iniq & dolosī aī: tāetsī amicū se simul auerit & placatū: uulnera prisca re ricabit: cōtra quē uidím? ī supiore libello. Litis p̄teritæ noli maledicta referre. post īmicitías irā meminisse maloꝝ ē. Cicatrices sūt stigmata illa q̄ ex uulnere īdurato coaluerūt. Malefacta sua nesciūt latine loq q sui legūt.

Fragrantes uicina rosas urtica perurit
Et iustos semper turbat iniquus homo.

Quēadmodū rosæ suauissime fragrātes ĩter spinas & urticas premūt ita uir iustus ĩter malos. qa uirt? ī aduersitate pficit. Fragror ad odorē flagror ad ardorē spectat. bñ dicit urtica perurit. ea enī eius naturæ est ut cutē urat contactā.

In palea dum grana iacent immunda uidentur
Est similis prauis qui manet inter eos

Si uis inquit bonus haberi conuerseris inter bonos: quia sicut granum inter paleas immundum uidetur: ita quicunq; inter prauos est: prauus.

Ictibus undarum rupes immota resistit
Et bonus assiduis fluctibus omnis homo.

Quēadmodū rupes ab impellētibus quotidie fluctibus nō uincit nec ppellit ita uir fortis & integer aduersitatibus cedere nescit. Est aūt exēplū uirgilianū de latino in septimo ubi dicit. Ille uelut pelagi rupes immota resistit. &c.

Mobile cum uento folium uolat arbore raptum
Sic mens iustabilis semper ut aura uolat.

Cōtrariū ē supiori. Sicut foliū inqt uēto rapit: ita mēs īstabilis facile uincit & ad quēlibet uētū. i. oppugnationē uincit. Et ē simile illi quo christus de arundine utitur de diuo baptista loquens. Matthei. xi. Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatam? &c.

Srultus qui puppem sine remige ducit in altum
Et sine subsidio qui graue sumit onus

Monet ut circūspecti & prouidi simus neq; auspicemur quod perficere non possimus. quia sicut stultus est qui nauem in altū mare ducit sine remige: ita qui rem inchoat nesciens quomodo perficiat.

Per patulas rimas ſol lucens intrat in ædem
Corda per auricul as dogma docentis init

Præcipit ut dū docemur attenti ſimus: quia quēadmodū ſol per paruas etiā rimas radios ſuos trāſmittit p auriculas doctrinā docētis pcipim⁹. Nō puæ uti litatis eēt hæc cāmonitio ſi obediremus. Quia ut diuus hieronym⁹ inqt. habet neſcio quid latētis energiæ uiuæ uocis act⁹ & in aures diſcipuli de autoris ore tranſſuſa fortius ſonat. Auriculæ ſunt cartilagines ille quæ patent extra aurem. non autē ut docet Valla paruæ aures. Hic tamen pro auribus ponuntur. Auriculæ

Sæpe quidem captum trahit hamus ab æquore piſcem
Sed bona uerba mali nullus ab ore trahit.

Parabola hæc a contrario ſumit̄. Hamus inquit piſcem ex īmenſo mari extrahere poteſt. ſed nullus ex ore hominis mali & inhumani: uerba bona trahet. Multotiens quod male hic ponunt latinum non eſt.

Pauperat & ditat talorum caſibus ulphum
Alea: ſed uetat ut non mage fiat inops.

Adhortat̄ ne alea ludamus. tametſi enim aleatores interdum lucrentur: bis tamen contra perdunt. carpit more ſatyrico ulphum ſui temporis aleatorem Mage ponitur pro magis.

Extincti cineres ſi ponas ſulphura uiuent
Sic uetus appoſita mente caleſcit amor.

Quēadmodū ſulphur ſopitū inter cineres ignē incendit: ita diligens recordatio priſtinum amorem. Ordo eſt. Cineres extincti qui non amplius flammam emittunt uiuent ſi ponas. id eſt apponas ſulphura. Vetus amor caleſcit. id eſt ardeſcit ſic mente. id eſt diligentia & cura. appoſita. id eſt adhibita.

Dira carhybdis aquas bibit & uomit omnibus horis
Sic dat ſic aufert fors ſua dona uiris.

Docet ne cōfidamus fortunæ. Incerta enī atq; inſtabilis eſt. Nā quēadmodū carhybdis nūc īgurgitat nūc euomit aq̄s: ita fortuna nūc affert: nūc uero aufert opes. Satis credo hūc locū a Virgilio. iii. Aeneid. Sumptū ubi dicit ſic. Dextrū ſcylla latus leuum implacata carhybdis Obſidet atq; imo baratriter gurgite uaſtos. Sorbet in abruptū fluctus rurſuſq; ſub auras. Erigit alternos: & ſydera uerberat unda. &c. ubi Seruius. Carhybdis fœmina fuit uoraciſſima quæ quia boues Herculis rapuit. a ioue fulminata eſt & in mare præcipitata: ubi ſeruat naturam. nam ſorbet uniuerſa. Carybdis

Currere cogit equum ſub milite calcar acutum
Et puerum ſtudio uirga uacare ſuo.

Sicut calcar acutum equum ad cursum instigat: ita uirga scholasticos ad stu
dia. habendus tamen delectus est. nã nõ omnis uirga subigendus est. Calcar
dicimus a calcibus quibus apponitur. Vacare cum datiuo significat euacua/
Vacare tum omni aliena cura alicui uni rei operam nauare.

Non perit ipse sua propria qui nauigat aura
Nec uir qui propria degere curat ope

Monet ut nr̃is opibus innitamur. Quia sicut qui suo. i. secũdo uento nauigat
facile ad optatum portum peruenit: ita qui suis uiribus rem aggreditur. facile
perficere potest. Ordo facilis ubiq; est. Degere est quasi deagere. id est dedu
cere uitam. hadet itaq; degi in præterito: sed caret supino.

Tranquillum nequit esse fretum dum peste mouetur
Nec man suetus homo dum mouet ira iecur.

Monet ut quãta maxia diligentia possim⁹ irarũ causas uitemus: qa sicut mare
tẽpestate actũ trãqllũ eẽ nequit. sic nec hõ ira cõmotus. Pestis dr̃ oĩs uis. quæ
Pestis cũq; repẽte petit atq; adorit̃ q̃lis uis ignis. morbi epidimiæ. piculi maris &c.
de ignis ui dr̃. v. Aenei. Et toto descẽdit corpe pestis. Vulgo aũt morbũ pesti
lẽtiã uocamus: de turbine maris uidet̃ dici tẽpestas: quasi tpis pestis: uerũ tẽ/
Tempestas pestas a Salustio atq; aliis doctis etiã p ipso tpe accipit̃. hic ergo dum moue/
tur peste. i. tẽpestate & agitatiõe uentorũ. Fretũ dicit̃ a feruore aquarũ. Man
suetum dicit̃ quasi manusuetus. i. domitus & placatus. non sæuiens.

Cur aperit portam qui claudere non ualet illam
Cur mihi rem spondet qui dare nescit eam

Monet ne pollicitemur qd̃ efficere neqm⁹: qa sicut iept⁹ eẽt. q hostib⁹ portã
apiret: neq; illis irrũpẽtib⁹ clauderet: ita uir iept⁹ ẽ q promittit qd̃ efficere nescit
Similitudo ẽ. i hoc q; sic̃ q portã ciuitatis hostib⁹ apit i sũmo piculo ẽ nisi fir/
missime resistere põt. qui tñ clausis portis facile resistat: ita q promittit ingens
dedecus incurrit: si non stat pollicitis. qui tamẽ honeste forsan negare potuit
ut est in Andria Terentii.

Concipit ut pariat mulier dum uenerit hora.
Tu quoq; suscipiens des aliquando mihi.

Quẽadmodũ inquit mulier cõcipiens semẽ masculinũ/aliqñ parit: ita q mu/
nera suscepit aliqñ referre debet. Quia dicit Seneca Bñficiũ accipere liberta
tẽ uendere est. Et puer. xii. Qui accipit mutuũ seruus est fœnerãtis.

Nulla potest sedare sitim flagrantibus unda
Copia nec cupidi cor satiare uiri.

Dãnat auariciã de q̃ añ hac sæpe dictũ ẽ. Sicut enĩ flagrãtes. i. æstuantes & nr
mio calore cõfecti sitim q̃ut̃cũq; aquæ sumũt sedare nesciunt: ita auar⁹ satia

nō pōt. ſp enī ī eo ſitis exardeſcit habēdi. Sūptus uidet hic loc⁹ exſcdo carmi
nū horatii ubi dicit. Creſcit ídulgēs ſibi dirus hydrops nec ſitim pellit niſi cā
morbi fugerit uenis & aquoſus albo Corpe láguor. dicit nulla unda. qa ut di/
cit Oui. Quo pl⁹ ſūt potæ pl⁹ ſitiūt aquæ. Dícit itē Copia nec cupidi. i. auari:
Quia ut dicit ſaluſti⁹ ī Catulina. Auaricia neq; copia neq; inopia minuitur.

Vipera uirus habet quæ cum calet euomit illud
Claude ſinum prohibe ne calefiat ibi.

Vipa īqt quæ ē ſp hñs p̄ſentiſſimū uenenū dū calet. i. ira excādeſcit uomit uī
rus. i. uenenū ſuū. ideoq; cauēdū ē ab ea neq; ſuſcipiēda ē in ſínū nſm/ ne for/
te ibi caleat & euomat uirus in nos. Quaſi dicat ſi uis tute uiuere fuge cōmer/
tia malignoꝝ: qa licet eos molliter foueas tibiq; ad tēpus blādiāt. mox tñ ad Vipera
ingeniū redibūt: & uirus in te effundēt minimū ſæpe laceſſiti. Vipera dicit
quaſi ui pariens: quia nō niſi ruptis uiſceribus parere dicit. neq; concipere ſi/
ne maris interitu: nam dum concipit caput quod coitura ſemper in os ſumit
abrodit. Neq; igitur patrem: neq; matrē uiuentem uipera proſpexit: Benigni
tate forſan naturæ ne tam ſæua peſtis nimium proueniat.

De nuce fit coril us de glande fit ardua quercus
De paruo puero ſæpe peritus homo.

Cohortat nos ad æducandos erudiendoſq; liberos nros. Quia tametſi parui
imbecilles atq; imperiti ſunt: in peritiſſimos euadere poſſunt: ſicut ex nuce
quæ a loco ubi plurima naſcitur: auellana dicit: corilus naſcitur: & a glande
quercus ita de paruo puero ſæpe peritus homo.

Futile uas fundit: ſincerum uina retentat
Sic audita tenet mens bona: fundit hebes.

Monet ut ſi cū fructu præcipe uelimus p̄cipiamus diſcipulis bona mēoria &
mēte præditis. Quia ſicut uas ſutile(qđ a fūdēdo ſic dicit. ſtare enī neſcit. &
idcirco ſi humi reponat effūderet) cōtinere neſcit & uas ſincerum. i. mūdū &
ītegrū uina ifuſa bñ retētat: Sic mēs. i. mēoria & ītellectio bona tenet audita
tup. p̄cepta. & mēs hebes. i. obtuſa & igna fūdit. i. effūdit hoc eſt obliuiſcitur.

In nihilum nix alta fugit ſi deſuper ymber
Decidat: & uitio fama perempta perit

Monet ſi bonam famam noſtram ſeruatum uolumus ut uítia fugiamus.
Quia ſicut nix licet alta fuerit ab ymbre ſuperueniente conſumitur: ita bona
fama diu conquiſita. anormi quouis uitio perit.

Stratus humi palmes ſubeuntibus indiget ulmis
Indiget auxilio diuitis omnis inops

Palmites

Docet ut si inopes fuerimus gratiã potentiũ nobis cõciliemus Quia quem admodũ palmes postratus indiget ulmis quibus præsertim in italiã uites maritant: & fulciũt. Sic ois inops indiget auxilio diuitis. Palmites inqt Festus Pompeius uitium sarmenta appellantur q̃ in modum palmarum humanarum uirgulas quasi digitos edunt.

Non possum prohibere canem quin latret ubiq̃
Nec queo mendaci claudere labra uiro.

Docet unumquodq̃ in cõsuetudinẽ naturãq̃ redire. Quia sicut canis semper latrat ita mendax mentitur. ideoq̃ operam perderet qui uelit ipsũ ad ueritatem reducere. turpiterq̃ erret qui fidem habeat.

Caminus

Fumum non ignem iaculatur abigne caminus
Colloquio non re liuor obesse potest..

Cohortatur ne inuidi simus. neue inuidos curemus: quia sicut caminus inquit non eiicit ignem per fumarium: sed fumum dumtaxat. sic liuidus: non re sed uerbis nocet dũtaxat. præterq̃ sibi. cuius etiã medullas absumit liuor. i. inuidia. de quo in primo huius dictũ est. Caminus inquit Seruius græcũ est: latine dicit fornax. Nõ ergo est illud fumariũ per quod fumus exhalatur.

Sinautem

Non domus at dominus laudatur si bonus is sit
Sinautem dominum spernimus atq̃ domum.

Ostendit uirtutẽ in hoĩe nõ in rebus eẽ: itaq̃ hoĩem nõ res esse laudandas. Sinautẽ theologorũ christianorũ potius q̃ poeticorũ more dixit. Tutius dixisset. Sin aliter. Sinautem enim non est aliud q̃ sed si. lege ergo melius. Sin aliter dominũ &c. uel Sin minus & dominũ spernimus atq̃ domum.

Non ibis rostrum non ardea deserit anum
Non leuiter uitium dum facit illud homo.

Docet iterũ difficile est cõsueta relinquere. Quia ĩbis rostrum tametsi pondi est nunq̃ conat. deserere. neq̃ ardea anum. id est podicem turpem & deformẽ deserit. ĩmo rostro sæpe curat. Similiter & homo postq̃ in consuetudinẽ peccati etiã turpissimi uenit resipiscere atq̃ ipsum deserere nescit.

Nouerca

Aufert sæpe sola nigra nubes lumina solis
Et patris auxilium dira nouerca mihi.

Quẽadmodũ nubes densa aufert nobis claritudinẽ solis. ita sæua nouerca aufert bñficentiã patris. Quocirca bñ a Virgi. in bucco. recte iniusta dĩ. Et in Georgi. sæua. Dicta aũt est Nouerca quasi νεηἀρχή. id est noua princeps. seu dña quõ cõiugẽ uocabant olim. Est autem nouerca relatiue ad priuignum dicta. quæ post obitum matris superducitur coniunx. Nam priuignus est prius

genitus q̃ illa duceretur: quam uulgo Filiastrum appellant.

Non semper moriuntur aues quibus insidiatur
Arcus: nec mihi sunt tela nec hasta minæ

Ex prouerbio sumitur parabola. dici enī solet cui minatum est diu posse uiue re. Monet ergo ne meticulosi simus: uaneq; minitantes formidemus. Quia aues quibus arcus insidiatur non semper moriuntur: neq; homo in quem te/ la & hasta gerunt semper occiditur. Itaq; dicit autor ea sibi non esse minas.

Sydera splendorem non possunt addere soli
Cum superet solis lumina cuncta iubar.

Parabola hæc expositionē nō habet expressā. possum⁹ aūt sic cōminisci: Quē admodū sydera nō addūt soli claritudinē: imo oīs eoꝝ splēdor a sole manat Ita hō nō pōt addere quicq̃ diuinæ claritati: sed qcquid lucis aut claritudinis habet id oē a deo recipit. quocirca Soli deo gloria. Iubar, pprie inquit Ser/ uius lucifer est q; lucis iubas effundat: sed translatiue splēdor gēmarum/ & au ri & similiū iubar dicitur. Iubar ergo solis. i. splendor hoc loco. Iubar

Si cato sis & uis in candida uertere nigra
Curaq; sit curæ diues & esse potes

Si fueris inquit Cato. i. qualis cato. i. uir magnæ auctoritatis multæq; sapien tiæ. & si tu uis uertere nigra. i. mala & turpes mores in cādida. i. bona & hone/ sta instituta: Et cura sit tibi curæ: hoc si adhibeas curā & diligentiā: tunc potes esse diues: hoc ē si fueris q̃ is sciētia præditus cura eā & alios doce: diuesq; ni/ mirū euades. Nigra ponunt, p malis. Hora. Hic niger est hūc tu romane caue to. & splēdida albaq; p bonis: q̃ res sūpta credit ex cōsuetudine thracū q̃ lapil lis bonos dies: nigris infaustos notabant. Sunt aūt satyrica uerba.

In uiscum uolucres seducit cantibus auceps
In fraudem gentes blæsa loquela uiri.

Dicit illud Catonis: Fistula dulce canit uolucrem dum decipit auceps. Qui igitur plura uult uideat ibi. Viscum est quo aues retinentur. Viscus caro est.

Impetus est siluis & uasta leonibus ira
Et tamen inter se ius sociale tenent.

Quia ut in octauo huius ex Iuuenale uidimus: feræ inter se conueniunt neq; in consimilē speciem sæuiunt uidetur nos autor cohortari a potiori: ut qui ra tionem habemus inter nos pacem teneamus. Impetus dicitur ab impetendo Est autem impetere uehementer in aliquid petere hoc est tendere & insilire Est ergo quasi insultus. Siluæ autem ponuntur pro feris siluestribus ut sit cō

tinens pro contẽto. uel parabola de ipſis arboribus eſt quæ multo murmure atq; ſtridore concertant: raro tamen mutuo ſe infringunt.

Poſt noctem ſperare diem poſt nubila ſolem
Poſt lachrymas riſum lætitiamq; potes.

Monet ut in rebus aduerſis melius ſperemus: quia ſicut poſt tenebras noctis ſequitur dies: & poſt obnubilationẽ ſolis: redit ſplendor eius: ita poſt lachrymas & dolores riſum & lætitiam ſperare potes.

Omnia cæſar erat: ſed gloria cæſaris eſſe
Deſiit: & tumulus uix erat octo pedum.

Monet e diuerſo ut in lætis rebus modũ ſeruemus neq; nimiũ efferemur: ut pleriq; ſolẽt. Vnde illud. x. Aenei. Neſcia mens hominum fati ſortiſq; futuræ Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis. Vtitur autem hoc argumento. Iulius Cæſar & Auguſtus Octauius etiam ab illo Cæſar appellatus: rerum fere potiti ſũt. atq; illud Virgilianũ obtinuerunt. His ego nec metas rerũ nec tpa pono. Vñ idem de Iulio Cæſare. Iulius a magno demiſſum nomen Iulo. Imperium oceano phamam qui terminat aſtris. Vterq; autem ſepulchro octo/pedali contentus erat. Itaq; fluxa & fragilis eſt diuitiarum gloria. Eãdem ſententiam habet Iuuenalis de Alexandro magno dicens. Vnus peleo iuueni non ſufficit orbis Cum tamen a figulo munitam intrauerit urbem Sarcophago contentus erit: mors ſola fatetur Quantula ſint hominum corpuſcula.

Cæſares

Cæſares dicti creduntur q; primus de familia eorum cæſo matris uentre natus ſit. Sunt & aliæ rationes. ſed eam potiſſimam Seruius arbitratur. Neq; uero Iulius Cæſar ſecto matris uentre natus erat: neq; primus cæſar. Verum primus de familia cæſarum perpetuus imperator fuit: abs quo cæteri imperatores cæſares dicuntur. ut ab Auguſto Auguſti.

Non ruit in rupes nec in alta pericula nauis
Quam maris in motus remige rector agit

Præcipit ut omnia ſapienter & certa ratione gubernemus. Quia nauis tantiſ/per dum recte gubernatur omnia pericula facile euitat etiã ſi in motus. i. ſummos fluctus & perturbationes maris agatur. Sic & homo: ſi rationem & prouidentiam adhibuerit: facile omnes commotiones ſuperarit. Rupes dicitur a rumpendo: locus ſaxoſus cuius partem uis aquæ rupit partẽ rumpere neſcit.

Caput ſecundum continens tetraſticha.

Vctatur cum nube dies cum nocte ſerenum
Cum tenebris lumen: cum nece uita uigens
Sic labor in nobis: nam ſpiritus & caro ſemper
Pugnant: at morimur ſi caro uincat eum.

Docet ut uiriliter aduersus peccata militemus: quandoquidem omnia quæ sub sole sunt mutuo certamine afficiuntur. dies enim luctatur. i. pugnat & cõ certat cum nube. i. tenebris: serenum. i. serenitas cum nocte. uel potius licet transpositum est. serenum luctatur cum nube & dies cum nocte. lumen cũ tenebris & uigens. i. ueges uita cum nece. i. morte: Sic. i. simili modo labor i. grauis militia est in nobis. quia caro & spiritus semper pugnant/at prosed si caro uincat eum: id est spiritum nos morimur etiam æterna morte proinde uiriliter resistendum est uoluptatibus & concupiscentiis carnalibus. de hoc certamine est illud diui Pauli ad Romanos. vii. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ &c.

Pondera portat equus bos terram sulcat aratro
Vellera portat ouis: seruat ouile canis
Omnia quippe suæ naturæ debita soluunt
Præter eum qui plus his rationis habet

Dolet cætera animantia officium suum facere ad quod natura instituta uidẽ tur: hominem autem unum qui rationem habet: qua cæteris præstet ab offi/cio turpiter deficere: omnia perspicua sunt.

Aethereus motus mouet omnia sidera præter
Vnum: nam semper permanet illud idem
Sic constans & fidus homo sine fine tenebit
Hunc in amore modum quem tenet ipse semel.

Commendat constantiam & pseuerãtiã in amore & cæteris honestis. & dicit q; quẽ admodũ poli p uiolẽtũ firmamenti raptũ extra cardinẽ cæli nõ mouẽ tur. Ita uir constans & fidus: nulla rerum perturbatione: nulla fortunæ mobi litate ab honesto officio ueroq; amore dimoueri potest. Ordo est. Motus æthereus. i. motus raptus primi mobilis mouet omnia sidera præter unum. i. præter utrũq; polũ. Nã illud unũ sidus pmanet semp idẽ quo ad locũ. Sic homo cõstãs & fidus tenebit sine fine. i. ppetuo hũc modũ in amore quẽ tenet semel. De polis q circũferant & an loco moueant uideãt quoꝝ ir

Phœbus ab occasu rursus raptatur ad ortum
Quem prius huc illud machina uersa tulit
Sic in amicitia mundus stat flagrat & ardet
Corruit & surgit: quod magis odit amat.

Sicut cælestia corpora uiolenter ab oriente in occidentẽ rapiuntur: ipsaq; er/ratica sydera quos planetas uocant tametsi pprio motu cõtra uiolentiam pri mi mobilis cõnitant. non minus tamẽ rapiũtur qñquidẽ tota machina. i. stru ctura orbiũ quotidie ab oriente in occidentẽ uertitur. Non mirũ est hũc mũ dum qui a superioribus lationibus fertur & gubernatur instabilem eẽ. ideoq;

inconsultus est qui spem suam in eo reponit. Thesaurisemus itaq; in cælis. nã sedes ubi fata quietas ostendunt illic fac regna resurgere. Textus uerborum si antea clarus nunc perspicuus est.

Tutior in terra locus est q̃ in turribus altis
Qui iacet in terra non habet unde cadat
Impetus & uenti tonitrus & fulmina: turres
Flatibus euertunt: stare sed ima sinunt.

Monet ne sublimia sectemur si securi esse & extra inuidiã esse uolumus: quia ut dicit Oui. Súma petit liuor perflant altissima uenti. Summa petunt dextra fulmina missa Iouis. Si dicis beatũ esse cui inuidet: Vnde & Martialis. Omnibus inuideas liuide nemo tibi. Fateor quidẽ beatũ esse: beatioré tñ qui extra inuidiam lætã uitam degit. Quia ut dicit Propertius. Inuidiam quod habet non solet esse diu. Impetus singularis est numeri. tonitrus uero pluralis.

Non possunt habirare simul contraria cum sint
Mors & uita: procul dissidet hæc ab ea
Sic duo sunt quæ non possunt intrare cor unum
Vanus amor mundi uerus amorq; dei

Vt præceptũ philosophorum est. Contraria nõ possunt simul esse in eodem subiecto. nec mors & uita. qa hæc. i. mors dissidet. i. diuisim sedet, procul ab ea scilicet uita. Sic etiã amor dei non compatit amorem mundi. quia non potestis deo seruire & mammonæ: ideoq; uanus amor mundi contemnendus est. & dei uerus amor amplectendus.

Stratus humi non surgit item cum poplite flexo
Portat onus graue quo præcipitatur equus
Sic homo qui magna uitiorum mole grauatur
Non nisi deposita surgere mole potest

Vtilis parabola quẽadmodum inquit equus qui mole oneris sui depressus atq; humi poplite flexo procũbit: surgere nescit donec urgens pondus amoueat. Sic hõ mole pctõr̃ suppressus resurgere nescit donec sarcinã. i. fomẽta abiiciat. Qui igit uenteris tentigine rũpit uitet indulgẽtiã mollẽq; curationẽ & si scortũ habet: expellat: lupanaria uitet: corpus labore domet: & tũ demũ p dei gr̃am resurget a mqrte peccati. Similit alior̃ uitior̃ obiecta & fomites abiiciet quisq; resurgere uelit. Non longe abludit hæc parabola ab ea quæ in uitis patrum habetur de sene uidente colligentem ligna: qui dum fascem leuare non posset, plura cõgessit atq; iterum frustra conatus item atq; item põdus auxit: tandemq; desperans dereliquit: sic qui post patratum peccatum nõ statim remedia quærũt: atq; alia uitia super ingerunt, sperantq; melius posse

reſipiſcere ubi cumulum auxerint multitudine ſæpe obruti iacent. Poples eſt pars cruris contra genu: ſicut ſura contra tibiam.

Non quo nauta uolet ſed quo uolet aura uehetur
Puppis cum tumidi uenerit unda maris
Non quo propoſitum ſed quo fors ducit eundum eſt
Hac q̄ homini licitum eſt & decet ire uia.

Monet illud quinti Aeneidos. Nate dea quo fata trahunt retrahuntq̄ ſequamur Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Dicit ergo q̄ ſicut Nauta ſæpe non quo ipſe uult ſed quo uentus: impellitur. Ita nos ſi non quo inſtituimus pergere poſſumus: quo tamen ire dabitur patiēter ſeq̄mur.

Apparet phantaſma uiris: ſed rurſus ab illis
Vertitur in nihilum quod fuit ante nihil
Sic & adeſt & abeſt fugitiui gloria cenſus
Non prius aduentat q̄ quaſi ſomnus eat

Docet quod Saluſtius dicit fluxam & fragilem eſſe diuitiarū gloriam & tanq̄ phantaſma euaneſcere.

Dum calor eſt & pulchra dies formica laborat
Ne pereat dum nix uenerit alta. fame
Sic iuuenis dum tempus habet ſudoribus aptum
Quærat quo poſſit laſſa ſenecta frui.

Monet ut quemadmodum formica ſub calore granum in horrea ſua congerit: quo ſub hyemali frigore ueſcatur: ita iuuenis dum compos uirium eſt pariat quo ſenex fruatur.

Non adeo ſublime leuat leuis ala uolucrem
Quin redeat rurſus rura relicta petens
Non ita ſubuectos rota ſurgens tollit in altum
Quin uergens illos rurſus ad ima ferat.

Monet ne fortunæ blandienti credamus: quemadmodum enim inquit ſublata in altum æthera uolucris beneficio alarum: illis defeſſis ad ima redit. Sic qui in altiſſimo rotæ fortunæ ſunt illa uergente ad priſtinam humilitatem deſcendunt. Alludit ergo ad rotam fortunæ. Sublime. i. ſublimiter uel in ſublime. Ala apud idoneos ſingulare non reperitur.

Ebrius ante bibit q̄ nauſeat: ante ligurrit
Quam uomat: ante leuat q̄ pede firmus eat

Non ſic in nobis: nec ſic eſt ordo retentus
Ante docere modo q̃ didiciſſe iuuat.

Dolet melius ordínem ſeruari in rebus illicitis & turpibus: q̃ in licitis & honeſtis. Nam ebrius inquit nunq̃ euomit quod non imbibit Attamé multi docere uolunt priuſq̃ didicerunt.

Non emitur care res legibus empta fororum
Venditor atq; emptor ſunt ibi mente pares
Sed nihil eſt ſub cælo quod ſit carius emptum
Quam quod emunt longæ fronte rubente preces.

Seneca quoq; docet nihil carius emi q̃ qđ precibus rationem dat Alanus/qa quæ in foro emuntur pretio pecuniario nõ faciunt emptorem obnoxiũ uenditori: ſicut quando emít precibus. Vnde etiam Ouidius. Gratia pro rebus merito debetur inemptis &c.

Dentibus attritas rurſus bos ruminat herbas
Vt totiens tritæ ſint alimenta ſibi
Sic documenta tui ſi uis retinere magiſtri
Sæpe recorderis quæ ſemel aure capis.

Monet ſi docti euadere uolumus: ut ea quæ a præceptore audiuimus ſæpe repetamus. Ordo eſt. Bos ruminat. i. remandit ſeu remaſticat rurſus herbas attritas dentibus: ut ipſæ herbæ attritæ. i. confractæ totiens ſint ſibi ſcilicet boui alimenta. Sic ſi uis retinere documenta tui magiſtri recorderis. i. corde repetas ſæpe quæ capis aure. i. quæ audis ſemel.

Follibus incluſas faber improbus excitat auras
Dum ferrum durum molliat uſq; focus
Sic ortus furor: intus agit præcordia ſtulti
Dum reddit molles litis agone uiros.

Præcipit ne in furorẽ cito uertamur. Quẽ admodũ enĩ inqt ferrum quod durißima res eſt. igni mollitur & excoquit̃: ſic uir fortis: ſi aſſiduo furore concutiat̃ acrimoniã perdit effœminatuſq; fit. Verba primi uerſus ſunt quaſi Horatiana. Ordo eſt. Faber improbus. i. durus inexorabilis ſicut Virgi. Laboroſa uincit improbus. excitat. i. educit auras. i. uentos incluſos follibus. dum. i. donec focus. i. ignis locus p̃ locato. molliat uſq; . i. ſemp durũ ferrũ. Sic furor ortus intus. í. intra præcordia in quibus ſedes iræ & animoſitatis agit. i. impellit præcordia ſtulti. dum: id eſt donec ipſe furor reddit uiros molles eſſe effœminatos in agone mortis. Verſus prohibet ne uires legas.

Voce molossorum latebris arcentur onagri
Exit & ipse cani dente timendus aper
Sic & prelbyteri uitiosos urere debent
Et nisi pœniteant ense ferire dei.

Quemadmodũ inquit latratus canum feras molliter in latebris & lustris suis degentes excitat: & aut currere nauiter cogit aut turpiter mori. Ita præfecti & prelati ecclesiæ prædicatione sua debent excitare peccatores ut deserant turpia peccata: aut si nolint admoniti parere poterit eos cogere iure pontificali.

Molossi canes uenatici sunt laudatissimi dicti a molossia parte epiri in qua abundant: quæ quidẽ pars dicta est a molesso pyrrhi & hermiones. uel ut alii uolunt pyrrhi & andromaches filio. De his canibus habetur tertio georgic. Vnde haud dubie hic locus sumptus est. Nec tibi cura canum fuerit suprema sed una Veloces spartæ catulos acremq; molossum Pasce sero pingui: nunq; custodibus illis Nocturnum stabulis furem incursusq; luporum Aut impacatos a tergo horrebis hiberos Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros Et canibus leporem: canibus uenabere dãmas Sæpe uolutabris pulsos siluestribus apros Latratu turbabis agent. Onagri sunt asini silueſtres. Apri sunt sues silueſtres. Aper autem dentes habet eminentes. Vnde dicit Cani dente timendus aper. Male quidam legunt canum dente. Præsbyteri dicunt senio/res qui olim sacerdotio præficiebantur. Delirant qui putãt dictos quasi præ/bentes iter. græcũ enim est uocabulũ. Pœniteant satis noue psonale posuit. Molossi

Et miser & dives fuit olim rex mida. dives
Auro: sed uitæ conditione miser.
Sic custos census: sic omnis uiuit auarus
Dum nihil & multum possidet ipse boni.

Docet nequicq̃ aurum esse nescientibus uti. Mida rex ditissim⁹ erat. Is fingitur a poetis ut est apud Ouidium undecimo de transformatis a baccho impetrasse ut quicquid contingeret in aurum uerteretur: Vnde & cibaria ut primum ab eo tangebantur in aurum uersa ferunt ut fama & inedia consumeretur nisi rursus exorato baccho uim auri in pactolum fluuium transfudisset. Erat ergo dives auri: sed miser quia uti non potuit/sic omnis auarus: & custos magni census miser est. Iuuenalis. Misera est magni custodia census. Mida

Hesperus astrorum se profert uespere primum
Et facit immensum quo micat ipse iubar
Sic cito non tarde se monstrat egentibus ille
Qui carum ingenui lumen amoris habet.

Pulcherrima est hæc parabola/& optimam doctrinam continens. Quemad/

modum inquit Hesperus primus intra astra nitet/ atq; priusq̃ tenebris obruamur: Iubare suo ampliter cælum illuminat: ita uir perliberalis & ingenua beneficentia præditus: non expectat donec ab amico cuius egestatem uidet rogetur. sed ultro illi opem fert: atq; auxiliatur. Hesperus est stella uespertina quæ sub occasum fere apparet unde & hispania quæ occidẽtalis regio est Hesperia dicitur. Vocatur eadem stella & aliis nominibus Vnde Varro. Cum prima stella exorta græci uocant Hesperon. nostri Vesperuginem: ut Plautus. Neq; uesperugo neq; uergiliæ occidunt. Id tempus dictum a græcis Hespera latine uesper. hoc ille. Bene ergo autor hesperus: id est stella uespertina profert se primum astrorum uespere: id est tempore uespertino. Et facit immensum iubar: quia eadem stella a tempore matutino iubar dicitur cuius epithetõ est lucifer: q̃ lucem ferat. Ingenuus amor est qui ingenuos & liberos decet legunt nonnulli gemini. Iuxta quod dictum est. Qui cito dat bis dat.

Hesperus

Hespera

Aeolus ingentes uentorum temperat iras
Et mare neptunus sæpe tridente domat.
Sic sese dominus faciat feritate timeri
Qui regimen magnæ gentis habere cupit.

Docet quomodo principes terrarum populum in subiectione seruabunt. Si inquit continua feritate eos contineãt: quemadmodum Aeolus uentos & Neptunus maria. Neq; contra humanitatem est hæc præceptio. Quia si in parabolis debet esse similitudo: non monet autor ut quemuis populum feritate regat: sed ferum & rebellẽ: quales uenti quos Aeolus: & fluctus maris quos Neptunus tẽperat. Locus hic sumptus est ex primo Aenei. ubi habetur quomodo Aeolus uentorum potestatem habet his uerbis. Nimborum in patriam loca fœta furentibus austris Aeoliam uenit. hic uasto rex Aeolus antro Luctãtes uentos tempestatesq; sonoras Imperio premit/ ac uinclis & carcere frenat Illi indignantes magno cum murmure mõtis Circum claustra fremũt celsa sedet æolus arce Sceptra tenẽs mollitq; animos & temperat iras Ni faciat: maria ac terras cælumq; profundum Quippe ferant rapidi secum uerrantq; per auras &c. operæprecium ẽ igitur ut tã sæuos uentos sæuitia domet. De neptuno in eodem habetur ubi ipse de Aeolo sic dicit. Regiq; hæc dicite uestro Non ipsi imperium pelagi sæuumq; tridentem: sed mihi sorte datum &c. Quin tota hæc parabola sic ibi habetur. Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta ẽ Seditio: sæuitq; aĩs ignobile uulg⁹ Iãq; faces & saxa uolãt furor arma mĩstrat. Tũ pietate grauẽ ac meritis si forte uirũ quẽ Cõspexere silẽt arrectisq; auribꝰ astãt Ille regit dcis aĩos & pectora mulcet. Sic cũctꝰ pelagi cecidit fragor: æquora postq̃ Prospiciẽs genitor cæloq; iuectꝰ apto Flectit equos &c. Vbi discretiꝰ Maro docet populũ pietate & grauitate etiã furẽtẽ placariq̃ autor hic: q feritate id faciẽdũ p̃cipit Qui nisi i durissimũ populũ p̃cipit. Tyrãnũ & icubatorẽ & reuera ut dicit dominmm eẽ monet. nã dominus p tyrãno apud Romanos accipi solet. Ipse autem accipit pro pricipe: qui ferus esse non debet. sed grauis & sed loco rigidus.

Bella mouet citius cui desunt cornua fronti
Quã qui cornuta fronte ferire potest
Sæpius in uicis pueros pugnare uidemus
Quã ualidos homines quis solet esse uigor.

Iucũda est parabola & clara. Monet itaq; ne faciles ad pugnã sit q timeri uult Neue imbelles lacessat qui pacẽ uult. unde & Properti⁹ Nõ solũ taurus ferit uncis cornibus hostem. Verum etiam instãti lesa repugnat ouis. Quis in ulti mo carmine ponitur pro quibus.

Impatiens aratri si bos iungatur aratro
Tortam non rectam carpit arando uiam
Sic sunt qui retrahunt gradientes sæpe deorsum
Cum uideant illos carpere lucis iter

Parabola est satis perspicua: sed elocutio parum elegans. nam aratri secunda breui rude posuit. Maluissem dixisse Vomeris impatiens &c. Monet ne pra uis & a uirtute dehortantibus iungamur.

Cum niue cum pluuia cum grandine uertere capras
At niti contra fronte uidemus oues
Iniustos fraus ira nephas iniuria raptant
Sed iustus toto corde resistit eis.

Ostẽdit integritudinẽ aĩ plus posse q̃ robur corpis. Sicut enĩ inqt pluuia im/ pendẽte capræ in fugã uertũt: Ouis uero nescia fugæ cõtra uẽtos pluuiam & grãdinẽ oppositã fronte resistit neq; pellitur. Sic & praui hoies & peccare cõ sueti a uitiorũ turbine cito uincũtur: cuĩ iustus toto corde resistit. Quia uero plurimi hũc locũ nõ accipiũt. expone sic. Nos uidem⁹ capras uertere sup. se ĩ fugã cũ niue cũ pluuia cũ grandine. i. qñ ningit pluit grãdinat. At ꝑ sed uide/ mus oues niti fronte cõtra niuẽ pluuiã grandinẽ. Fraus ira nephas iniuria ra/ pant. id est secũ rapiũt & trahũt ĩiustos. Sed iustus resistit eis toto corde. Est aũt Asyntheton .i. compositio sine cõiunctione in primo & tertio uersu.

Non potis est pelagus leuiter transire liburnus
Ni sit qui remis currere cogat eum
Non ualet ad metam cursum producere cursor
Ni pes & rata spes auxilientur ei

Sicut nauis nõ põt pmetiri & trãscurrere mare: sine rectore & remis: ita nemo ad optatũ finẽ perueniet: nisi nauiter inceperit & cũ bona spe cõstanter per/ rexerit. Liburnus hic pro naui ponit. Apud Iuuenalẽ pro uehiculo quo diui/ tes ꝑ strata uiarũ uehebantur. Vnde ait satyra tertia. Si uocat officium turba

cedẽte uehetur Dives/& ingenti curret ſup ora liburno: atq; obiter leget aut ſcribet: uel dormiet íntus. Namq; facit ſomnum clauſa lectica feneſtra.

Longius ille uidet qui multis ſpectat ocellis
Quam cui dat uiſum ſolus ocellus homo.
Idcirco uaccam ſeruandam tradidit argo
Sponſa iouis iuno non polypheme tibi.

Probat qđ uulgo dĩ/q; plus uidẽt oculi q̃ oculus. Tracta aũt ẽ pabola ex fabulis poeticis. Nã ut ẽ apud Ouidiũ in primo Methamorphoſeos Io inachi amnis filia a ioue ꝓpter ſpẽm excellẽtiã adamata: ab eo impetrauit: ut ne a Iuno ne depræhẽderet in uaccã mutaret quã rẽ intelligens Iuno: petiit a Ioue illã uaccá in quã Io trãſſigurata erat: ꝓpterea/ ut doloſe aſſeruit quaſi neſciret q; Io eſſet q; ipſa pulcherrima in peloponeſſo foret. Quã rẽ ne amicã ꝓderet ei denegare auſus nõ ẽ. Iuno uero ne ampli⁹ cũ ea rẽ haberet: dedit eá cuſtodiẽ/dã argo Ariſtoris filio cui cẽtũ erãt oculi. ſed mercurius eũ ſub habitu paſto/ris interemit. Iuno uero argũ interẽptũ in pauonẽ trãſmutauit: & oculos eius in caudæ illi⁹ oculatas plumas. Sponſa ergo Iouis Iuno quæ de ſe ait primo Aenei. Aſt ego quæ diuũ ícedo regina Iouiſq;. Et ſoror & cõiũx. tradidit uaccam in quá io trãſſigurata erat ſeruãdã. i. obſeruãdã & cuſtodiendã argo Ariſtoris filio cui cẽtũ erãt oculi. & non polypheme tibi. Polyphemus erat unus cyclopũ: q unũ ingẽtiſſimum oculũ in frõte habebat. Polyphemi autẽ oculũ ulixes ſtipite ficulno extinxerat Vt ẽ apud Homerũ in odiſſea. & apud Maronẽ in. iii. Aene. ubi de eo dĩ. Et telo lumẽ terebram⁹ acuto Ingẽs qđ torua ſolũ ſub frõte latebat. Argolici clypei aut phœbeæ lãpadis inſtar. Et paulo poſt Videm⁹ ipſũ iter pecudes uaſtaſe mole mouẽtẽ Paſtorẽ polyphemũ & litto/ra nota petẽtẽ Mõſtrũ horrẽdũ informe ĩgẽs cui lumẽ adẽptũ. pabola ergo hæc locũ habet de polyphemo priuſq; lumẽ amiſerat. Nã poſtea abuſio eſt.

Vim minus exercet qui late ſpargitur ignis
Quam cui collectæ uim tribuere faces.
Fortius inuadit qui uires colliget hoſtem
Quã qui diſperſis uiribus inſtat ei
Hoc ſic dici ſolet uirtus unita fortior eſt ſeipſa diſperſa.
Peſſimus eſt hoſtis qui cum benefeceris illi
Fortius inſurgit bella mouendo tibi
Sic carni fac uelle ſuum ſi bella moueri
Vis tibi: ſi pacem colla domato fame

Probat ut ẽ apud Senecã: qui uentrẽ molliter ac ĩdulgẽter curat. ab eo oppugnat & ad uitia multa iſtigat. q uero fame cõficit Bũficiũ ab eo ſumit Sicut ergo inſanus eſſet q; hoſti arma miſtraret. ita nõ bene ſaperet q; uẽtri ĩdulgeret.

Io

Argus

Polyphem⁹

Caput tertium continens hexastícha.

On teneas aurum totum quod splendet ut aurum
Nec pulchrum pomum quodlibet esse bonum,
Non est in multis uirtus quibus esse uidetur
Decipiunt falsis lumina nostra suis
Plus aloes q̃ mellis habent in pectore tales
Quos sanctis similes simplicitate putes

Monet illud euãgeliũ. Attẽdite uos a falsis ꝓphetis &c. Nõ teneas a uulgari fũpsit. i. nõ existimes. nõ affirmes. suis falsis. i. fallaciis. uel subaudi luib⁹ Plus aloes. i. amaritudis q mellis. i. dulcedis de hac re sũt noti uersus. O q̃ difficile ẽ hoium cognoscere mẽtes. Nã placidi uult⁹ læpe uenena tegũt. Sæpe sub agnina latet hirtus pelle lichaon. Subq; Catone pio perfidus illa nero. &c.

Morsibus aggreditur lignum capra quo religatur
Cum sibi nil detur quod lacerare queat
Quãuis delitias cupiat sibi quisq; necesse
Vt capiant omnes id quod habere queunt
Nil prodest optare magis uel quærere nobis
Quã quod uel quantum uult deus ipse dare

Admonet ut sorte nr̃a cõtẽti sim⁹ ne si uolum⁹ trãqlli uiuere plura petamus q̃ obtiere possum⁹ Et ẽ pabola. quẽ admodũ capra q̃ ad stipitẽ ligata ẽ dũ aliud nõ habet qđ rodat ipsũ rodit: ita hõ/ tãetsi oẽs delitiose uiuere uolum⁹: si nõ põt ad copiã rerũ ptingere eo qđ habet lubẽter fruet. Quia nẽo/ quãtũ uult sed quãtũ deus ipe uult posidebit. frustra ergo ad multa habẽda solicitus sis.

Ad uada neptuni fontes & flumina currunt
Et quæcũq; potest currere currit aqua
Post ualles quas semper amat dilabitur unda
Et colles odio quas habet illa fugit
Quis satis est his plura fluunt his undiq; fertur
His datur. his emitur: pauper ubiq; iacet.

Docet iucũde hoies magis fortunã q̃ uirtutẽ seq. Quẽ admodũ enĩ ⟨ut habetur Eccle. primo⟩ Oia flumina intrãt in mare & mare nõ redũdat. Ad locum uñ exeũt flumia reuertũt. ut iterũ fluãt &c. Quẽ admodũ in quã ubi plurimæ sũt aquæ oia fluia in mare fluũt. ita eo ubi plurimæ sũt diuitiæ sp plures cõgerũt: qa ut dictũ ẽ. habẽti dabit. Fontes. i. aquæ quæ fundũt ex terra & saxis. & flumina. i. aquæ quæ ex niuibus aut pluuia fluunt currunt in uada neptuni. id est in maria &c. paup ubiq; iacet. Ouidianũ est hemistichiũ.

In boream zephirum conuerti sæpe uidemus
Nomine mutato rursus & hunc in eum
Non tamen admiror de tempore si uariatur.
Cum sic cunctorum conditor ipse uelit
Sed miror miranda magis uaga corda uirorum
Cur totiens mutant se prohibente deo

Boreas ingt sæpe in zephiri regionē. & zephirus in boreæ regionē deo & natura sic uolēte migrāt: neq; id qdē mirādū, ꝓpterea ē ꝙ deus rerū uicissitudinē & trāsmutationē esse statuit. At supmirādū hoiem quē stabilē in bono & honesto ꝓposito deus eē uult totiēs mutari: ut nemo quā sibi sortē. Seu ratio dederit seu fors obiecerit illa cōtētus uiuat. Boreas ē uētus cardinalis ipsi⁹ septētrionis habet collaterales aqlonē ab oriente & corū ab occidente. uētus ē frigidus & siccus. unde Maro in geor. urit boreæ penetrabile frigus. dicit aūt ἀπὸ τῆς βορᾶς ꝙ sonorus, ꝓcellosusq; sit. Zephirus cōtra calidus est & humidus uētus cardinalis ab occidēte q a calore nomē accepit. Nā ζεειν feruere significat: latine dicit fauonius a fouēdo ut dicūt pleriq;: qa fouet & nutrit oīa uerno tp̄e habet collaterales a septētrione circiū/a meridie aphricū. Ventus aūt generat ex uapore sicco e terra eleuato. qui qdē uapor. nūc a septētrione agitat & uenit dicit ꝙ uētus boreas. Nūc ab occidēte & dicit zephirus. Sic ergo intellige boream conuerti in zephirū: ut idem uentus qui nunc flans a septētrione dictus est boreas postea ab occidente ueniens zephirus dicatur. Vnde dicit Autor nomine mutato &c.

Boreas

Zephirus

Non aliam legem patitur fur q̄ latro captus
Quā uis de nocte fur eat: ille die
Non minus hic peccat qui censum condit in agro
Quam qui doctrinam claudit in ore suam
Absit cōmissum sine lucro ferre talentum
Ne seruos nequam nos uocet ira dei

Monet ut sciam cōicem⁹ doceamusq; si sapim⁹ indoctos. qa deus grauiter ut puniet eos q scīam suā abscōdūt nec fructū faciūt: qđ indicat christ⁹ docēs dominū grauiter aīaduertisse ī seruū nequā: q talētū qđ susceperat: foderat nihil/ ꝙ suplucratus fuerat. Fures inqt. No. Marcellus significatiā hūt a furuo qđ furem ex eo dictū ꝙ furuum atrum appellauerūt/ & ꝙ per obscuras atq; atras noctes opportuna sit eis mali effectio Eos dictos fures. Varro rerum diuinarum lib. xiiii. atq; atras facili⁹ furēt. Sūt aūt q a græco deducāt. Latrones inqt. F. Pōpei⁹ antiquī dicebant qui conducti militabāt. quasi. λατρεύοντες. id est seruientes. Nam λατρεια. est seruitus. Aut nūc uiarum obsessores dicūtur: ꝙ a latere ad oriunt: uel insidiant latenter. hæc ille. N. Marcellus. Latrocinari est milita/

Fur

Latrones

re mercede. Plau. in corniculaŕ a latrocinaŕ annos decem. mercedē in tybe rio qui apud regē in latrocinio fuisti: stipēdiū acceptasti. Ennius. Fortunasq; quas cœpere latrones inter se memorare. sic ille Auctor ergo accipit latronē p insessore uiarū: & raptore diurno. furē p nocturno. uterq; aūt suspēdio ple/ risq; in locis mulctaŕ. unde dicit. Quēadmodū fur qui occulte sublegit suspē/ ditur nō minus q̄ latro qui interdiu rem agit: ita nō minus peccat qui sciētiā abscondit q̄ qui rem palā aufert. Accipimus enī scientiā & sapiētiā a deo tanq̄ fœnerarii: fœnus autē quod deus exigit est proximi eruditio: qui ergo scien tiam abscondit furatur proximo debitum: & subtrahit deo fœnus & lucrum ¡taq; audiet illud Serue nequā &c. Reliqua aperta sunt. Latría Latrocinari

Non opus est somno syrenes ingredienti
Nec sibi qui studio falsa cauere uolet
Sæpe stilum uertit qui uersum uertere debet
Dentibus est ungues: & scabit usq; caput
Quærit quæ primum quæ postea ponere possit
Non apte quæuis uerba locare potes.

Monet ad uersus componendos summā adhibendā esse diligentiā: de qua re doctissime scribit Flacc⁹ in de arte poetica. Vtiŕ aūt pabola de syrenibus Quas aiunt tres in parte uirgines fuisse in parte uolucres inquit Seruius ache loi flu. filias & calliopes musæ harū una uoce: altera tybiis: alia lira canebat. Et primo iuxta pelorum post ín capreis insula habitauerūt / quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secūdū ueritatē meretrices fuerūt quæ trās/ euntes: quoniā deducebant ad egestatē his fictæ sunt inferre naufragia. Has ulixes cōtemnendo deduxit ad mortē. Hæc Seruius. Rumor autē & opinio uulgi est. has esse uirgines pubetenus. & deinde pisces quæ dulcedine cantus nauigātes in somnū rapiūt & dormiētes obruunt. quod sequiŕ Autor dicens nō opus est somno syrenes ingredienti. Sirenes latine declinauit satis noue. Versus aūt nō patiŕ ut sirenas legatur. Sicut ergo uigilare debes aut surda au re trāsire sirenū cantus si nō uis mergi: ita nō poteris dormitare aut negligēs esse si uis facere bonos uersus. Traxit aūt medios uersus ex sermonibus Ho/ ratii. ubi dicit de lucilio. Et ī uersu faciēdo sæpe caput scaberet uiuos & rode ret ungues/ Sæpe stilū uertas iterū quæ digna legí sunt scripturus. Quem lo/ cum etiā imitaŕ. sic Persius Nec pluteum cædit nec demorsos sapit ungues. Quos locos ut intelligas. Scies eos qui poeticos uersus scribūt: diuino quo/ dam furore rapi: atq; ita dū animus in inuestigandis rebus totus suspensus est neq; illico qđ scriptū oporteret occurrit: solet poeta præter industriā & attē tionem: aut caput scabere: aut ungues rodere usq; adeo ut si postea percūctet se id fecisse nesciat. Quocirca siquis id faceret exppositio aut coram aliis neq; totus in inueniēdis uersatus ridiculus esset. Sūmā aūt diligētiā adhibēdā esse ostendit Flaccus dicens: Sæpe stilum uertas &c. Et in de arte poetica. irridet qui laborē cōtemnunt aduersus scribendos quū in aliis adhibeatur diligen/ tia. Qui studet optatam &c. Ordo hic est. Non est opus somno. īmo uigilan/ Syrenes

tia. ingredienti sirenes: id est loca in quibus sint sirenes. Nec opus est somno ei supple qui uult cauere sibi studio. id est per studiū falsa. id est falsas res. nō dices opus ē sibi propter reciprocationē. Qui uult scribere uersum uertet sæpe stilum. quo in ceratis tabulis olim scribebant. & is qui uult scribere uersum est. id est rodit mandit ungues dentibus & scabit usq; . id est continue caput. Quærit. id est disquirit quæ possit ponere primū. id est primo loco & quæ possit ponere postea. Ratio est: quia non potes locare apte quæuis uerba. habent enim in carmine suum quæq; locum uerba. Adhibenda est præterea summa opera ad æconomiam. id est rerum dispositionem.

Thersites numerum non uires auxit achiuis
Impos uirtutis garrulitate potens
Sic inter scacos alphinus inutilis extat
Inter aues bubo fucus & inter apes
Inter narrantes chifram iuuat esse figuras
Et uult multotiens anticipare locum.

Demonstrat uariis exemplis: quo quicq; maxime ineptū est: ita primū sibi uendicare locum. Quæ res perspicua est. Nam ut ait philosophus omne imperfectū appetit sui perfectionem. Qui itaq; honore minus digni sunt/magis affectāt ut mulieres q̄ uiri. Indocti q̄ docti. Doctis enim satis est meruisse honorem. Proinde si sapiētē & honore dignum cognoscere uis. uide an patienter ferat se cōtemni. Primū autem exemplū & etiā tertiū ex doctis uiris sumpsit. secundū & quartū ex uulgari consuetudine: itaq; barbara sunt uocabula.

Thersites uero notissimus homeri carmibus in prio Iliados quæ hoc sonāt Cæteri quidē sedebant & detinebātur per sedilia. Thersites autē adhuc solus īmoderatus in sermone picabatur. Qui uerba mentibus suis ínornata & multa eiiciebat temere. sed nō secundū decorū cōtendere regibus. Sed quodcū/q; ei uisum esset ridiculum argiuis erat. Turpissimus aūt homo troiam accesit. Strabo erat: claudus altero pede. Humeri autem curui in pectus cōiuncti sed desuper acutius erat caput. Rara autē infloruit lanugo. Inimicissimus autem maxime achilli erat & ulixi. Illos enim conuitiis lacessebat. Tunc rursus agamēnoni generoso acute clamans dicebat conuitia. Huic autem achiui mirifice irascebant & infensi erant in animo. Sed ille longe clamās agamemnonem cōuiciebatur sermone. Atride qua nam re cōquereris & indiges? plena tibi ære tentoria. Multæ autē mulieres sunt in tentoriis exceptæ: quas tibi achiui primo damus/ quādo urbem ceperimus. An etiam & auro indiges quod aliquis afferat troianorum domitorū equorum ex Ilio in filii redemptionem? quem quidē ego ligans adduxero uel alius græcorum: siue mulierem nouam ut miscearis in concubitu. & quam tu ipse seorsum detineas: non enim decet ducem existentem in bello. incendere filias græcorum. O Melanes turpes: decoræ achiuæ: non amplius achiui. domum cum nauibus redeamus: Hunc autē si inamus hic ī troia premia digerere: & sciat an sibi nos succurrimus siue non Qui etiam nūc achillem se longe meliorē uirum uituperauit

&c. Ulixes generosus astitit & ipsum obliquo oculo aspiciens graui obiurgabat sermone. O Thersita sine iudicio in loquēdo quāuis sonorus concionator contine te. tace. Neq; uelis solus concertare cum regibus. Non enim ego te duco peiorem mortalē alium esse quicunq; simul cum atrida ad troiam uenerat &c. Sceptro autem terga & humeros percussit ille/autem torquebatur germinās autem ei excidit lachrima. uibex autem cruenta ex tergo esurrexit ex sceptro aureo. Ille autē sedit & timuit. dolens autem inutiliter aspiciēs absterfit lachrimas: Hæc & plura apud illum offendes/quibus graphice ostenditur importunitas nugatorū. bene ergo dicit Tersites numerū non uires auxit achiuis. Vnde & Iuuenalis. Malo pater tibi sit Tersites dummodo tu sis. Aeacidæ similis uulcaniaq; arma capessas. Quā te Thersitæ similē producat achilles. de ludo scacorū & quid alphinus uulgare tuum consule similiter de chifra Fucus est apis non mellificans. Quocirca uocatur a Virgilio in primo Aeneid. &. iiii. Georg. Ignauū pecus. Inter narrātes. i. recitantes sūmas rōnū.

Instantes superat isthmos breuis insula fluctus
Et pacem gemini continet unda maris
Non possunt tauri concurrere fronte minaci
Dum baculum pastor subleuat inter eos
Appula gens lucanaq; semper bella minantur
Et rabiem media gens uenusina uetat.

Ostēdit trib⁹ exēplis res maxie īter se discordes & īimicas sæuiētesq; modico īteriecto obstaculo ab iniuria & uiolētia phiberi. Iōq; monet ut ſicubi discordias uiderim⁹ illic ſi cōmode possum⁹ nō pacis autores īterponamus. Primū exēplū ē de isthmo. quæ ē tra modica ītra duo maria quoꝝ īpetū īpedit sita. ſecūdū exēplū de tauris quos rustic⁹ īteriecto baculo ne cōcurrāt arcet: notū ē. tertiū ē de lucanis & apulis populis italiæ qcū sæui & īter se īimici sint arcēt⁹ ab īfestatiōe p uenusinos q mediū locū arāt. uī Hora. in. ii. ser. Vita senis. ſequor hūc lucan⁹? an appul⁹? anceps: nā uenusin⁹? arat finē sub utrūq; colon⁹? Missus ad hoc pulſis uet⁹? ē ut fama/fabellis. Quo ne p uacuū Romano incurreret hostis Siue q appula gēs seu q lucania bellū Incuteret uiolēta &c. Ex quo loco hunc sumptū patet. non plane tamen ab alano acceptū. Nā Horatius non diceret uenusinos inter se utrosq; missos ne īter se bellarēt: sed ne Romanis bellum inferrent. uel ne alii ea loca occuparēt qui hostes Ro. sint.

In cauea propria fit atrox aspera uulpes
Quæ potius fugeret si foret illa foris
Improbus & mordax canis est in limite noto
Dum uidet auxilium uim sibi ferre canum
Inter consortes audacior est homo nequam
Quā sit in externis hoste minante locis.

Monet notis exemplis ne ſperemus facile ciues ꝑpriis domibus pellere: aut hominẽ alias meticuloſum dũ intra cõmilitones aut collatrones eſt fugare.

Inuentum tarde leporem cito perdimus inter
Vepres quandoquidem eſt res fugitiua lepus
Perdimus anguillam manibus dum ſtringimus illam
Cuius labilitas fallit in amne manus
Sic abit inuentus niſi conſeruetur amicus
Et niſi libertas mutua ſeruet eum

Vepres

Monet ſicum quouis nouitiũ amicitiarũ fœdus percuſſimus. ut eum officio noſtro deuinciamus. Si priuſq; radicata fuerit beneficii gratia/uel modice lædatur/poterit aufugere Vepres genere maſculino profert Virgili⁹ in Georg. dicens hirſutí &c. & in. viii. Aenei. Et ſparſi rorabãt ſanguine uepres Quia uero præceptũ eſt ut diminitiua principaliũ genus ſequantur. ab eo quod eſt hi uepres nõ fiet hæ uipreculæ. Præterea in ſingulari nimirũ diceret. hic uipris unde fieret uipriculus. Neq; uerſus patitur. ut uipreculos dicas. quia ſecunda eẽt lõga. leges ergo Vipriculos uel tuti⁹ Vt nos uepres. Cui⁹ labilitas: credo melius dictũ eſſe Cuius lubricitas: nõ tamẽ illud dãno. Et niſi libertas &c. res exigit ut dicas liberalitas: quia Libertas non conciliat amicos: ſed ut docet Cicero maxime decet eos. Quia ergo de amico nõ ſatis firmo loqt̃/ quomõ libertatẽ erga eum tenendam præcipit Vt uero liberalitas ponatur uerſus nõ patitur. Poteris autem dicere. Et niſi cõmoditas mutua ſeruet eum.

Non bene firmus erat digito qui ſoluitur uno
Nodus nec fortis tam cito fracta fides
Nunq̃ fidus erit qui deſint eſſe fidelis
Nunq̃ qui non eſt fidius: amicus erit
Ex quo conueniunt duo pectora pectus in unum
Fas eſt ut maneant pectora pectus idem

Quia dixit amicum eſſe obſequio ſeruandũ. dicit id non eſſe de uero amico Quia ut dicit Cicero Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Neq; ſolui poſſunt. Quãdo igitur. quis ab amicitia recedit modica laceſſitus iniuria: certum eſt eum nõ fuiſſe fidum amicũ: ſicut nec firmus nodus eſt qui uno digito diſſoluitur. Qui uero fidus non eſt: nõ eſt dignus ut amicus habeat̃. Quia ut dicit etiam Cicero amici ita conſentiũt: ut iam amicũ qui intuetur tanq̃ exemplũ aliquod intueatur ſui. Atq; ut idem dicit: Fundamẽtũ ſtabilitatis atq; cõſtantiæ eius quam in amicitia quærimus fides eſt. Nihil enim ſtabile eſt: quod in fidũ eſt. unde dicit Autor nũq̃ qui nõ eſt fidus: amicus erit. Itẽ Cicero eſt enĩ is amicus quidẽ qui eſt tanq̃ alter idẽ. Et paulo poſt: cuius animũ cũ ſuo aĩo cõmiſceat ut efficiat pœne unũ ex duobus. Vnde & hic. Fas eſt ut maneãt &c.

Mente minus sanus q̃ corpore creditur æger
Quando suos medicos fuste uel ense ferit
Quis magis insanus q̃ cæcus in ardua ductus
Si tunc contemnat felle tumente ducem
Lippo non luſco colliria nigra medentur
Qui semel est luſcus non nisi luſcus erit.

Tacite cohortatur nos poeta: ut monitores noſtros feramus: nec eis aſperi simus: ne nos ut insanos deſtituant. Monet præterea ne nolentem diſcere nitamur docere/quia operam luderemus. Non enim medicina datur priuatis: sed male habentibus. Nec doctrina prodeſt nolenti ſcire: ſed neſcienti data. Quando suos &c. uetus codex habet Qui medicos eius: ſed latinitas est dura eo q̃ reciproco locus est. loquitur periphraſticos de frenetico Tractum uidetur ex illo Horatii ſecũdo ſermonum. Vt letargicus hic cum fit pugil & medicum urget. & ex illo eiuſdem ſermonis orabat ſanus utriſq; Auribus atq; oculis mentem niſi litigioſus Exciperet dominus cum uẽderet &c. Quin & illud lippo non luſco &c. ad imitationem Horatii dictum est. qui ait primo ſermonum de ſe. Hic oculis ego nigra meis colliria lippus Illinere. Lippi oculi fũt fluctuantes & lachrymoſi uel per uigilias uel per fumum: aut per aliud quod/uis corrupti. Collíria ſunt medicamẽta illa quæ huiuſmodi adhibẽtur. Cornelius Celſus libro quinto medicinæ: colliria tam oculorum q̃ fiſtularum appellat. Luſcus dicitur qui captus est altero oculo. Vnde Iuuenalis Hannibalẽ qui alterum oculum amiſerat in tranſitu alpium apennini: luſcum appellat ſatyra decima. Cũ getula ducem portaret belua luſcũ. Imperiti uicinitate uenaculæ linguæ decepti dicunt luſcum limis ſeu obliquis oculis uidẽtem: quẽ rectius Strabũ. aut ut antiqui Strabonẽ appellaueris. Varro in flexa. Multi enĩ qui limina intrarũt integris oculis Strabones ſunt facti. Oculi ergo lippi curari poſſunt. luſci non poſſunt. Horatius etiã tranſfert lippitudinis curationẽ ad animi purgationẽ in prima epiſtola dicens. Non poſſis oculo quãtũ cõtendere lynceus Non tamen iccirco contẽnas lippus inungi. Idem facit Seneca dicens. Imbecillos oculos eſſe qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur. Felle tumente. i. atra bili: hoc est iracundia ſæuiente.

Lippus

Luſcus Strabo

Nolumus in cirpo qui non est quærere nodum
Nec ſuper infirmum ponere magna gradum
Paſce canem: paſtus tuus illum leniet: & te
Quamuis cædatur læſus amabit herum
Fac ſeruo nequam bona: ſemper & omne quod illi
Præbueris perdes: nam male gratus erit.

Oñdit apud indignos nõ eẽ collocãda bñficia. Quia ſicut operã & expẽſã perdit q̃ multa in dagine nodũ in cyrpo q̃reret. est enĩ iuncus ſine nodo. Sic q̃ ſer

uo nequã: aut uiro non liberali nec grato bñficiũ cõfert: bñficiũ perdit. Contra ut dicit. Bñficiũ dando accepit q gratis dedit. Quẽ admodũ ſiqs cani cui natura fidelis ẽ alimẽta præbuerit: etiáſi pedes illi amputauerit: amicũ tñ habet. ultimũ uerſũ ego ſic offẽdi Præbueris perdes cũ ſibi nullus amor. ſed reciprocatio mala eſt. itaq; poteris ſi mauis noſtro more legere. Vel ſic. Nil q̃ amoris habet. Vel. Nil q̃ amare poteſt. Vel. Nã cor amore caret. Vel. Huic quia nullus amor. Leniet. i. placabit mitem & morigerum facit.

Ridiculus mus ẽ qui muribus ĩperat: & q̃
Tanq̃ rex horum ſit: dominatur eis
Non minor eſt riſus de ſeruo qñ leuatur
In dominũ quando uoce manuq; ferit
Aſperius nihil ẽ humili dũ ſurgit in altũ
Pingitur in celſa ſimia ſede ſedens

Vere docet nihil eẽ feroci⁹ atq; ĩperioſius q̃ ſeru⁹ aut quis hũilis cõditiõis dũ ad altũ dec⁹ puenerit. Cui⁹ rei p̃ter ea q̃ quotidie uidem⁹ pluria exẽpla apud ſatyricos & p̃cipue apud Iuuenalẽ reperies. Hora. etiã dicit ridiculũ p̃bere ſpectaculũ hoiem hũili loco natũ ubi ad magiſtratũ puenerit. Vñ ait. Fũdos aufidio luſco p̃tore libẽter Linq̃mus inſani ridẽtes p̃mia ſcribæ Prætextã & latũ clauũ; prunæq; batillũ. Eiuſmodi enĩ q̃ ſupra gen⁹ aut fortẽ dignitates q̃runt: ambitioſi ſunt & glorioſi leuiq; ſentẽtia (Nã ſapiens in ꝓpria pelle latere mauult) Vt uero dicit Cicero de amicitia. Neq; qcq̃ inſipiẽte fortunato ĩtolerabilius fieri põt. Prouerbiũ aũt eſt qñ uir hũili genere natus ad magiſtratus peruenit. Simia ꝓ tribunali ſedet: Simia enĩ ut multi uolunt (licet prima ſyllaba diſſentit) a ſimulando deducit: uerũ undecũq; dicatur rerũ quas uidet ſimulatrix eſt. Volunt ergo dicere non uerũ eſſe tribunũ ſed ſimulatũ.

Diuerſis diuerſa ualẽt medicamĩa morbis
Vt uariant morbi ſe: uariantur ea
Nõ uno doctrina modo ſe mẽtibus ĩfert
His timor: his mõit⁹: his adhibet⁹ amor
Quadrupedes adaq̃re neqs dũ pcutis illos
Nec cogit pueros uirga: ſtudere rudes

Admonitos facit p̃ceptores ut diligẽtia diſqrãt captũ & ĩgeniũ q̃litatẽq; ſcholaſticoꝝ. nã ſicut uarii morbi uario medicamẽto curant⁹: neq; põt recte mederi q morbi diuerſitatẽ nõ cognoſcit. ita diuerſa ſcholaſticoꝝ ĩgenia diuerſis modis ĩſtitui uolũt. Itaq; alios cohortãdo: alios laudãdo: alios cædẽdo: alios aliud faciẽdo p̃ceptor perit⁹ ꝓ diuerſitate ĩgenioꝝ atq; indolis docebit. q̃ nõ oẽs cædẽdi ſunt patet. Nã ſicut q̃drupedes ut æqui aſini & muli ſi uerberẽtur etiã adaquari nolint: ſic rude ingeniũ ſæpe percutiendo obtunditur: nec diſcere poteſt. De hac re optime Quintilianus diſſerit.

Paruula uenalem comprendit mantica telam
Et iacet exiguo multiplicata loco
Cur sic q̄ cupidæ menti non sufficit orbis
Prædia terrarum gloria celsus honos
Ius est ut penitus terræ sit homunculus expers
Qui totam terram solus habere cupit.

Damnat infinitā hominū cupiditatē. cui ne orbis quidē totus satis est. Vnde Iuuenalis de Alexādro magno. Vnus peleo iuueni non sufficit orbis. de quo & Valerius maximus. Nā Alexandri pectus īsatiabile laudis: qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris īnumerabiles mundos eē referēti: heu me inquit miserū q̄ nec uno quidē adhuc sum potitus: Angusta homini possessio gloriæ fuit: quæ deoꝝ omniū domicilio sufficit. Hæc ille. Dicit ergo autor sic Mantica in qua negociatores telam uenalem traducunt accipit quidem multæ longitudinis telam si cōplicetur atq; stipetur. uerū ubi repleta est pro captu suo neq; plus admittit: neq; plus reqrit. At homini nunq̄ satis esse uidet. Neq; quantūcūq; possideat mens contenta est. Est autem deuerbium multorum dicentium quando hominem uident nimia possessionū siti confici: Tellus sepulturæ illius deerit. Homunculus diminutiuum est ab homíne. A quo etiam Homuncio dicitur.

Faucibus innocuis deserta leonculus ambit
Cum nihil inueniat quod lacerare queat
Non semper pungit serpens: nec fundit ubiq;
Virus quod secum semper in ore gerit
Non equidem stimulo nec parceret ille uenēno
Si quid adesset quod lædere posset eo.

Docet malos semp hīe nocēdi desideriū: q̄ si q̄nq; nō noceāt: est qa nō hnt qui p̄ libidine nocere possent. Sicut ergo leo nō semp dentibus: neq; serpēs ueneno nos necat: semp tñ arma sua uterq; habet ut quandocūq; occurram? nos inuadant. Ita malus quotiēscūq; nactus est in quem malitiam suā effunderet natūrā suam indicat. Ordo est. Leonculus. i. leo diminutiuū pro principali. ambit. i. circumit & indagine cingit deserta supple loca. faucibus īnocuis i. nulli nocentibus. cum. i. quando nihil inueniat quod queat lacerare. Non semper pungit hoc de scorpio intelligi potest. Reliqua nota sunt.

Caput quartum continens octosticha.

On bene de pedibus spinæ tribulæq; trahūtur
Dum breuis interius spina relicta iacet
Quo mora fit maior tanto mage uulnera pūtrent

Et tunc non possunt absq; dolore trahi
Qui culpas de corde trahit trahat usq; recentes
Et cunctas pariter ne ferat una necem
Quid prodest medico plagas sanasse ducentas
Si manet una latens qua moriatur homo.

Satis dilucide & apte oñdit quō per cōfessionē peccata nr̄a purgabim⁹: nam quēadmodū q corporis uulnera sanari cupit tria obseruat: Primū ut cōfestim & e uestigio curet priusq̄ putrescāt: deinde ut spinā aut telum quoduis aliāue uulneris causam penitus extrahat. Deinde ut oīa uulnera curet. Quia ut dicit Seneca Quid refert an multa sint uulnera Nō pōt ap̄li⁹ q̄ unū eē letiferū &c. Si aūt illud unū nō curet: frustra alia curaueris. Similiter qui aī morbū piare uult tria faciet Cōfitebit̄ q̄ primū ne iu cōsuetudinē malā labatur: aut uitiorū pondere obruatur. Aut tempus pœnitentiæ amittat. Confitebitur ex integro Et ut uere pœnitentem se significet spinā. i. occasionē & fomitem peccandi radicitus euet. Nihil obscurum est in textu nisi penitus illiteratis.

Arbor quæ late ramat nisi firma sit imo
Cum ramis facili corruit icta notho
Sed quæ radices hēt in tellure profūdas
Obstat & euelli peste furente nequit
Qui ramos famæ non radices meritoq;
Extendit late scito q̄ ille cadet
Non solum cælo qui talia uana profatūr
Aſt etiam uitio displicet ipse solo.

Pulchra & apta parabola. Quēadmodū inquit arbor quæ ramos suos late extendit: nec radices ꝓtendit cito corruit: ita fama quæ populari aura. i. fauore fulcitur: nec meritis clarisq; factis innitit̄ facile ꝓsternit̄. Quia ut dicit in epistolis Flacc⁹. Qui dedit hæc hodie cras si uolet auferet: ut si Detulerit fasces i digno detrahet idē Pone meū est inquit: pono tristisq; recedo &c. Si itaq; populi tibi honorē impēdit poterit auferre. Si fama tua a populo depēdet arbitrio populi poterit perire At si bonis uirtutibus fūdata clarisq; facinoribus radicata fuerit ꝓpetua tibi erit Deteſtādi igit̄ sunt q̄ sine meritis laudari uolunt q̄les sūt quos glorioſos uocāt. Qui inq̄t autor nō solū. i. nō tātū displicēt cælo i. celicolis. aſt ꝓ sed etiā displicent uitio. i. ꝓuitiū solo. i. terræ hoc ē terrigenis & mortalibus. Solum est quicquid solidum est & sustentare potest. Vnde solum nauium est aqua. auium aer. hominum terra.

Non min⁹ ē dulcis paruo de fōte recepta
Quā quæ de magno flumine fert̄ aqua
Et cadus & doliū retinēt q̄q; falernum

Nec dolium melius q̃ breuis ipſe cadus
Nec magis egregio dulceſſit potus in auro
Quam facit in uitro quod minus aſſe ualet
Quamuis ergo miſer bene dicat uel bona nemo
Corpore pro miſero uilia uerba putet.

Oſtẽdit hoĩes opínione duci: ſibiq; cupiditatis cauſam eſſe. Nã ueluti dulcío/rem nõnulli putant aquá immẽſi fluminis q̃ fonticuli dũ tamẽ aqua utriuſq; tibi ſatis ſit: neq; corruptior una q̃ relíq̃. ita plurími putant ſuauiorẽ eſſe uſum pecuniæ quã de magno aceruo tollunt: q̃ eius quã ex mediocri & ſufficienti tamẽ. Verũ hmõi errant. Nam ſæpe dulcior eſt aqua fõticuli q̃ fluminis ma/gni & paruæ diuitiæ cum tranquillitate animi: q̃ magnæ cum ingenti cura cu/ſtoditæ. Itẽ uinũ ex magno uaſe ſæpe nõ melius eſt q̃ ex paruo. nec melius ſa/pit in aureo poculo q̃ in uítreo. Et parì modo ſciẽtia hoĩs inculti pãniſq; ob/ſiti non eſt uilior q̃ pompoſi. dũmodo tamẽ uita æquã utriq; autoritatẽ pari/at. Hanc falſam hominũ opinionẽ ſatyrici late taxãt. Vnde prima duo carmi/na ex primo ſermone Horatii excerpta ſunt ubi dicit uel dic quid referat in/tra naturæ fines uiuenti iugera centũ an Mille aret. At ſuaue ẽ ex magno tol/lere aceruo. Dum ex paruo nobis tãtũdẽ haurire relinquas? Cur tua plus lau/des cumeris granaria noſtris? Vel tibi ſi ſit opus liquidi nõ amplius urna uel cyatho/ & dicas magno de flumine mallem Quã ex hoc fonticulo tantundẽ ſumere &c. Vltimi uero uerſus duo apud Iuuenalẽ explicantur: ubi dicit cau/ſidicos pluris agere ſi magnifice ueſtiti eẽnt eo q̃ populus ueſtimenta magis q̃ ſcientiã & eloquentiã ſequeret uerba ſunt. Vt redeant ueteres Ciceroni ne/mo ducentos Nunc dederit nũmos niſi fulſerit annulus ingens Reſpicit hoc primũ q litigat: an tibi ſerui Octo: decẽ comites poſt te an ſit ſella. togati An/te pedes: ideo cõducta paulus agebat Sardonice/ atq; ideo pluris q̃ coſſus age/bat Quam Baſilus: rara in tenui facundia pannο.

Viſibus intentis ſcrutatur ab æthere predam
Miluus & a longe fruſta relicta uidet
Non licet eſuriat ſtatim deſcendit ab alto
Sed uariis giris circuit ipſe locum
Nam ſunt qui laqueos poſita dape ponere tentant
Vt ſic incautæ decipiantur aues
Deniq; percepto nihil aucupis artis adeſſe
Vnguibus accedit tutus & eſca capit.

Docet nunq̃ ſatis exploratũ nobis eẽ ut inſidias añ uitem⁹. Oñditq; tũc maxi/me poſſe dolos q̃ ſecuri ſumus. Nã aues tãtiſp dũ dol ũſuſpicant eſcã nõ ca/piũt: poſtea uero q̃ nihil doli ſubeſſe putãt & eſcã uolũt capere ineſcant hoc ẽ

esca capit eas. Ordo est. Miluus scrutat' uisibus. i. oculis intētis/predā ab æthere. i. ab alto aere in quo uolat & uidet a lōge frusta. i. fragmenta & particulas carniū relictarū. Sed licet esuriat. i. famescat nō descendit statim ab alto. i. ab aere sed ipse circuit locū in quo iacet p̄da uariis giris. i. circuitibus & circūuolationibus. Nā sunt q tētant ponere laq̄os dape. i. esca posita Vt incautæ aues decipiant' sic. Deniq; . i. tandē p̄cepto. i. postq̄ p̄cepit uxta opinionē suā: nihil artis. i. fraudis aucupis adesse Accedit tutus unguibus ut capiat escā: & esca capit ip̄m. Donec ergo dolos suspicabat' tutus fuit: sed postq̄ securus erat. i. sine cura captus ē ilico: sic & Troia donec obsessa erat restitit hosti. Quādo aūt pā dunt' portæ iuuat ire & dorica castra desertosq; uidere locos, p̄xia nocte capta ē. In hoc ultimo uersu nō ꝓprie ponit' tutus. nō enī tutus ē. i. desēsus & ꝓtect? sed secur? . i. sine cura. Poteris sic legere. Vnguibꝫ ut capiat ꝓgit & esca capit.

Non nihil exempli uermes de carne creati
Demonstrant oculis testificantis opus
Dentibus inuadunt acceptant morsibus illam
Nec quærunt aliam dum sibi durat ea
Consilii nihil est nisi sal succurrere possit
Sal positus large mordet & arcet eos
Vermibus hic mos est nec solum linquitur illis
Sunt in quos transit iam furor ipse uiri.

Argute sumpsit hanc parabolā: q̄ oñdit quātū mali afferat mollis educatio: quātoq; præstet assuetū eē labori q̄ delitiis. Vermes inqt q in carne recēti crean' eandē carnē auidissime uorant: nihilq; relinquāt ex ea ni sale fricet': quo uno necant'. At si nō necent' tandē cōsumpta carne in q̄ nati sunt (aliā enī sibi nō quærunt) cogerent' inedia & fame perire/aut sua mēbra absumere. Sic (ut tacite dicit) pueri molliter curati patriā hereditatē in qua nati sunt absumūt q̄ absumpta fame pereūt aut p latrocinia ad furcas ueniūt. nō enī didicerūt uictū parere. Possunt aūt sale. i. sapiētia diuelli si disciplinā adhibueris. Inueni ī exēplis sal positū &c. sed ubi fieri pōt ad latinoꝝ usum traducere uelim Docui autē salē genere masculino dici. Si positū legere uelis legito.

Non propter pennas laudat conuiua uolucrem
Nec propter corium mango disertus equum
Non equidem similis per singula cursitat usus
Vestes non homines omnis honorat homo.
Hunc noua facta nouum statuunt per singula morem
Et nihil excepto paupere: uile iacet
Nil bene pauper agit sed pro ratione tenetur
Quicquid agit diues seu bene siue male

Carpit ſtultitiã eoꝝq ad diuitias & ſtrepitũ fortũæ: nõ ad uirtutẽ ſpectãt. Vtiᷣ aũt parabola a cõtrario: oĩs enĩ a cõtrario aut a ſimili fit. Comedones inqt nõ laudãt auẽ ꝓpt̃ plumã: ſed ꝓpter tenellã carnẽ. Horati. tñ in ſermo. ait. Vix tñ eripiá poſito pauone uelis qn Hoc poti⁹q̃ gallina tergere palatũ Corrupt⁹ ua nis rerũ: qa ueneat auro Rara auis: & picta pãdat ſpectacula cauda Tanq̃ adrẽ attineat qcq̃. Nũ ueſceris illa quã laudas pluma? cocto nun adeſt honor idẽ. Itẽ Nec ꝓpt̃ coriũ &c. Mangones dicũt̃: q equos aut mulieres uẽdũt. Equos aũt empturi nõ colorẽ dũtaxãt ĩſpiciũt. Vñ Flacc⁹. Regibꝰ hic mos ubi equoſ mercãt̃ aptos Inſpiciũt ne ſi facies (ut ſæpe) decora Molli fulta pede ẽ empto rẽ ĩducat hiãtẽ Quod pulchræ clunes breue qđ caput ardua ceruix. Hoc illi re ẽte &c. Nil bñ paup agit. Hora. ĩ epi. Hoſ ſoloſ aio ſape & bñ uiuẽ quoꝝ. Cõſpi ciť nitidis fũdata pecũia uillis. Et iteꝝ. Ac bñ nũmatũ decorat ſuadela uen⁹q̃

Sũpta qd eſca ualet quæ q̃cito ſumiť exit
Nauſea cor uexat uiſcera laſſa dolent
Qñ nõ patiť medicamina morbus ĩ aluo
Non ſignum uitæ ſed necis eſſe puto
Vt dape uẽter eget ſic ſpiritus indiget illa
Non bñ paſcunť cum nihil alter habet
Nõ diſcũt qcũq̃ ſcholas ubicũq̃ frequẽtãt
Nam plures ueniunt ut uideantur ibi

Docet quare ſcholaſtici nõ ꝓficiũt. qa inqt q̃ a p̃ceptoribꝰ audiũt nõ repetũt neq̃ ampli⁹ recordanť: ſed ſicut accipiũt ita emittũt ſine accuratiõe. Verũ ſiᷤ corp⁹ ſanũ eẽ nõ põt niſi cibũ digeſſerit: ſic nec hõ doct⁹ niſi cibũ aĩ. i. doctrinã repetierit. Simili mõ ſaluator nr̃ ſemẽ in petras. i. uerbũ dei ĩ dura & uana cor da ſine fructu cadere docet. Vltimi duo uerſus ſic cõſtruunť. Nõ qcũq̃. i. non oẽs q frequẽtãt ſcholas diſcũt &c: Nõ ãt dices. Quicũq̃ frequẽtãt ſcholas nõ diſcũt &c. Dialectici enĩ falſã dicerẽt: ẽ enĩ ulis negatiua: ad cui⁹ falſitatẽ ſatis ẽ unã ſingulariũ eẽ falſã. Quũ uero dicis: Nõ qcũq̃ &c. pticularis negatiua ẽ.

Bos ſemel ẽ uitulus: ſemel ẽ canis ipſe catellus
Cur homo bis puer eſt quem ſemel eẽ licet
De puero natura ſenẽ facit ut petit ordo
Sed uitium pueri: de ſene reddit idem
Non eſt barbati ploſtello iungere mures
Nec caſu tali multiplicare nuces
Bis puer ẽ homo-uir ſemel & quẽ uiribus una
Cum ſenſu laſſis alba ſenecta domat

Dicit illud Catonis. Nã quocũq̃ ſene ſenſus puerilis ĩ illo eſt. Bis inquit Puẽ

ri ſumus Verũ duplex eſt ratio qua Pueri dicamus: altera quia acumen inge/nii amittimus puerili ſq; nugas ſine crimine iterum facimus. & id nõ hoïs ſed ætatis uitiũ eſt/quocirca ignoſcendũ ſenibus. Altera uero quia ſenes iuuẽtu/tis uitia repetímus: qualia ſunt ſcortari: amoribus capi: quod immane uitiũ: quod etiã ægre fert autor. illud aũt Non eſt barbati &c. tractũ eſt ex ſermonibus Horatii ubi dícit. Aedificare caſas ploſtello adiũgere mures Ludere par impar equitare in arundine lõga Si quem delectat barbatum amentia uerſet Sic puerilius his ratio eſſe euincet amare Nec quicq; differre utrũ ne in pulue re trimus Quale prius ludas opus an meretricis amore Sol licitus plores &c. Ploſtellũ diminutiuũ eſt a plauſtro: ſolẽt aũt pueri capere mures & eos ſubiugare ploſtellis. i. paruis uehiculis quæ & ipſi faciũt. Mutaꝫ aũt au diphthõgus ĩ o lõgũ: ſicut ĩ aliis multis: ut caulis colis: caurus cor?: caudex codex &c. Multiplicare nuces tali caſu quali pueri diuinãtes Par an ĩpar: Quod Flaccus dicit ludere par impar. Ludũt aũt pueri nucibuſ. Vnde Perſius. Et nucibus facimus quæcũq; relictis. ubí & alia relinquendarũ ratio eſt. alba ſenecta. i. cana.

Sæpe moloſſus ouem tollit de fauce luporum
Vt raptam comedat non ut abire ſinat
Quid refert an ab hoſte lupo moriaꝫ an illo
Cum dentes æque ſint utriuſq; graues
In multis ſimiles ratio conſiderat actus
De quibus expertus dicere uera poteſt
Res hoïm ſæuus defẽdit ab hoſtibus alcon
Vt ſibi non aliis res tueatur ea.

Iucunde oſtendit quo prelatoꝝ auaritia creuit Quilicet fures & latrones puniant non tamẽ ut ſubditis quibus res ablata eſt reddant ſed ut ipſi præda potiantur. Quin multi pro lege habent ut quicquid furi aut raptori auferaꝫ res fiſci ſit. Quã rem Iuuenalis ſic damnat. Exul ab octaua Marius bibit: & fruitꝫ diis Iratis. at tu uictrix prouincia ploras. Marius enĩ priſcus cum aphricam p/uinciam ſpolíaſſet & accuſatus Romæ ab aphris: uarias habuiſſet ſententias: tandem Cornutus ſeptẽ milia nũmum quæ ꝓuincialibus eripuerat: ærario inferenda cenſuit: cũ aphris ſpoliatis reſtitui debuiſſent: quã rem Iuuenalis conqueritur publicam deteſtans auariciã: & iudiciorum iniquitatem. Alcon non is eſt de quo Virgi. in bucoli. Aut alconi habes laudes. Verum quiuis iudex auarus quem ſub hoc noïe damnat Alanus. Moloſſus eſt canis acer qualis a moloſſia uenit qualem etiam paſtores ad ouium cuſtodiam habent.

Simpliciter cæcus prohibetur ducere cæcum
Ne cæcus cæcum ducat in antra ſuum
Sed tamen inſanum prohibere nequimus Alanum
Quin cæcos dubio ducere calle uelit

Non queritur ꝙ turpe pedes offendat eundo
Sed quod tam pauci nocte sequuntur eum
Miror & admiror ꝙ iter lucis capit ille
Quem nunq̃ constat sciisse uel iisse uiam.

Facit ipophoram. i. obiectionē cōtra se. Præcipit enim uulgo ne cæcus ducat cæcum. Qui ergo dicas alane cū sis cæcus audes ducere cæcos. Respondet ꝙ se in tertia psona Alanus nō queritᵉ. i. cōqueritᵉ ꝙ offendat. i. lædat eundo turpe. i. turpiter pedes suos sicut faciūt cæci: sed ꝙ tam pauci nocte sequūtᵉ eum/ diceret se. hoc est Alanus nihil mali ex cæcitate sua patitᵉ: quia nō offendit pedes suos. sed id dolet. quia cæcus putatur ꝙ non habet comites quos ducat de quibus miratᵉ ꝙ se ducē aspernentᵉ: putantes ipsum errare cum & ipsi neq; sciuerint neq; iuerint unq̃ uiam rectam.

Ad bellum quia durus erat migrauit atrides
Aegisto thalamos ingrediente domi
Qui iacet in plumis nil duri passus in illis
Non ualet insuetus uir tolerare malum
Imbribus & uentis mutat gena laxa colorem.
Vritur & leuiter sole tenella cutis
Mollibus assuetus clipeum bene non gerit armis:
Nec retinet gladium firmiter uncta manus.

Ostendit hominē duriter ab ineūte ætate educatū magis idoneū esse ad bella & ad oīa difficiliora gerēda: q̃ eū qui molliter curatus est: Atrides enim qa idē agamēnon ꝙ durus & fortis erat ad bellū cū fratre suo Menelao profecta helena ꝓfectus ē. Aegistus uero homo mollis & ociosus & deliciis suetus interea dū domi maneret thalamos agamēnonis inuasit & clytēnestrā corrupit. de hac re habem⁹ præter cæteros Seruiū ad illud. xi. Aenei. Virg. Atrides prothei menelaus aduscq; pachinni Exulat. ubi sic dicit. Atreus & Thiestes fratres fuerūt inse inicē sæui: adeo ut Thiestes cū europa fratris uxore cōcūberet: quo facto dolēs Atreus ꝓprios ei epulādos appositᵉ liberos. Sed cū Thiestes post cognitū facinus reqreret ultionem a diis ei apollo rñdit: posse alio scelere illius facinoris uindicē nasci. s. si cū pelopeia filia sua cōcūberet quo facto natus est ægistus fatalis in atrei geminā ꝓlē. sed iuppiter Menelai fatā miseratus est ꝓpter helenæ filiæ suæ iugale cōsortiū & eum p diuersa errare maluit q̃ ægisti manibus iterire. hæc ille. Idē alibi. attestatᵉ. qd breuibus cōsequar. Agamēnonē cū capta troia/ rediret ab ægisto adultero in primo limite interceptū cōsilio clitēnestræ. uel ut alii dicūt prima nocte/ quū subtunicam siu eut nūc dicūt camisiā sine apertura induere uellet quā illi clitēnestra coniunx suppositᵉ erat/ ab ægisto insidiis exceptus & interēptus est. de ægisti uero

mollitie & ocio est illud inde remedio amoris apud Ouidiũ Quærit ægistus quare sit factus adulter in prõptu causa est desidiosus erat. Pugnabãt alii tardis apud Ilion armis. Quo tulerat ures græcia tota suas. Siue operam bellis uellet dare nulla gerebat. Siue foro uacuũ litibus argos erat. Quod potuit fecit ne nil ageret amauit &c. Notum est ergo ægistum thalamos atridæ. id est agamennonis inuasisse. duo enim atridæ sunt Agamennon & menelaus. & uterq; tindari filiã duxit. Menelaus helenã quæ uerius Iouis fingebat & Agamennon clytẽnestram quam corrupit ægistus. sed Orestus adulterum una cum matre interemit. qnæ oĩa latius dico q; hunc locũ corruptũ nec intellectum ab illis qui cõmenti eũ sunt uidere. Si homerũ legerimus facile inuenie mus Agamẽnonẽ totius exercitus imperatorem haud segnẽ fuisse. itaq; quia etiam eius thalamos inuaserat rectius leges in primo carmine atrides q̃ achilles ab alano positũ est dices ægisto thalamos ingredienti dome. nõ de achillis: sed de agamẽnonis thalamo dictũ. Erat aũt achilles mire strẽnuus & acer ut est apud homerũ in iliade & Statiũ in achilleide. Mollibus armis. i. quibus ad delitias utũt. Manet uncta: uel simpliciter intellige oleo perfusa: uel quia tenelli & delitiosi amatores ex balneis ad amicas uncti & curata cute ꝓpabãt.

Non oĩs socius fidus: non omne fidele
Pectus non omni me sociare uolo
Qui socius uolet esse meus: nõ alter & idẽ
Fiet ego qui non est satis alter ego
Nõ teneo sociũ qui scit qđ nescio uel qui
Id qđ non habeo claudit & illud habet
Cum socio socius deliberat oĩa doctus
Cum sibi concordant consona corda duo

Docet erupidis illud antíquum quod Maro usurpare solebat τὰ τῶν φιλῶν κοῖνα. Cõmunia amicorum esse omnia quod etiam sic dicitur κοῖνα φιλῶν πάντα. Ideoq; monstrat eum non esse uerum amicum qui aut rem aut consilia celat.

Crastinus ingrato procrastinat omnia more
Et de cras uno cras mihi mille facit
Cur hodie non multiplicat qui multiplicat cras
Non nedies solem signat uterq; suum
Post hodie cras esse solet: cum sole reductum
Sed non cras illud quod mihi spondet habet
Cras illud nunquã nec sol orietur in illo
Cum cras uenturum sit sine fine suum.

Docet q̃ primum esse amicis succurrendum. & contra officium facere perendinantes. & protrahentes. dicẽtesq; illud. Cras dabo nõ hodie: sic nego quotidie. Crastinus est uel dies uel homo: crastinus qui differt in crastinum: non autem proprium est. Nota sunt cætera: sed statis incondita.

Caput quintum continens decasticha.

On sunt digna coli quæcunq; colunturin orbe
Iugera: neue fodi uinea quæq; manu
Quid prodest uel arare solum uel scindere uitem
Cum nihil hoc frũctus: nil ferat illa meri
Incultus requiescat ager steriliscq; quiescat
Vt uitis nunquã uindemianda mihi
A simili cessare probo debere datorem
Qui colit indignos uel sua tradit eis
Qui sua dat dignis serit & metit unit & amplat
Indignis uero res data tota perit

h Demonstrat indignis nil esse conferendum: quia sicut ager sterilis aut nihil aut minus reddit q̃ accepit: sic homo ingratus: quod dolendum est. Contra ut dicitur Beneficium dando accepit qui dignis dedit. Non quæcunq; .id est non omnia. hoc est quædam quæ coluntur non sunt digna coli. Iugura secundum Vallã tantũmodo secundæ in seculari est hoc iugurum. Inuenies tamen & iugere in tertiæ declinationis ablatiuo. Cum nihil hoc. id est solum illa. id est uitis. Vindemianda: licentiose corripuit secundam syllabam. Nam Maro in Georgico. ii. dicit. Floret ager spumat plenis uindemia labris. Horatius tamen in sermonibus eandẽ corripit. Vindemiator & inuictus cum sæpe uiator. Sunt tamen nõ ignobiles uirí qui ibi mallent dictionẽ q̃ syllabæ quantitatem corrupisse. legunt enim uindemator.

Nos asinus ridere facit dum more leonis
Pingitur: & uulpes subdola cogit idem
Exuat hic pellem qua se putat esse leonem
Vt patiens oneris iussa sequatur heri
Hortor & ut uulpes propria sub pelle quiescat
Ne moueat risum pelle leonis ouans
Inflando se Rana boui par esse uolebat
Vlciscipullos quos pede pressit aquis.
At tu: iurauit ranunculus ante crepares
Per medium q̃ par efficereris ei.

Monstrat ex apologis æsopi manẽdũ esse intra propriã pellẽ: hoc est in p/prio habitu fortunæq; strepitu: ne dũ altiora secuti irrisi detrudamur: aut nu/di efficiamur. unde Iuuenalis. buccæ Noscẽda est mẽsura suæ spectandaq; re bus In sũmis minimisq; ubi piscis emetur. Nec mullũ cupias cũ sit tibi gobio tantũ. In loculis &c. Ponit aũt tris apologos. Primus est de asino qui uidens leonẽ esse in sũma ueneratione & ab oibus timeri: se aũt cõtemni: cum tamẽ & uires & uocem itidem haberet. Quocirca pellem suã exuit leonis accepit: concilia ferarũ adiit. ille primũ mulcitare. regem uererí: silentiũ præbere au res arrigere. Donec dissonã uocem. depræhendẽtes asinũ nudum. cæsum/& irrisum exploserunt. Secũdus de uulpe. quæ astu & calliditate plus q̃ leo uiri bus posset se pollere arbitrareť: leonis pellem cũ sua cõmutauit. neq; minus infœliciter utramq; irrisa perdidit. Tertius est de boue quẽ Flaccus infermo. sic ponit. Absentis ranæ pullis uituli pede pressis. Vnus ubi effugit matri de narrat: ut ingens belua cognatos eliserit. illa rogare. Tanta ne? nũ tandẽ suf/flans si magna fuisset: Maior dimidio. num tanto? cum magis atq; Se magis inflaret: non si te ruperis in quit. Par eris &c. Rana inquit prorepens pullos nido dereliquerat quos uitulus seu bos ingens cõculcauit uno dempto/ qui redeũti matri dicebat cognatos. i. fraterculos secũ natos ab ingenti belua eẽ compressos. At cum mater interrogaret inflando se antãta esset belua quan ta ipsa sic inflata: respondet pullus dimidio maiorem esse. Illa indignata for/tius ac fortius se inflauit: sed pullus ait. Etiam si te ruperis non eris illi æqualis Non construes ergo at bos iurauit: quia apologus hoc nõ habet neq; latine diceret efficereť ei: q a oporteret dici sibi quod uersus nõ patiť/lege ergo sic Inflando &c. Rana inflando se uolebat esse par. id ẽ æqualis boui. & uolebat sic ulcisci pullos quos uidelicet bos pressit pede aquis. id est in aquis. uel le/ge Vlcisci pullos quos pede pressit auens. At ranunculus iurauit/ tu ante cre pares. id est rumpereris: & sic crepitum faceres q̃ efficereris. par ei. Si tamen apologũ inuertere uis. & ei pro sibi ponere. lege ut alii. At bos iurauit ranũcu lus ante creparet per mediũ q̃ p efficereť ei. Ranunculus noue in masculino dixit. Crepares autem uel creparet magis rude. Crepare enim nõ est rũpi aut findi: sed crepitum facere: qui rupturam etiam sequitur.

Surgentem drusus festinat radere barbam
Ne noceat lippæ uultibus umbra genæ
Apponit speculum: speculo monstrante relictos
Forficibus tollit forcipibusq; pilos.
Et ne prurigo caput occupet omnibus horis
Lotricem promptam quæ lauet illud habet
Præterea faciebus aquam manibusq; ministrat
Quottidie scopis a scobe tecta piat
Hoc facit exterius: sed sordes colligit intus
Nec sibi crescentes radere curat eas.

Reprehendit eos qui morose ac nimiũ diligenter corpus curant & animam negligunt: cũ tñ de ea dicat. At preciũ pars. hæc corpore maius habet. Vnde Matthei. xxiii. Ve uobis scribæ & pharisei hypocritæ qui mundatis quod de foris est calicis & parabsidis: intus autem pleni estis rapina & imunditia. Ponit autem fictitiũ nomen ne quem aperte ledat. sicut prius dixit alcon. Nam licet drusi multi fuerunt atq; adeo noti: quis tamẽ hic fuerit nisi diuinans mihi dicet nemo. Videtur autẽ hunc locum habere ex Seneca qui in libro quẽ de breuitate uitæ cõposuit: sic ait. Quid illos ociosos uocas quibus apud tonsorem multæ horæ transmittũt: dum decerpitur siquid proxima nocte succreuerit: dum de singulis capillis in cõsilium itur: dum aut disiecta coma restituit aut deficiens hinc atq; illinc in frontem compellit. Quomodo irascũtur si tonsor paulo negligẽtior fuit tanq; uirum tonderet. Quomodo excandescunt siquid ex iuba sua decisum est: quid extra ordinem iacuit. nisi omnia in annulos suos reciderunt. Quis est istorum qui nõ malit rempublicã suã turbari quã comã? qui non sollicitior sit de capitis sui decore q̃ salute? qui nõ cõptior esse malit q̃ honestior? Hos tu ociosos uocas inter pectinẽ speculumq; occupatos? Ordo est. Drusus festinat radere barbam surgentem. id est crescẽtem. Ne umbra lippæ genæ. id est illi? partis in facie quæ sub maxillis est ubi barba nascitur Ne ergo illa pars esset lippa: id est inepta & impolita & umbra barbæ quæ in gena est noceat uultibus .i. deformet uultus apponit speculũ. &c. Forfices Cut dicit Seruius ad illud octaui Aenei. Versantq; tenaci forcipe massam (sunt quibus incidimus. Forcipes sunt quibus aliquid foruum tenemus quasi foruicapes. Nam foruum est calidum. Vnde & formosos dicimus quibus sanguinis rubor pulchritudinẽ creat. Prurigo dicitur illa tentigo pustularũ. Scopæ sunt fasces uirgarum quibus scobem. id ẽpuluerem atriorum uerrunt. Non intelliges ut cõmentarii drusum esse tonsorem: sed quemuis diuitem qui tondetur.

Forfex
Forceps
Foruum
Formosus

Cõstat ut illa manus primo perpulchra lauetur
Quæ sibi præsumit uasa lauare dei
Mũda manus mũdũ uas quod lauat efficit illud
Sordida sordidius q̃ fuit ante facit
Tacta luto subducta sibi trahit insita sordẽ
Et nigra fit subito quæ prius alba fuit
Non me uerrucas iuste reprehendit habentem
Qui sibi portanti tubera parcit homo
Vlceribus primum plenum se liberet ipsum
Postea uerrucas rideat ille meas

Quemadmodũ inquit manus imbuta sordibus atq; immũda non potest uas quod lauat mundum efficere: sic homo imundus non potest alium reprehẽdo purgare. Quia qui alteri? leuiuscula uitia reprehẽdere uult necesse est

ut ſua quæ grauiora habet primũ purget. Vnde Matthei. vii. Quid aũt uides feſtucam in oculis fratris tui & trabẽ in oculo tuo nõ uides? &c. Et horati. primo ſermonũ. Egomet mihi ignoſco Mæuius inquit Stultus & improbus hic amor eſt dignuſq; notari. Cũ tua peruideas oculis mala lippus inunctis. Cur in amicorũ uitiis tam cernis acutũ. Quã aut aquila aut ſerpens epidaurius? at tibi contra. Euenit inquirãt uitia ut tua rurſus & illi. Itẽ Qui ne tuberibus propriis offendat amicũ Poſtulat. ignoſcet uerrucis illius: æquũ eſt Peccatis uenia poſcentẽ reddere rurſus &c. Ex quibus ſũptus eſt hic locus. Conſtat ut illa manus. Cõſtat inqt Nonius ſignificat conuenit manifeſtũ eſt. M. Tullius ad Cæſarẽ libro. ii. Cũ conſtet Cæſarẽ lupercis id uectigal dediſſe: qui ante poterat id cõſtare. Et Tuſcu. li. ii. Siue q̃ a grauioribus leuiora natura pellant quæ cũ cõſtent &c. Hoc itaq; loco cõſtat. i. cõuenit rationis eſt. Sæpe aũt dicit. Ratio conſtat ut id fiat. i. manifeſta eſt. Verrucæ ſũt paruæ puſtulæ ſeu uorticuli extantes. Tuberaſunt maiores tumores. Metaphoricos per nerrucas intelligę paruauitia. per tubera: magna.

Nemo põt pugilẽ nixu proſternere fortẽ
Ni luctæ patiens aggrediatur eum
Nũq̃ formoſæ cecidiſſent mœnia troiæ
Ni ceptus fuerit quo cecidere labor
Incipiat quicũq; cupit bonus & pius eſſe
Dimidium facti qui bene cepit habet
Quõ fiat opus niſi primitus incipiatur
Oĩa principium conſtat habere ſuũ
Audaces fortũa iuuat: nil grãde cor audax
Terret: nil animi quicquid adhorret habent

Dãnat inertiã multorũ qui põdere rerũ honeſtarũ: & quas factas decet territi ignaui iacent: nihilq; boni operant. Cõtra quos dicit. Incipiẽdũ eſſe: quia audacem fortuna iuuat. Et ut dicit idẽ Virgilius. Labor oĩa uincit Improbus & duris urgens in rebus egeſtas. Nemo põt pugilẽ nixu. i. cõnixu cõnitendo. ni luctæ patiens & Horatius in de arte poetica. Qui ſtudet optatã curſu contingere metam. Multa tulit fecitq; puer ſudauit & alſit. Abſtinuit uenere & baccho &c. Patiens luctæ. id eſt colluctationis & eſt hic patiẽs nomen. Nunq̃ formoſæ troiæ &c. Erat enĩ ſuperbiſſime extructa. unde in. ii. Aenei. o patria o diuũ domus iliũ & inclyta bello. Mœnia dardanidũ. Et in principio tertii. Cecidit q; ſuperbũ Ilium. Troia enim regio eſt cuius ciuitas Ilium proqua Troia ponitur. Dimidium facti. Horatius in epiſtolis: Dimidium facti qui cepit habet: ſapere aude. Incipe: Omnia principium. philoſophicũ hoc eſt. Intellige tamen præter deum. hoc eſt omnia producta. Neq; intellige principiũ quomodo dicunt materiam & formam cum priuatione aut elementa eſſe principia rerum. uerum initium exiſtendi: multa enim ex nihilo creantur quæ non

habent principium ex quo fiant/sed bene principium quo esse ceperunt. Audaces fortuna iuuat. Hemistichium Virgilianum in decimo Aeneid. ubi etiã ostendit pallantem puerum ut fortuna sibi annueret priorem duellum cum turno ingressum uerba eius sunt. Ire prior pallas si qua fors adiuuet ausum. Pallas inquit ire. id est ibat prior in turnum si fors. id est fortuna adiuuet. id est possit adiuuare: qua. id est aliqua uia uel ratione se ausum hoc scilicet inceptare. Nil grande cor audax terret. Vnde Horatius. Si fractus illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ. Nil animi. id est animositates. ut ibi. Pone animos & pulsus abi. habent quicquid abhorret. id est horrorem affert. satis impropríe. Quia abhorrere est alienum esse.

Non potis est magnus gibbo prohibente camelus
Per transire breuis leue foramen acus
Nec transire sinit locupletem ianua cæli
Dum cogit miserum sistere pondus opum
Cur animæ mortem tam prauo corde requirit
Cur sibi quod tollit uiuere: captat homo:
Fœlix est pauper quem pauperat ipsa uoluntas
Non est quod tergum cum petat alta grauet
Nec latro nec predo nec fur uafer insidiatur
Dum capit assumptas absq; timore uias.

Sancte & christiano ritu docet non amandas diuitias siquidem impediunt hominem ne cælestia petat. Vnde Matthei. xix. Amen dico uobis: quia diues difficile intrabit in regnum cælorum: Et iterum dico uobis Facilius est camelum per foramen acus transire q̃ diuitem intrare in regnum cælorum. Hoc est illud non potis &c. Cur animæ &c. Matthei quinto. Quod si oculus tuus dexter scandalizet te erue eum &c. Fœlix ẽ pauper &c. Matthei quinto. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum. Nec latro. Vnde illud Cantabit uacuus coram latrone uiator.

Mille uiæ ducunt homines per secula romam
Quæ dominum toto quærere corde uolũt
Est uia quæ ducit montes directa per altos
Vepribus & spinis arduitate grauis
Est quoq; nonnullus callis quem calculus asper
Asperat & plantas quottidianus arat
Est uia per ponthũ uia per deserta-per imas
Valles: per scopulos per loca dura pedi

Per nemus & latebras per luſtra timenda ferarũ
Per ſpinas: tribulos: per lutulenta uaga.

Docet allegoricos quẽadmodũ multæ uiæ romam ducunt ſecundũ q̃ in diuerſis locis fueris/ita multæ te cælum ducant ſecundũ uarias uitæ conditiões quos autem ſtatus per has uias intelligat quilibet cõminiſci poteſt. Non abſurdum eſſet ſi ita dixeris. ut uia per mõtes ſit per regna & poteſtates quæ uepribus & ſpinis horret. id eſt mundanis laqueis. Via per calculos. id eſt puſillos lapides eſt monachorũ & ueſtalium qui ſcrupulis multis anguntur: tutius tamen incedunt. uia per ponthum eſt negociatorũ ſeculariũ. Per deſerta ſolitariorum. Per imas ualles. pauperum. per ſcopulos laborantiũ. per loca dura: militantium. per nemus diuitũ. & latebras occluſorũ. per luſtra timẽda ferarũ .i. per dignitates & magiſtratus ſeruiẽdo reipub. quæ belua multarũ capitum eſt. per ſpinas. i. tribulationes. per tribulos. id eſt uulnera & plagas. per lutulẽta. i. turbida hoc ẽ per priuatã uitã. per uaga. id eſt negocia uaria.

Semper hiat coruus: ſemperq; cadauera captat
Semper amat mortem mors quoq; paſcit eum
Quem ſua debilitas & quem premit ipſa ſenectus
Letificant illum cum puta tipſe mori
Non ſolum coruis moriturus inſidiatur
Maxima pars hominum iam facit illud idem
Filius ante diem mortem patris optat ut hæres
Fiat: & ut miſera lege capeſſat opes
Prohdolor in clerum tranſit dolus & ſcelus illud
Hic emit eccleſiam dum tenet alter eam.

Quemadmodũ inquit coruus qui cadaueribus ueſcit' morte gaudet: mortẽ q; uiuentium deſiderat: ita & hæredes inſcripti amicorũ & maiorũ ſuorum: & eccleſiaſtici illorum quorũ beneficia facta collatione expectant De coruo uidetur ſumptũ ex illo Horatii in ſermonibus. ubi hæredipetas carpit. plærũq; recoctus. Scriba ex quinqueuiro coruum deludet hi autem. Captatorq; dabit riſus naſica corano. Filius ante diem. Iuuenalis ad patrẽ diuitem filio obſtantem: Iam nũc obſtas & uota moraris. Iam torquet iuuenem longa/& ceruina ſenectus. Hic emit eccleſiam. eccleſia eſt congretatio fideliũ. poſuit hic eccleſiam pro dignitate & prelatura eccleſiaſtica: ſed nimis eccleſiaſticum ſe oſtenditabutendo uocabulo.

Bis bos percutitur dũ ferrũ ſentit acutum
Si contra ſtimulũ calcitret ipſe ſuum

Efficit ex uno duo uulnera uulnere ferrũ
Vlterior primo sæuior ictus erit
Cur igitur domino serui parere creati
In dominum rabie pectoris arma leuant
Hic furor hæc rabies hæc indignatio risum
Præbet & inuisum quærit habere malum
Dum caput oppositum domino stomachante tenebat
Euasit grauiter uincula dauus heri.

Docet illud quod in phormíõe sic Terẽtius. Cepi aduersari primo: quid uerbis opus est? Seni fidelis dũ sum scapulas perdidi. Da. Venere in mẽtem mihi istec Nanq; inficitia est aduersum stimulum calces Dauus aũt est seruus comicus a patria sic dictus non quod uanissimi dicunt: quia dat uana. Horatius aũt dauũ sibi opponentẽ facit in sermo. Cui iratus exclamat. Vñ mihi lapidẽ &c. Melius est igit̃ parere: quia dum bos cõtra stimulũ insurgit duplicatum uulnus suscipit: alterũ ab inferente alterũ a se: se obiiciẽte. Quia uero oẽs seruidei sumus: pareamus præceptis eius. Stimulus est omne quo punginus: & est a græco illi enĩ στιγῶ pungo & uerbero dicũt hinc στιγμα. Stimulus

In nomentano non est modus immoderato
Dum baratro donat quicquid habere potest
Non minus excedit normam rationis auarus
Dum nihil expendens semper aceruat opes
Nemo sequatur eos quoniam uitiosus uterq;
Est uia quam uirtus inter utrumq; docet
Hic canis ille lupus cum carnem deuorat alter
Occulit ut uulpes seu canis alter opes
Frontibus aduersis pugnantia crimina secum
Vitet qui uitæ carpere curat iter.

Docet modũ esse seruãdũ intraq; liberalitatis metas manẽdũ ne aut Nomẽtano similes ꝓdigi simus: aut sordide auari. locus aũt hic totus ex Hora. ẽ quẽ q nõ uiderũt: Neq; carminis legẽ habẽt: legerũt hic In momẽtaneo &c. Dicit ergo q; modus nõ est in Nomentano Quia ut dicit Acron ĩ primo sermone Hora. Cassus Nomẽtanus tã ꝓdigus fuit ut sestertiũ septuagies libidini & gulæ impẽderet: de quo Hora. secũdo sermonũ. Nũc age luxuriã & nomẽtanũ arripe mecũ. Hic simul ac cepit patrimoni mille talẽta Edicit piscator uti: pomarius auceps Vnguentarius ac tusci turba impia uici Cũ scurris fartor cũ uelabro omne macellũ Mane domũ ueniat &c. Et primo sermone unde hic locus sumptus est. Postq; Horatiꝰ auaritiã dãnauerat facit talẽ obiectionẽ. Quid

tu igitur ſuades ut uiuã mæuius: aut ſic Vt nomentanus? Pergis pugnantia ſe cum frontibus aduerſis cõponere: nõ ego auarũ cũ ueto te fieri: uappã iubeo ac nebulonẽ. Hinc ergo dicit In nomẽtano &c. dũ balatro &c. Seruilius balatro umbraticus. i. ſcænicus & paraſicus erat, pfundæ gulæ ſcurra. de quo Horatius in cæna Naſidieni in fine ſermonũ. Infra Si memíni uarus. Cum ſeruilio balatrone Vibidius quos mecænas adduxerat umbras Nomẽtanus erat ſup ipſum &c. Balatro ergo unus cum ex gulæ pceribus erat. Sunt tñ qui legant hic baratro: ut ſit uentri quiut baratrum omnia uorat. Frontibus aduerſis &c hoc eſt ambo extrema quæ utraq; uitioſa ſunt: quia uirtus eſt mediumu itiorum utrimq; reductum.

Caput ſextum continens duodecaſtica.

I quis arare ſibi lucroſum curat agellum
Et mandare ſuum poſtea ſemen ei
Primitus extirpet ſpinas quæ frugibus obſunt
Et uepres ſi qui ſint ibi falce metet
Obſunt & filices: filices delere nociuas
Pergat: qui ſegetes purificare uolet
Non ſegetes quodcũq; ſolum cum ſemine profert
Emergunt ſordes luxuriante fimo
Cura uigil bene curat agros: incuria quippe
Reddit eos ſteriles unde poeta refert
Neglectis urenda filix innaſcitur agris
Per filicem uitium denotat ip ſa uiri.

Quãdoquidẽ ut dicit Flaccus Virtus eſt uitiũ fugere. & ſapiẽtia prima. Stultitia caruiſſe. Oſtendit auror hic per metaphorã ab agricultura uitia eſſe prius amouẽda deinde ſuperinſerendas uirtutes omnia clara ſunt.

Neſcit homo quid dulcis habet dulcedinis eſca
Qui nunq̃ didicit quid foret ipſa fames
Poſt ſitis ardorem poſt eſuriem duo nobis
Dulcia ſunt ualde potus & ipſe cibus
Dulcius hæreſcunt humano mella palato
Si malus hoc ipſum mordeat ante ſapor
Qui patitur frigus calidos ueneratur amictus
Qui morbum magnum: ſorte ſalutis ouat
Qui bona falſa ſoli conſiderat & bona cæli
Falſa ſinat penitus & bona uera petat.

Pectus ab illicitis & casibus exuat orbis
Qui uolet in cælis anticipare locum.

Quãdoquidẽ (ut etiã de iudicio palati loquẽs Flaccus ait) male uerũ examĩ nat oĩs corruptus iudex. Ostẽdit poeta nobis ideo cælestia nõ sapere/ q̃ terre nis imbuti sumus. Quẽadmodũ nullus cibus dulcis est dũ stomachus pridia/ no oneratus languet: Cõtraq̃ oĩs cibus famelico sapit: Dicit enĩ Prouerbiorũ xxvii. Anima saturata calcabit fauũ: & aĩa esuriẽs etiã amarũ pro suaui sumet. Ita si non terrenis oblectamentis animi sapor corruptus esset: cælestia utiq̃ amplecteremur. Faciundum ergo monet auctor: ut ab illicitis pectus uacuũ sit: ut cælestibus pateat locus.

Non bene uiuit homo quem rerum sollicitudo
Torquet: & exanimat nocte dieq̃ metu
Non bene securus dormit qui perdere uitam:
Vna cum rebus quas habet ipse timet
Vnde per exemplum legimus monstrasse tyrannum
Qui non ut dixit uerna beatus erat
Ad foueam ductus supra caput ipsius ensis
Pendebat: filo uix retinente leui
Hic dape coniunctam restem percepit: & ausus
Non erat his quoniam uidit utrimq̃ necem
Sic ait est de me lapsum casumq̃ timente
Est certum propria morte: uel hoste mori

Oñdit nullũ eẽ beatũ quãtũcũq̃ possideat qui nocte dieq̃ exanimatur & cru ciatur metu & sollicitudine miseraq̃ formidine mortis. Quã rem Dionysius siculus ille tyrannus familiari cuidam suo monstrauit. Vnde Macrobius in de somnio Scipionis. Dionysius ille aulæ siculæ inclementissimus incubator familiari quondam suo solam beatam existimanti uitã tyranni: uolens q̃ per petuo metu misera q̃ impendentium: semp periculorum plena esset ostende re gladium uagina raptum & a capilo de filo tenui pendentem mucrone de/ misso iussit familiaris illius capiti inter epulas imminere. Cũq̃ ille & siculas & tyrannicas copias præsentis mortis periculo aspernaretur. Talis inquit Di onysius: est uita quã beatã putabas: sic nobis semp mortẽ imminentem uide/ mus. Existima ergo quando fœlix esse poterit qui timere non desinit. Hæc Macrobius. Perperam ergo grammatorculi hunc locum de tantalo intelli/ gunt: quem huius loci interpres ne nominare quidem potuit: sed dixit tyrã/ num esse eius nomen: quasi uero non esset manifestum sæuos reges tyran/ nos uocari: qualis uterq̃ Dionysius. Dic ergo tyrannum: id est Dionysium si culum: qui non erat beatus ut Verna: id est familiaris eius dixerat. Ad foueã dicunt quidam plenam ignis æstuantis supra quam sedebat in sede ruinosa.

Addunt etiã ut primũ captus esset tubas inflatas quod mortis indicium apud aulã illã capto fuit. Hic ergo uerna pcepit restẽ. i. funẽ coniũctã dape. i. cum regiis ferculis & usus non erat his qm̃ uidit utrimq; necẽ. hinc mucronis de capite pendentis hinc fossæ sub pede hiantis. Sic ait tyrannus &c.

Ad mala facta malus socius sociũ trahit: & sic
Fit malus & neq̃ qui fuit ante bonus
Nec mirum qm̃ uelocior ad mala pes est
Quã sit ad illud opus quod deus optat agi
Ima petit leuius q̃ surgat in ardua pondus
Quod uix de terra colla bouina trahunt
Nõne boues q plaustra trahũt qñq; trahunt
Dum rota decliuo tramite mota ruit
Cũ trahit hæc sursum quãtũ ualet illa deorsũ
Impedit hæc illũ retroq; sæpe cadit
Nã magis ẽ ꝓnũ celso de uertice sumptum
Quã quod ab occidua ualle resurgit iter.

Sicut põdera grauia facillime atq; nullo agitante deorsũ mouent: at cũ sũma difficultate multarũq; uix uiriũ molimine sursũ ꝑpelli pñt. Ita miseri mortales corpis sarcina oppressi facilius ad mala quæ nos ad inferna trahũt q̃ ad bona quæ ad cælos euehũt tẽdimus. Quia igit in se humana fragilitas ad peccãdũ prona est: cauẽdũ ẽ ne magistrũ improbũ. id est collegã prauũ addamus. Quia ad male facta malus sociũ socius trahit &c. Bouina colla. adiectiuũ a bos ue. Occidua. i. occidẽte ualle. ab occido enĩ media breui fit occiduus a um.

Aduena siluarum si bestia forte caninam
Incidit in turbam nonne peribit ibi
Nonne cilindrorum moriuntur morsibus illi
Quos uia uel casus protrahit inter eos
Quis nisi sit serpens serpentibus associatur
Cum grauiter pungant id quod inhæret eis
Marcescunt flores & gramina mortificantur
Quos solo tactu fusa uenena cremant
Hos inter pueros dubios gens marsia ponit
Vtrum se geniti sint ita scire uolens
Illis nam solis parcet (qđ dicit) anguis
Dum sibi blanditiis oris amicat eos

Monet per parabolã nos hominibus ab ingenio & ſtudio abhorrẽtibus non debere cõiungi: quia ſicut feræ nunq̃ canibus tute ſociantur: nec homo ſerpẽtibus: niſi naturale remediũ contra illorũ uenenũ habeat: ita nemo cum malis cõuerſabitur: niſi ſe ſatis munitũ ab illorũ inſidiis nouerit. Quomodo chriſtus nõ uitauit peccatores ut illos reduceret & ſaluos faceret: ſciebat enĩ q̃ ab illis ſeduci non poſſet. Sic etiam quædam gens olim erat contra ſerpentum morſus munita de qua Plynius in naturali hiſtoria libro ſeptimo capite ſecũdo. In Aphrica gens pſillorum fuit ut Agatharchides ſcribit a Pſillo rege dicta: cuius ſepulchrũ in parte ſirtiũ maiorũ eſt: hoy corpori ingenitũ fuit uirus exitiale ſerpentibus ex cuius odore ſopirent eas. Mos uero liberos genitos ꝑtinus obiiciẽdi ſæuiſſimis earũ: eoq̃ genere pudicitiã cõiugũ expiẽdi: nõ ꝑfugiẽtibꝫ adulterino ſanguine natos ſerpẽtibꝫ. Hæc gẽs ipſa qdẽ ꝑpe iterem ptiõe ſublata eſt a naſamonibꝫ q̃ nũc tenẽt has ſedes. Gens tñ hominũ ex his q̃ ꝑfugerãt: aut quũ pugnatũ eſt abfuerãt hodie remanet in paucis. Simile & in italia marſoy gẽte durat quos a Cyrces filio ortos ferũt: & iõ ineẽ iis uim naturalẽ eã. Et tãdẽ oĩbꝫ hõibꝫ cõtra ſerpẽtes ineſt uenenũ: ferũtq̃ ictas ſaliua ut feruẽtis aq̃ cõtactu fugere. Quod ſi i fauces penetrauerit etiã mori: idq̃ maxie hũani ieiuni oris. Hæc ille. Hodie quoq̃ i italia paſſim offẽdas q̃ (ut oẽs ſub religiõis ꝓtextu nũc aucupantur) ſede domo diui Pauli mẽtiunt: dicẽtes ſe cõtra uenena oĩa natura ipſa munitos. Ipſe quoq̃ uidi ab aſpidũ morſu innocuos manere: & uinum a ſe prælibatum uendere contra ſerpentium morſus: neſcio quibus munitum uerbis. Neq̃ uero a quouis redarguuntur. Sed ad autorem. Marceſcũt flores. hoc addit ut miraculum augeat. tanta inquit uis ſerpentibus ineſt ueneni: ut earum contactu omnia uirentia marceſcant & tamen marſi impune ſociantur. Illis nam &c. Ordo eſt. Nam nguis parcit illis ſolis: quod. i. quæ res dicitur dum anguis amicat: id eſt amicos facit eos ſi bi blãditiis oris. i. blãdiẽdo: quod falſum eh. Nõ enim blanditur ſed fugit ab eis.

Dum curuare potes ũel curuam tendere uirgam
Fac ſic ad libitum ſtet tua planta tuum
Cum uetus in magnum fuerit ſolidata uigorem
Non leuiter flectes imperiale caput
Rurſus ſi tortam patieris ſurgere primum
Semper ut eſt primo torta manebit ea
Sic homo dum puer eſt doceatur iuſſa tenere
Ne cor in aſſuetis imbuat ille malis
Argillam figulus quamuis mutauerit udam
Non ſiccæ formam ſic adhibere poteſt

Ceruinam pellem latrat per tecta catellus
Primitus: ad ſiluas doctus ut ire qũeat.

Quandoqdẽ quæ iuuenes diſcimus dum recens & uegetius eſt ingenium/ te/nacius hærent: docet auctor alios imitatus: optima quæq; primũ diſcẽda. Vti tur tribus exemplis. Primum de uirgula quæ dum mollis & tenera eſt ad libi/tum noſtrum flectitur: flexaq; ſitum quẽ damus retinet: quæ ubi excreuit ro/burq; ſumpſit in priſtinã faciem redit. Sic enim homo quibuſ primũ imbutus fuerit ſemp imbuitur. Vnde in epiſtolis. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Imbuere eſt primam tincturam dare. Et quia ut philoſophi dicunt Anímꝰ hominis recẽs natí eſt tanq̃ tabula raſa in qua nihil depictum eſt. prudenter tranſferunt poetæ ad eam imbuendi uocabulũ. Secunda metaphora eſt ab opere fictili. Argilla enim. i. terra illa tenax dum uda. i. humida & liquida eſt facile pollicẽ artificis quo uis ſequitur ubi uero cocta fuerit citiꝰ rũpatur q̃ flexeris. Quocirca qñquidẽ fictile opus ſumus & ex terra p creati. flexile ingeniũ in pueritia habemus. Curãdũ eſt ut uitã nr̃am tũc bñ inſtituamꝰ. Vñ Perſi. Rñdet uiridi nõ cocta fidelia limo. Vdũ & molle lutũ es nũc nũc ꝓperãdus: & acri Fingẽdus ſine fine rota &c. Lege ergo argillã udã. i. madidã. nõ ut ignari argillã ollã. diceres potiꝰ argillaceã ollã. Ordo autẽ eſt. Quãuis figulꝰ q fingit uaſa ex terra mutauerit argillã terrã illã pinguẽ. udã dũ adhuc uda ẽ. nõ põt tñ ſubaudi ſic adhibere formã ſiccæ. i. coctiliq̃ citiꝰ rũpet. Tertiũ exẽplũ a beluis ſumit q̃ ut iſtituunt ab ineũte ætate ꝓmanẽt: canis enĩ quẽ uenaticũ facere uolũt ſtatim natus iraſci in ceruinã pellẽ inſtituit. Et ut dicit Flaccꝰ equus ad curſũ. uerba eius unde hæc ſumpta/ſunt hmõi in epiſtolis Fingit equũ docilẽ tenera ceruice magiſter Ire uiã quã mõſtrat eques. uenaticus ex quo Tẽpore ceruinã pellẽ latrauit in aula. Militat in ſiluis catulus nũc accipe puro Pectore uerba puer: nũc te meliorib⁹ offer Quo ſemel ẽ imbuta. Imperiale caput: melius dixiſſet imperioſum. Imperialis enim res eſt quæ ad imperium pertinet. Imperioſa quæ imperat & cedere non uult.

Tres ſeruos tribus uſq; modis ſeruire debemus
Non uni domino tres ſimul immo tribus
Nam qui uult uitæ fidens mercede futuræ
Subiacet imperiis obſequiiſq; dei
Hic ſeruus non eſt: quoniam qui frena ſalubris
Iuſtitiæ patitur liber & altus erit
Eſt quoq; qui miſero ſubiectus paret homello
Vt quondam primi conſtituere patres
Non tamen hunc totum ſibi ſubiugat imperioſus
Interior uinclis non retinetur homo

Tertius est seruus uitio qui semper obedit
Hic penitus seruus uiuit utroq; modo.

Monet p̃ceptor ne uitiis inseruiam?. turpissima enī est seruit?. Vñ tria fūt ser/uoꝝ genera. Quidā deo seruiūt: sed ei? agi frenis atq; optēpare p̃ceptis fūma libertas est. Et ut dicitur seruire deo est regnare. Quidam hominibus seruiūt quos uulgo seruos uocamus & hi quidem secundum corporis officia serui sunt: sed animo si sine peccatis sunt liberi: quæ libertas eo maior est: quo animus corpore præcíosior Quidā uero/ qui plurimi fūt peccatis seruiunt: & hi neq; corpore neq; animo liberi sunt: Secūdum autem seruitutis genus. quia in nostris regionibus non est/ dixit ut quondam &c.

Vt perpendiculo paries æquetur oportet
Ne domus hoc ipso deficiente ruat
Quomodo stare potest turbantis machina muri
Si fundamentum debile fallat opus
A simili si quis sublimes tendit ad artes
Principio partes corde necesse sciat
Artes post partes ueteres didicere poetæ
Idcirco magnum promoruere decus
Primo dictantes & postea uersificantes
Tendentes ferulæ supposuere manus
Partibus imbutos sapientia duxit athenas
Quadriuium triuio continuando sibi.

Hoc grāmaticelli sic. Artes per partes non partes disco per artes. Qui ne/scit partes inuanum tendit ad artes. Quod genus dicendi ineptissimum esse alio loco diximus. Verum siquis nunc argutulus dicat iuxta scenecæ auctoritatem in philosophicis præceptionibus non necessarium esse elegantiam. dicerem eos insanire qui ut elegantes sint tot ineptias conficiunt. Sæpe enim minori cura ueras litteras didicerint q̃ ad eas sonoritates stridulasq; uoces peruenerunt. Insani ergo capitis est illiusmodi concentui studere. uerum ut ad rem redeam. Bona præceptio qua monet ut partes grammaticales discamus. & deinde ad maiora properemus. Verum multi dum partes doceant totam pueritiam occupant atque indoctiores q̃ accepere demittunt. Nam quod perniciosissimum est omnia dedocenda præcipiunt. Et tamen sese hoc argumento fundant/ q; necessum est partes discere. Perpendiculum est quo perpenditur lenitas murorum. est plumbum ab amussi dependens. Artes liberales. post partes orationis. Quadriuium. id est artes quadriuiales quæ ut

quattuor uiæ in unum conueniunt. i. in noticiam quantitatis: ut Geometria quæ ad quantitatē cōtinuam hoc est ad mensurā terræ spectat. Arithmetica quæ numeros secūdum se. Musica quæ numeros in ordine ad sonum Astronomia quæ numerū distantiarū in altris considerat cui astrologia quæ iudicia inde reddit additur. Triuio. i. grāmaticæ logicæ & rhetoricæ quæ in unū. i. sermonis noticiā tendunt.

Illicitos miserande puer compesce furores
Scito q̄ ad mortem commouet hostis eos
Auferto his mentem: miseros q̄ uideto dolores
Altera plus istis sunt meditanda tibi
Esto memor q̄ puluis eris uel uermibus esca
In gelida putris quando iacebis humo
Non erit in mundo qui te uelit inde uidere
Cum tua rancidior sit cane rupta caro
Cur proprio caput ense secas: cur sponte cathenas
Demonis incurris: iussaq̄ dira facis
Motibus assidue surgentibus obuius obsta
Nec superet qui te sic superare queat
Heu quid homo tantum quærit qui transit ut umbra
Qui nunc stare putat nunc cadit ima petens
Quid certum manet huic nisi mors & mortis imago
Hunc semper sequitur hunc tenet hunc q̄ trahit
Heu cur gaudet homo: cur ille superbit & ad quid
Curq̄ statūm ducit qui cinis est & erit
Cur cupit & metuit & cur sibi subdere tentat
Omnia: cur semper uiuere posse putat
Non sic non: quoniam perit illa putatio uana
Res cadit: & uitæ cursus ad ima ruit
Sic stat homo uel dic quo pacto cætera constant
Quid plus sunt uana singula quæq̄: nihil
Apex additus.
Sic stat homo ueluti cerua inter mille molossos
Sub uenatoris confugere ausa sinus.

Llicitos miserãde puer. Tametsi autor noster eloquẽtia latina nõ fa/
i ne p̃ditus fuerit: bonũ tñ uirũ & bonarũ litterarũ studiosũ fuisse per
spicuum est. uel ex eo q̃ iucũdas uitæ institutiones tam arguto artifi/
cio cõposuerit: ut rhetoricæ præceptiõis ĩmemorẽ arguerit nemo. Nã cum
oratores maximi quæq; moneti: & in principio ut diligẽter P. C. audiãt: & in
fine: ut firma memoria cõplectant. dicere soleãt. Hoc tãto hic artificio obser
uauit: ut etiã uitæ ætatisq; rõnẽ habeat. Nã si/ut paulo ante diximus aĩa nr̃a ẽ
tanq̃ tabula rasa: prudẽter statim in principio admonuit ut eã bonis doctrinis
imbueremus bonũq; tinctorẽ. i. uirũ sapiẽtẽ ad hoc deligerem?. deinde ipse
illius ptes clemẽter subiẽs: multas sane egregias bñ uiuẽdi præceptiones de/
dit. Nũc uero opus suũ cõcludẽs demõstrat quid faciẽdũ est ubi multa perce
perim?. Et cõpescẽdi inquit sũt aĩ furores. Extinguẽdus præcipue est ille igni
culus superbiæ quo altissima quæq; ueluti sæuiẽti fulmine cõflagrant. Null?
etenĩ magnis & præter cæteros doctis uiris fomes nocẽtior q̃ supbia. per quã
lucifer ille splẽdoris ĩmẽsi iubar in tartareas tenebras decidit. Cõtra quã pe/
stẽ autor nr̃ ut pitissimus medicus mẽoriã mortis fragilitatisq; obiicit. Neq;
inscite quidẽ scriptũ enĩ ẽ mẽorare nouissima tua & in æternũ non peccabis.
Discutiamus ergo autorẽ sic. O puer nõdũ p̃fecte sed adhuc militãs: miseran/
de. i. digne p̃pter fragilitatẽ/ quẽ deus miseret. Vñ prudenter Iob. ille. Me/
mẽto quæso: q̃ sic lutũ feceris me & ĩ puluerẽ reduces me. Itẽ hõ nat? de mu
liere breui uiuẽs tpe repleť multis miseriis. Qui quasi flos egredit & cõterit
& fugit uelut umbra Et nũq; in eodẽ statu pmanet. Et dignũ ducis sup huiusce
modi apire oculos tuos & adducere eũ tecũ in iudiciũ? Quis põt facere mun
dũ de ĩmũdo cõceptũ semĩe. nõne tu q̃ solus es? Puer inq̃ miserãde. Cõpesce
illicitos furores. i. supbiã ambitionẽ ĩuidiã irã libidinẽ auariciã. formidinem
rerũ nõ nocẽtiũ & ineuitabiliũ. spẽ rerũ ĩutiliũ & quas nõ meruerisq gaudiũ rei
inhonestæ atq; indecẽtis cæteroſq; quotquot sũt aĩ carnifices Scito q̃ hostis
i. aduersarius nr̃ & hũano noĩ spĩ infestus malignus spũs: cõmouet cõcitat eos
scilicet furores ad mortẽ aĩæ. Auferto igit mẽtẽ. i. affectũ & amorẽ his. s. furo
ribus qb?. s. moriũť hoies & uideto miseros dolores. q̃nos illi parĩũt. Altera
enĩ. i. cælestia & dĩna sũt meditãda. i. exercẽda & reuoluẽda tibi. i. a te pl? ĩstis
i. q̃ista uilia q̃ coliś. Iste. n. ad cõtẽptũ ut dic̃ Doñ. ptinet Esto mẽor q̃ puluis
eris uel uermĩbus esca. Horati?. Puluis & umbra sum?. Et illud qd̃ recitat. ec/
clesia. Memento hõ q̃ cinis es & in cinerẽ reuerteris. Et illud Persianũ: cinis
& manes & fabula fies. Viue mẽor leti fugit hora &c. & sexcẽta alia. In gelida
Quãdo iacebis putris ĩ gelida. i. algida & frigida humo. Nõ erit in mũdo qui
uelit te uidere inde. i. deinde postq̃ mortuus es uersus nõ patiť. ut legas ultra
Cũ tua caro rupta. i. corrupta sit rãcidior. i. corruptior & fœdior cane. i. uilissi
mo brutoꝝ cadauere. hoc enĩ naturale ẽ/ut cõtraria uicissim ĩ uno gradu sub
iectũ unũ occupẽt. Quicqd enĩ sũme calidũ ẽ: põt & sũme frigidũ esse. Quia
igit caro hũana nobilissima & purissima ẽ in uita. Fetidissima ẽ post mortem
sicut uinũ quo dulcius. eo fortius acescit. Cur secas. i. findis & diuidis caput p̃
prio ense. i. p̃pria uolũtate peccatũ cõmittis quo aĩa occidit. Nã ut ẽ apud Se
cam. Omne p̃ctñ ẽ uolũtariũ: iuitus nẽo peccat. Cur spõte. i. tua p̃pria uolũta
te incurris cathenas demonis: p̃p̃ctñ enĩ seruifimus/ & captiui inferorũ. q̃ p̃

& facis dira iussa supple eius. latinitas non uult ꝓpter reciprocationē ut dicas cur sua iussa facis. Obsta obuiꝰ oppositus obnites assidue/motibꝰ. i. pturbationibus surgētibus. Nec is q putat te supare superet te sic. i. resistēdo Fidelis enī deus ē. nec sinit hoiem sollicitari: ultra uires. fortior ē hō si uult in resistendo q̄ malus spūs īspirādo. Heu dolētis ē qd. i. ad quid hō quærit tñ. i. tantas res qui trāsit ut umbra. Iob. & fugit uelut umbra. Cur sp uiuere posse putat. hora. Immotralia ne speres monet ānus & almū quæ uehit hora diē. Nō sic nō. supple putādū ē: similis locutio ē in psalmo. Nō sic impii non sic: sed tanq̄ pulus quē ꝓicit uētus a facie terræ. Re. idit cadit. Hora. in de arte poetica. Mortalia facta pibūt. Et iterū debemur morti. Nos nostraq̄. Sic stat hō & hoc dicit: homo stat sic. i. sicut dictū ē: q a incertus est: uel dic. i. etiā dic quo pacto. i. mō cætera. i. res mortaliū manu factæ cōstēt: qa oīa itidē pereūt. Sed qd. i. ī quo singula quæq̄ sunt plus uana q̄ hō. rñdet nihil. i. in nullo. Et hæc de Alano ad ieci apicē cuius hæc sūma ē. Ex his quæ uidimus monemur mortis & fraudis hostiū nos inuadētiū: adiecimꝰ ergo distichū unū quo significemꝰ quantū in stēt aduersarii & quo in piculo uersamur. Et ē huiusmōi pabola. Quēadmodū cerua circūdata & circūscpta undiq̄ sæuientibꝰ canibus & refugii ignara: spem salutis nō habet nisi sub umbrā uenatoris effugiat. Sic aīa nr̄a undiq̄ laqueis insidiisq̄ inuoluit̄: & demonis & mūdi & carnis Neq̄ tātū in ceruā canes quātū in aīam hūanā inuidi spūs sæuiūt. Et nisi ad uenatorē. i. ad saluatorem nostrū q uenit quærere ouē quæ perierat: cōfugiamus: nō erit euadendi uia Idecoq̄ admonitos facio lucubrationū nostrarum lectores: ut omnē salutis suæ spem in saluatore nostro iesu christo reponant: cuius aspirāte gratia iam portum attingimus. siluasq̄ concludimus.

DEO GRATIAS

Impressum est hocopus diligenti cura atq̄ industria Ioānis Trechsel in ciuitate Lugdunēsi. Anno M.CCCCXCII. xviii. calendas Decembris.

Sem Cota